
Digitized by Google


E
11
142

SERIES
PRINCIPUM
QUI
LANGOBARDORUM AETATE
SALERNI IMPERARUNT.



SERIES PRINCIPUM

QUI

LANGOBARDORUM AETATE

SALERNI IMPERARUNT

EX

VETUSTIS SACRI REGII COENOBII TRINITATIS CAVAE
TABULARII MEMBRANIS

ERUTA.

EORUM ANNIS AD CHRISTIANAE AERAE ANNOS

RELATIS

A VULGARI ANNO DCCCXL. AD ANNUM MLXXVII.

PER

D. SALVATOREM MARIAM DE BLASIO PANHORMITANUM CASINATEM

EIDEM ARCHIVO PRAEPOSITUM.





= Æ =



*Ex Velitrarum
Museo Borgiano*

NEAPOLI

MDCCLXXXV.

Ex Typographia Raymundiana

Superiorum permissu.

Ignoratione unius intervalli reliqua ignorari necesse est, quemadmodum uno deprehenso ceterorum cognitio expeditissima est. Joseph Scaliger in Prolegomenis ad Thesaurum Temporum Eusebii Pamphili Caesareae Palestinae Episcopi.

D O M I N O

RAPHAELI PASCA

SACRI AC REGII MONASTERII SS. TRINITATIS CAVAE

A B B A T I

EJUSQUE DIOECESEOS AC JURISDICTIONIS ORDINARIO
TERRAEQUE TRAMUTULAE BARONI &c.

Salvator Maria de Blasio Casinas.



Uinam unquam hae quaecumque laborum meorum, qui Tui potius sunt dicendi, primitiae commendandae erant, cujusnam sub auspiciis collocandae, nisi Tuis Illustrifs. & Reverendifs. Praesul Asceterii hujus decus, & ornamentum, Archivi hujus integerrimi, ac, supra quam credi potest, literariis barbari praesertim aevi gemmis locupletissimi Assertor, ac Moecenas impavide? Ad hoc enim sane perantiquum, ac ce-

celeberrimum Monasterium Sanctorum Patrum, quorum reliquias jam inde a pluribus seculis Ecclesia veneratur, domicilium quum accessissem, (Umbricium namque Romanum fueram imitatus, qui

quando artibus, inquit, honestis
Nullus in Urbe locus, nulla emolumenta laborum,
. . . .
Dum nova canities, dum prima, & recta senectus,
Dum superest Lachesi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis nullo dextram subeunte bacillo,
Cedamus patria. Juvenalis *Sat. III.*)

ejusque memorandas ab undecim fere seculis tabulas, atque instrumenta mihi concredita vix evolvere coepissem, Tuam continuo, licet procul alii praeesses Coenobio, benevolentiam expertus sum, & quae essent amantissimi animi tui sensa jam dum perspexi. Ingenti enim te perfundi laetitia ajebas, quod huc denique aliquando advenisset, qui veluti derelicto, ac pessumdato innumerarum veterum chartarum thesauro (quae Tua erga me immeritum est humanitas, & praejudicata meae tenuitatis opinio) medicas manus adhiberet, possetque ad loci hujus decus in lucem evocare, quae apud melioris etiam notae homines hactenus occulta penitus, cimmeriisque obvoluta tenebris exstitere. Te equidem non latuerat, quae, quantaque veteres Monasterii hujus Ascetae ex mem-

membranarum earumdem lectu difficillimarum rubigine notatu dignissima excerpserint, quaeque doctissimus prae ceteris, & incomparabilis Vir Augustinus Venereus Abbas immensa, ac spissa adversariorum volumina sub praeteriti seculi initium reliquerit, quibus utinam postremam manum dedisset, quaeque praelo parata erant, vulgasset! sibi certe, suoque huic Coenobio immortale decus apud Eruditos quaesivisset, & forte iis, qui Diplomaticae Arti, historiaeque Medii Aevi praeterito, ac praesenti seculo insudarunt, palmam praeripuisset. Sed quoniam neque ei tantum otii, ac vitae superfuit, ut omnia ad umbilicum usque perduceret, neque aliis, qui deinceps caelum hoc incoluere, inamoenae hujus eruditionis campus adeo cordi fuit, ut minus aspera, minusque injucunda studia non potius sectarentur, dolebas equidem tot, tantaque utilia, ac litterariae Reipublicae barbarorum seculorum obscuritati illustrandae pene dixerim necessaria consepulta delitescere, nec Te aliis distentum regiminis sollicitudinibus (quantum enim hisce in studiis valeas, neminem fugit) hac illac, quo nostrae Congregationis utilitati prospicias, discurrentem iis in meliorem ordinem disponendis, corrigendis, augendis vacare posse. Quare & quos tunc absens stimulos mihi dederis, & deinde huic regundo insigni Sanctuario infulis decoratus quum singulari bo-

bonorum omnium plausu advenisses, quae currenti mihi calcaria adjeceris, ut ea omnia, quae olim collecta nimis adhuc implexa manebant, in meliorem ordinem redigerem, examini subjicerem, corrigerem, immutarem, obtruncarem, augerem, cunctaque ad veterum instrumentorum fidem redigerem, credi vix potest. Interea ut majori Monasterii ejusdem decori consuleres, tantoque ineundo, ac maturando labori opportuniora commoda exhiberes, elegantiora, amplioraque conclavia, novaque laevigatissimis lignis egregiarum caelaturarum ornatu praeditis plutea, quibus hic membranarum thesaurus, qui humili prius loco jacebat, reconderetur, profusis sumptibus parasti: Amanuenses, qui gravis in partem oneris vocarentur, subsidioque essent, geminasti: libros, si qui in hac satis diviti Bibliotheca desiderarentur, de Re Diplomatica, deque anecdotorum instrumentorum, sive etiam Chronicorum, Diariorum, aliorumque sequioris aevi historiae praesertim Neapolitanae Fragmentorum collectionibus, comparasti: Graeca centum circiter instrumenta barbaricis literis, & nexibus involuta, ut communi nostrorum temporum alphabeto, latinoque idiomate redderentur, curasti: quae omnia nisi Viro mirae dexteritatis, atque ad ardua, & sublimia nato praestare minime licuisset. Sed, quod majus est (& utinam Superis placuisset, ut tibi ex animi sententia res

pro-

procederet!) Virum omni litterarum genere praeditum, mihique amicissimum, dum sibi, Tuoque ipsi Monasterio, cujus alumnus est, in Neapolitana Studiorum Universitate non minimam nominis famam conciliaverat, &, si in ceteris, in hac etiam facultate maxime idoneum, ad Coenobium qua hortationibus, qua consiliis, qua honorum praemiis arcessere, mihique hac in ampla, arduaque provincia socium addere tentaveras; ut quamprimum perfectum longi itineris opus lucem aspiceret. Sed a tristibus commemorandis abstineamus; haec enim eo dumtaxat innui, ut quae Tibi sollicitudo, quae cura inesset, ut demum evulgarentur quae non modicam obscurissimis seculis lucem, Litterariae Reipublicae utilitatem, Tuo huic Asceterio gloriam afferrent, cunctis pateret.

Jam porro cum subsecivis horis non vulgaribus iis notitiis ordinandis manum admovissem (sunt enim alia interea quotidiani laboris pensa notandis plusquam vigintimillibus membranis, aliisque supra quadragintamillia chartis, earum materiem describendo, suoque demum quamlibet loco collocando destinata), innumera mihi coeperunt occurrere Langobardorum Principum instrumenta, quae eorum imperii annos indicantia omni erant christianae aerae annorum notitia spoliata; quod sane non minimum mihi negotii facessebat, tum ut chronologico ordine pro eo, ut par erat, monu-

men-

menta ipſa collocarentur, tum ut eruditionum ſupellex, quae ex iis pro illuſtranda eorum ſeculorum aetate eruebatur, ſuo quaeque loco, temporique recte aptaretur. Silentibus ejus aevi hiſtoriis, vel in varia, eaque fere ſemper adverſa Scriptoribus euntibus, quid conſilii caperem inſcius, in id tandem potiſſimum viribus omnibus incumbendum intellexi, antequam maximi praeconcepti operis provinciam ingrederer. Et ſane certa fiducia fretus, quod ex membranis ipſis res extundenda foret, ceteris ſtudiis continuo ſepoſitis, earum omnium chronologicas, quae ſupererant, notas, Principum nempe annos, indictiones, ac menſes collegi, eaſque inter ſeſe non ſine improbo labore comparavi, donec Deo opitulante ea mihi Series optata emerſit, quae non parvam ducentorum quadraginta circiter annorum in Neapolitana, univerſaque etiam hiſtoria lacunam impleret, quaeque ceteris etiam, nedum mihi uni hanc in rem adlaboranti maximo uſui eſſet, atque emolumento. Haec igitur Langobardorum Salerni Procerum Series, quam texere nonnulli ex veteribus, & recentioribus docti alioquin homines incaſſum tentarunt, quaeque una, niſi mea me fallat opinio, ad veritatis normam accedit, Tibi, Dulciſſime Praeſul, ſiſtitur non tam meae erga te obſervantiae ſignificandae cauſſa, quam quia Tuo labore, conſilio, praeſidioque parta Tua meri-

ri-

rito dici debeat. Omittam libenter itaque benevolentiam erga me Tuam, cujus innumera ſunt, & perquam conſpicua argumenta: praeteream ex celeberrimi, veterique dignitate conſpicui Monaſterii, cui praees, incomparabili Tabulario totam, quanta eſt, opellam exortam eſſe: ſileam tuam in ceteris, ſed in hoc potiſſimum ſtudiorum genere, doctrinam, ſummamque eruditionem, cujus elaboratae pro opportunitate exercitationes ad vindicanda perantiqua, & inconcuſſa Tui hujus, aliorumve Coenobiorum jura, ne publicam viderent lucem, intempeſtivae, ſi fas eſt dicere, Tuae modeſtiae tribuendum. Haec quidem, aliaque praeterea non pauca, quae, quominus adderem, vetuiſti, argumenta forent, imo pungentia quaedam veluti ſtimula, atque incitamenta, quae, Tibi ea ut dicaretur, impuliſſent. Sed quorſum haec omnia, quum ad Te rem ipſam proprio ſuo jure ſpectare, Tuamque eſſe ipſa per ſe clamet? Eam itaque Tuo favore, ac patrocinio fove; Tuis enim ſub auſpiciis natam futurum ſpero, ut Litterariae Reipublicae Eruditi Viri benigne excipiant, neque alicui fore uſui denegent ad trium obſcurorum ſeculorum, circa quae verſatur, hiſtoriam illuſtrandam. Faxit interim D. O. M. pro Tui hujus Coenobii bono, totaque Tua Dioeceſi, ut ſoſpes diu vivas, quaeque litterario decori proſpiciens in dies meditaris, optas, diſponis, ad exitum feliciſſimum aliquando perveniant.

CONSPECTUS OPERIS.

Principes Langobardorum Tempore Salerni imperantes pag. 1.
Tabula Chronologica Principum, qui Langobardorum tempore Salerni imperarunt, a Siconolfo ad Gisulphum postremum Principem a Normannis ejectum. 63.
Salerni Principum Langobardorum aevo imperantium Series ex variis veterum, recentiorumque Scriptorum Catalogis ad supra expositae Chronologicae Tabulae normam correctis. 108.
Stemma Principum Salerni Langobardorum per Franciscum Mariam Pratillum. 109.
Stemma Principum Salerni Langobardorum ex duplici Camilli Peregrinii Stemmate. 115.
Principes Salerni Langobardi ex Heremperto, Leone Ostiensi, aliisque recentioribus per Antonium Caracciolum Cl. Regularem in Propilaeis ad Chronologos antiquos quatuor. 117.
Tabula XII. Principum Salerni apud Abbatem D. Placidum Troyli Ordinis Cisterciensis. 119.
Principes Salerni Langobardi ex Catalogo Ducum Beneventi, & Principum Salerni olim Cavensi Chronico praefixo. 121
Principes Salerni Langobardi ex Chronico Ducum, & Principum aliquot Beneventi, & Principum Salerni cum appendicula. 123
Principes Salerni Langobardi ex Ughellii Italia Sacra. 124
Appendix Monumentorum, quae in Dissertatione citantur. pag. I.
Specimina Characterum, Sigilla, Mensura pedis. CLXXV.

TRAE-

PRAEFATIO.

UBi primum ad insignis Coenobii Benedictino-Casinensis Sanctissimae TRINITATIS Cavae Tabularii chartas pervolutandas manum admovi, atque innumera pene illa barbaricorum temporum monumenta, quae jam inde a nono seculo, imo & a praecedentibus scripta, priscisque membranis consignata post decem fere secula adhuc illud exornant, ibique religiose asservantur, quaeque Langobardici Imperii aetatem respiciunt, studiose rimari aggressus fui; parum absuit, quin non modicae obortae difficultates ab incepto labore me avocarent, atque omnino absterrerent. Variae enim characterum formae, eaeque ut plurimum implicatissimae, insolentium vocabulorum copia, ac solecismorum vis non pauca, quibus vetustae illae scatent membranae, demum res ipsae, quae chartis continentur, nonnunquam salebrosae, plerumque vero insuaves, vel laboris patientissimo fastidium creassent. Haec vero omnia improbus ea versandi conatus superare tandem visus est, & jucunditatis aliquod admiscebat concepta spes, fore nimirum, ut plurima illius aevi legibus, judiciis, consuetudinibus, formulis, mensuris, ponderibus, monetis, aliisque id genus illustrandis ex hac ditissima vena eruerentur, quae antiquitatum harum Scriptoribus ignota supererant, quaeque non spernendam adhuc eruditionum segetem ministrassent. Diligentissimis profecto barbarorum monimentorum vestigatoribus impervium hoc Archivum fuerat, & si quid ex eo ad Peregrinium, Mabillonium, Ughellium, Muratorium, aliosque rerum harum amatores amicorum solertia exscriptum pervenerat (neque enim cursim, raptimque Archivum invisentibus ea, qua par est, diligentia chartas scrutari datum est) vix unum, alterumve integrum monumentum autographis apprime respondens apud hosce summi subsellii ceteroqui Scriptores invenietur: quod vitium Amanuensium potius ignaviae, sive crassae etiam negligentiae tribuendum est. Cum membranaceis quidem instrumentis, quae in nostro prostant Archivo, editas a memoratis Auctoribus chartas frequenter contuli, & non leve dissidium, quo ipsae cum illis pugnant, deprehendi; quod per se ipse Lector intelligere poterit, si quod eorum forte monumentorum in Appendice a me diligenter ad Operis hujus calcem apposita, ubi religioni duxi quid vel minimum addere, tollere, immutare, cum iis per ipsos vulgatis conferre voluerit.

Supererat nihilominus hac in re quod majorem mihi molestiam in suscipienda provincia injiciebat, temporum nempe ordo, qui optandus prae ceteris videbatur, involutus penitus, & obscurus; nec satis noti Principum imperantium anni, ex quibus rerum gestarum tempus erui posset; Langobardorum enim praesertim, qui Salernitano dominatui obtemperabant, sive Tabellionum Langobarda ea aetate scribentium mos fuit nul-

nulla ceteris nota epocha uti praeter illam Indictionum, quarum brevis admodum annorum quindecim circulus parum chronologicae rerum Seriei utilis esse poterat. Ceterum soli regiminis Principum anni unius ab altero instrumenti tempus discernebant; quumque eorum plures eodem nomine appellarentur, vixque signum aliquod occurreret, quo alii ab aliis discriminarentur, nulla pene eorum Seriem contexendi via patebat, ac propterea nulla praesto erat ratio, qua ipsorum instrumentorum congeries chronologico ordine disponeretur. Heic autem aliquid suppetiarum sperandum autumabam, sive ex veteribus ejus aevi Scriptoribus, qui nobis Ducum, & Principum Beneventi, ac Salerni catalogos, aut historiam reliquerunt, sive e recentioribus, qui unde unde conquisitis eorum Chronicis, Diariis, Fragmentis quicquid eorum temporum notitiam, vel potius barbariem saperet, id omne typis summa solertia duobus hisce postremis seculis mandando insudarunt. Camillus quidem Peregrinius, cujus doctrinam, ac diligentiam non semel Cl. Ludovicus Antonius Muratorius, aliique Italicarum Rerum praesertim Medii Aevi studiosi scrutatores merito demirantur, plurima hujus praesertim temporis historiam referentia anecdota collegerat. Plura alia sive ex novis ipsius Peregrinii schedis, sive potius ex quodam Peregrinii ipsius hisce in studiis socio, qui ea exscribendo a temporum, aliarumque vicissitudinum, & potissimum a notae combustionis injuria vindicaverat, vel aliunde non modica diligentia conquisita Franciscus Maria Pratillus, Vir ceteroquin non indoctus, in nova Peregrinii historiae Langobardorum Principum editione protulerat. Multa denique in suis Medii Aevi Italicis Antiquitatibus laudatus Muratorius, sive in maxima illa Rerum Italicarum Scriptorum collectione typis tradiderat, quibus futurum, ut densissima hujus aetatis historiae caligo dispelleretur, non immerito sperabatur. Verum (quod fidem superare videtur) qui ex omnium horum veterum Auctorum fragmentis ~~Langobardorum Principum~~ Seriem describere nisi sunt, adeo in varias, easque saepe longe dissitas sententias abiere, ut alii plures, alii pauciores Principes adnotaverint, modo plures, modo pauciores annos singulorum principatui dederint, ac non raro eorum ordinem inverterint, vel perturbaverint: prisci quidem, qui exscriptorum incuria erroribus vacui ad nos minime pervenere, recentiores, qui superstitum veterum scriptorum erroribus plenam incuntes viam eosdem in scopulos impegere. Verbo: licet una sit veritas, nullam ex his diversorum Auctorum Seriem alteri consonam reperire est, imo unam alteri, sive Principum numero, sive ordine, sive denique eorum dominii tempore prorsus dissimilem, & fere oppositam; ad summam adeo

pugnantia secum

Frontibus adversis *Hor.*

ii studuerunt componere, ut chronologicam Langobardorum Principum Tabulam eruditissimus Trajanus Spinellus Aquari Dux constructurus satius duxerit uniuscujusque ex Scriptoribus sententiam referre, quam eorum opinionibus utcumque conciliatis novam condere.

Opta-

Optabat interea Litteratorum omnium cohors, praesertim Neapolitanorum, ut tot inter vastissimi Regni hujus, quod innumeras fere vicissitudines modo in provincias scissum, modo sub uno Principe integrum passum est, quodque multiplici per plura secula dominatui paruit, historia aliqua demum prosiliret, quae non Scriptorum saepe somniantium arbitrio, infirmis argumentis, vel levibus ad summum conjectationibus, sed solidissimis veterum monumentorum fulcimentis inniteretur. Optabat id ipsum (quod majus est) felicissimi hujus, ac Siciliae Regni Dominator,

Quo nihil majus, meliusve terris
Fata donavere, bonique Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum

quemque *Hor.*

. . . . benigno nomine Jupiter

in aevum incolumem defendat, inclytus Rex FERDINANDUS *Borbonius, dilectissimaeque ab eo tanto studio, sumptibusque erectae Scientiarum Academiae id unum prae ceteris praescripserat, ut nullum clarissimi, doctissimique ab eo selecti Viri lapidem non moverent, quo synchronis undique per Tabularia, Bibliothecasque, aliave generis hujus Gazophylacia perquisitis documentis veram aliquando suorum Regnorum historiam a fabulis, incertisque conjecturis vacuam contexerent, jejunamque potius, ubi lux deficeret, quam commentis foedatam evulgarent. Hinc primum, quod prisca inter Archiva consultum est, illud fuit, quod antiquitate, veterumque chartarum copia celeberrimum meae concreditum curae e tenebris in dies eruebatur, quodque, ut mihi, pluribusque aliis visum erat, non parum lucis obscuris praesertim sequioris aevi temporibus affundere potis erat; mihique id muneris demandatum fuit, ut quae historiae praeconceptae utilia visa essent, sociis aliquando communicarem.*

Haec profecto nova fuit occasio, quae mihi stimulos addidit, ut, si unquam optato Neapolitanae Historiae aedificio opem aliquam per me ministrandam fore oporteret, non nisi a recta chronologia, quae fax historiae est, incipiendum; ne saxis suo non positis loco machina pene tota tandem aliquando corrueret. Et quoniam ex varia, sibique repugnante Scriptorum circa Langobardici praesertim aevi tempus, Langobardorumque Principum Seriem narratione mihi persuaseram, nullam, vel fere nullam iis fidem habendam esse; id ex unis veteribus membranis certe synchronis erui posse pro certo habui, atque iter pene dimissum relegi, tentaturus, num inter millena Cavensis Tabularii monumenta daretur Beneventi, ac Salerni Principum Langobardorum continuatam Seriem contexere ex hujusmodi chartis, eamque alicui ex discordibus modo enarratis Catalogis respondentem invenire, ut ceteris deinde posthabitis hanc unam sequerer certissimam itineris ducem. In id vero iterum, atque iterum adlaboranti res denique ex voto cedere visa est,

est; quamquam enim non magna instrumentorum copia pro Beneventanis Principibus praesto esset, tanta vero eorum, quae Salerni Principes innuunt, hoc in Chartophylacio mihi occurrit, ut cujuslibet eorum imperii annos, fereque semper etiam menses in explorato haberem, possemque per longum bisgentum quadraginta circiter annorum spatium, quo Salernitano Principatu Langobardi potiti sunt, donec per Normannos expulsi, eorum successiones invenire, licet nulli laudatorum Catalogorum haec a me non modico inventa labore Series perfecte congrueret. Haec equidem eo magis Neapolitanae, imo generali historiae peropportuna, ne dicam necessaria, visa est, quod diligentissimis etiam meis Benedictinis Congregationis S. Mauri Patribus in auro, cedroque digno Opere Art de verifier les Dates *innumeras Ecclesiasticorum, Laicorumque Principum chronologicas Tabulas afferentibus aqua haeserit, ubi Salerni Principum Seriem allaturi erant. Quum enim Ducum, & Principum Beneventi chronotaxim inter cetera exhibuissent; profecto rei ordo postulare videbatur, ut, ubi Salernitanum Principatum a Beneventano manantem, & discissum referunt, quemadmodum Beneventi e Langobardorum stirpe Dynastas ad ultimum usque Principem prosequuntur, idem etiam de Salernitanis Principibus praestarent: quod quum ab iis praetermissum fuerit, post ejus siquidem Principatus in Siconolfo initium, altum de ceteris (a) silentium servant, nulli dubium esse potest, quin synchronis destituti monimentis silere, quam errorum discrimini sese exponere, maluerint.*

Haec quum ita essent, operae pretium duxi meam hanc veluti symbolam doctorum praelaudatae Academiae frequenti consessui vulgari, ut ibi sermocinari mos est, idiomate exhibere, invictisque veterum instrumentorum perpetuis argumentis ostendere, hoc unum verum esse Langobardorum Principum Stemma ceteris quibuscumque indubie praeferendum. Si trium enim, & saepe duorum testimonium veritatem adstruit, quid de bismillibus vetustissimis eorum temporum chartis, quas mihi reperire licuit, dicendum, tam amice sese inter consentientibus, ut ne latum quidem unguem aliae ab aliis abludant?

nihil est quod multa loquamur;
Nil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri. *Hor.*

La-

(a) Ibi Cl. Auctores haec habent: 840. *Radelgise* 1. *Tresorier du Prince Sicard, & different de Radelgise assassin de Grimoald IV. est élu Prince par les habitans de Bénévent. Mais ceux de Salerne ne voulurent pas le reconnoître, & s' etant ligués avec ceux d' Amalfi ils proclamarent pour successeur de Sicard Siconulse son frere. Landulse Comte de Capone entra dans cette ligue, & mit les Napolitains dans les interets de Siconulse. Ce fut l' occasion d' une guerre, qui dura plusieurs années, & ce fut ainsi, que le Principauté de Salerne fut démembrée de celle de Bénévent. Le Conté de Capone en fut de même separé; mais durant quelques années Siconulse y fut reconnu Souverain. Il mourut l' an.* 851. *quelque tems aprés, que l' Empereur Luis II. l' eut obligé de partager l' ancien Duché de Bénévent avec Siconulse.* Art de verifier les Dates. *Chronologie Historique des Ducs de Spolete, & des Princes de Bénévent.* pag. 888.

Laborem hunc meum, quem compendiose contractum neque inutilem, neque validis argumentis vacuum Eruditi illi Viri benigne exceperant; in dies novis accedentibus caussis, quas mox proferam, auctum, latinaque lingua donatum non tam amicorum stimulis pressus, ut praefantibus usurpare sollemne est, quam ut veterum monumentorum pretium indicarem; quum, quantis in tenebris ex illorum defectu hactenus Scriptores jacuerint, recte inde concludatur, in lucem edere statui, futurum confidens, ut hoc inducti exemplo suam alii in veteribus evolvendis membranis in priscis Tabulariis delitescentibus operam navent, obscurisque praesertim seculis illustrandis lucem inde eruant, Scriptorumque errata castigent. Novis sane extrema hac aetate de Neapolitanis rebus editis scriptis, dum extremam operi manum ponerem, incuriae notam minime effugissem, si quum eorum Auctores Langobardicum aevum referant, perpendere neglexissem, num ceterorum veterum Scriptorum vestigiis insistentes cum iis aeque decepti eadem peccata admiserint, an iisdem sua etiam addiderint. Aliqua itaque in eos, ubi res tulit, animadvertere sive in ipsa argumenti pertractatione, sive brevibus ad imam paginae oram adnotationibus optimum duxi: iisque accessionibus non parum res ipsa excrevit. Sed quum eorum etiam, qui de Langobardica aetate historiam perscripsere, non omnes de Principum ordine, & imperio distincte per varia temporum intervalla differere curarint, plures contra sive veteres, sive recentiores Principum eorumdem Catalogos, seu stemmata exhibuerint, eos Lectorum oculis subjicere placuit, ut meis, quas in eos addidi, animadversionibus pateret, quam longe a vero universi fere discessissent, quod ad eorum Principum ordinem, numerum, ac principatus annos, & menses attinet; quibus quidem detegendis perquam opportune factum arbitratus sum, si Tabulam chronologicam prius compingerem, in qua a Christi anno 840., quo Salernitanus Principatus initium sumpsit, ad ejus usque interitum, sive ad ultimi Langobardi Principis expulsionem, quae anno 1077. accidit, singulae Tabularii Cavensis membranae iis chronologicis notis praeditae innuerentur, quae tempori, & successioni Principum congruunt; inde vero alia dictorum Principum Stemmata ex laudatis Scriptoribus fideliter, & accurate transcriberem. Horum Catalogorum, qui latine a suis Auctoribus scripti fuerant, Series (ut ex latini idiomatis cunctis nationibus obvii dignitate argumentum omittam) me impulit, ut latinas castigationes, prout aequum erat, additurus cetera latine etiam scriberem; imo Troyli Cistercienfis Abbatis Tabulam vulgari lingua editam etiam latinitate donarem; maxime quum instrumenta ipsa, quae in Dissertatione citantur, quaeque ad Appendicem integre transcripta amandavi, latino, licet barbarico, idiomate scripta sint. Et haec quidem heic meminisse nequaquam poenitet; inde enim confido, ut ab aequis Lectoribus in instrumenta ipsa oculos injicientibus veniam sim impetraturus, si neque disertam orationem, aut latinis auribus dignum sermonem inveniant; neque a barbaris dictionibus

me semper abstinuisse deprehendant. *In iis quidem*, *quae instrumentis ipsis praefixi argumenta*, *materies ipsa id postulare visa est*, *ut consideranti patebit*; *in Dissertatione vero si quando non latinum verbum effugit*, *id factum est*, *ne eadem semper phrasi vocabulorum penuria laborarem; quamvis a disertis recentiorum aetatum Scriptoribus ea adoptata invenerim*, *ut verbum* Continuator. *Sed de singulis Operis partibus nonnulla modo addamus*.

Quum Dissertationis meae id argumenti esset propositum, *ut Salerni Principum*, *qui Langobardorum aetate regnarunt*, *Series figeretur*, *eaque ex Archivi Cavensis veteribus chartis ostenderetur*, *quae chronologicas inter notas nullam praeter Indictiones commumem habebant*, *ad Christi annos confugiendum fuit*, *quorum prima mentio anno septuagesimo post millesimum a Salernitani Imperii membranarum Scriptoribus usurpari coepit*. *Postquam igitur deprehendimus in primo instrumento cuinam Christi anno*, *&* *currenti tunc Indictioni Principis annus responderet*, *Gisulphum postremum ex Langobardis Principibus tunc vicesimumnonum principatus annum egisse reperimus*, *ejusque successionis annos usque ad ejectionem e solio Normannorum armis peractam prosecuti sumus*, *verumque propterea tempus*, *quo Robertus Guiscardus Salernitani Principatus dominium auspicatus est*, *aperuimus*; *neque Scriptores*, *qui hujusmodi factum narrarunt*, *suorum errorum redarguere negleximus*. *Plurima inde*, *quod ad reliquum Gisulphi vitae curriculum*, *mortis tempus*, *novumque Amalphiae Ducatum Normannorum aevo ipsi datum spectat*, *ex membranis iisdem deteximus*, *rem sane nulli hactenus notam*. *Jam vero fixo hoc annorum Gisulphi termino vulgari aerae respondente ad suos inde decessores inverso ordine devenimus ad primum usque Principem Siconolfum Sicardi Beneventi Principis fratrem*, *unde Salernitanus Principatus exordium sumpsit*; *in quibus dum versaremur*, *persaepe ipsa tulit res*, *ut in veteres*, *recentioresque Scriptores animadverteremus*, *eorumque chronologicos praesertim errores indicaremus*. *Recto inde ordine ex demonstratis brevi sermonis ambitu a Siconolfo ad Gisulphum descendimus*, *quaeque nova hac illac dispersa detexeramus in unum collecta sub uno veluti aspectu Lectorum oculis objecimus*, *ut facile inde conjiceretur*, *quanta ex priscis membranis diligenti manu versatis cognitionum seges hujusmodi eruditionum studiosis speranda foret*.

Quamquam vero membranae non paucae in Dissertatione citatae mutua quadam consensione respondentes satis forent, *ut sua Seriei propositae veritas constaret*, *si cum viris tantum aequissimis nobis res esset*; *quia tamen cum morosissimis*, *imo* *&* *obstinatis Criticis*, *quos partium studium transversos agit*, *dimicandum est*, *&* *quos seculi hujus pestem si appellavero*, *proprio me eos nomine salutare quis dixerit*; *universas hujus aevi chartas improbo labore colligere*, *easque singulis Principum annis*, *&* *mensibus*, *quos innuunt*, *aptare constitui*, *Tabulamque Chronologicam texere*, *qua uniuscujusque Principis imperii initium*, *&* *terminus ex innumeris instrumentis aperiretur*, *ut pessulus ali-*

quan-

*quando illorum obdatur ori, qui falsariorum opus vetera fere omnia instrumenta depraedicant. Rationem profecto omnem excussisse oportet, qui bismillia pene monumenta amice secum conspirantia, quae laudata Tabula affert, ab otiosis conficta somniet, vel caecus qui tanto lumini circumfusus adhuc in tenebris versetur. Indictioni, Principis anno, & mensi, quibus indicatae membranae praeditae sunt, Christi, seu vulgaris aerae annos addidimus, arcamque, sive pluteum, in quo unaquaeque servatur. Arcae autem istae omnes hujus Archivi 120. sunt, & in iis membrana quaeque numero suo distincta; duoque insuper magna sunt Armaria alphabeticis litteris in Arcas alias, sive Armariola divisa, suisque itidem numeris donata, quae Laicorum, Ecclesiasticorumve Procerum Diplomata continent. Tabulam quidem ipsam in duas dispescere columnas necesse fuit, ut duarum Indictionum (quaelibet enim Indictio a Septembri in his chartis usque exorditur), quae sub unoquoque communi anno concurrunt, altera ab altera discerneretur. Hunc vero impensum a nobis laborem, qualiscumque is demum fuerit, ut nimirum communis epocha ex postremis membranis, ubi Christi annus Principis anno additus est, inveniretur, non minimum emolumenti afferre, velim, ut advertant Lectores; quemadmodum enim eo subsidio destitutus uniuscujusque instrumenti communem annum assequi, eaque omnia chronologico ordine disponere nequaquam potuissem, ita quicumque hujuscemodi monumenta colligere velint, commodum illud percipient, ut statim ac similia ipsis occurrent, hac duce Tabula veros eorum annos absque erroris periculo assequantur. Quin imo affirmare ausim, non leve falsitatis, vel saltem interpolationis indicium praebere ea instrumenta, in quibus designati Principum anni, mensesque, & indictiones nostris hisce non congruunt. Omnium vero instrumentorum, quae in laudata Tabula indigitantur, nonnulla sunt, quae in aliis vel integre transcripta, vel indicata suis chronologicis notis appositis continentur; haec, ut a ceteris discriminentur, asterisco * notata sunt. Potuissem sane membranas alias extra nostrum hoc Tabularium exsistentes afferre, tum ut magis, magisque Seriei nostrae veritas probaretur, tum ut annum aliquem, aut mensem etiam, quo nostrae desunt, alienis supplerem. Sic Siconolfi Diploma anno principatus ejus secundo, Augusto mense, Indictione IV. a Muratorio (* Antiqu. Ital. Medii Aevi *To. III. Diss. XXXIV. pag. 77.) mutuare potuissem; duas etiam chartas ex Metropolitanae Tranensis Ecclesiae Archivo, quarum saltem una numero 21. signata Junii VI. Indictionis, quartum dicti Principis annum referente uti poteram; (alia enim ejusdem etiam Siconolfi numero 24. distincta utpote mensem, Indictionemque corrosam habens mihi fuisset inutilis) aliasque ex aliis depromere mihi licuisset. Id vero post tantam instrumentorum copiam ex Cavensi Tabulario adductam argumento jam uberrime comprobato superfluum visum est. Unum ea in Tabula de Gisulpho postremo Langobardorum Principum notatu dignum praeteriri non sinam; quod ejus nempe anni, licet ab Aprili mense constanter incipere instrumenta ibi relata innuerent; ubi vero in-*

stru-

ſtrumentis ipſis Chriſti annus additus eſt, a Martio ſemper numerari videantur. Id vero ex eo factum arbitror, quod, quum Salernitarum Tabellionum mos fuerit (quod in ipſa Tabula, & prius in Exercitatione animadvertimus) annum a menſe Martio inchoare, decem prope menſes vulgares annos antevertendo, Princeps ipſe ſuos etiam a Martio annos numerandos ſtatuerit.

Tabulae huic ſuccedunt plurium Auctorum de his Principibus Stemmata, ut iis cum Tabula noſtra collatis per ſe quiſque intelligat, quantum illi a vero deſciverint, quantaque ex meis laboribus redundet utilitas in elucidandis barbari illius aevi hiſtoriis, & praeſertim temporum epochis ſtabiliendis. Nonnulla equidem illorum ſphalmata in ipſa mea Exercitatione notaveram, ſed univerſa ſimul uno oculorum obtutu inſpicere & jucundius eſt, & utilius, ut nimirum ex tot, tantiſque eorum erroribus in apricum eductis quiſque ſibi ſuadeat, parum ſidei veteribus Diariis, Chronicis, Hiſtoriolis, Fragmentis, quibus illi innitebantur, habendum, ubi praeſertim eventuum tempus attingunt, plurimum vero chartis, quae diem dicunt, & Conſulem, quo ſcriptae ſunt, niſi ſolida de iis ſuſpicionis argumenta ſe offerant. Quum vero inter Scriptores, qui dictorum Salerni Principum chronotaxim texendi ſpartam adornarunt, ex veteribus nonnulli, alii ex recentioribus ſie-int, ſingulorum ſtemmata referam, & ſic, ubi vel latum unguem ab adducta, demonſtrataque Tabula diſcedunt, Lectores ad imam paginae oram admonebo, ut deprehendatur, quam ſollemniter hactenus hac in re ſit erratum. Scriptorum autem Catalogi, quos producam, ſunt ſequentes: Ducum Beneventi, & Salerni Principum Catalogus olim Cavenſi Chronico praefixus, & Camilli Peregrinii Principum Langobardorum Hiſtoriae a Franciſco Maria Pratillo additus: Chronicon Ducum, & Principum aliquot Beneventi, & Principum Salerni ex antiquo autographo per Joannem Simonem Mareſcalchum exſcriptum, & a Peregrinio olim, inde a Pratillo editum: Series dictorum Principum per Antonium Caracciolum Clericum Regularem in Propilaeis ad Chronologos antiquos quatuor ex Heremperto, Leone Oſtienſi, aliiſque recentioribus excerpta: altera parum ab ea diverſa primo exhibita ab Ughellio in ſua Italia Sacra, deinde a Troylo Abbate Ciſtercienſi in ſua Regni Neapolis Generali Hiſtoria, quorum Catalogos proferre juſſit non tam eorum nominis fama, quae hac in re non plurima eſt, quam quia praeter Principum ſucceſſionem cujuſque etiam imperii annos addere niſi ſunt: Camilli denique Peregrinii Stemmata Principum Salerni Langobardorum, ac ipſius Pratilli dictorum Principum Stemma. Initium vero ab ipſius Pratilli Stemmate ſumere aequius arbitratus ſum; quippe qui horum Scriptorum poſtremus fuit, qui uberrima praecedentium, ac praeſertim anecdotorum ſupellectili ditatus in ſcenam prodiit, ſeſeque acu rem attigiſſe ſibi blanditus eſt; ejus enim Serie meis caſtigationibus emendata breves deinde, paucaſque animadverſiones ceterae poſtulabunt: iiſque ultimo loco vera Series in compendium redacta ex Cavenſibus chartis adjungetur.

In-

Instrumenta, *quorum chronologicis notis pro meo argumento usus fueram*, *afferre necessum quidem non erat*; *ea nihilominus Lectorum oculis subjicere non prorsus inutile ratus sum*, *quum sua ipsa formularum varietate*, *barbarie*, *materie plurimam aetatis illius eruditionum congeriem circa judicia*, *leges*, *consuetudines*, *mensuras*, *pondera*, *nummos*, *innumeraque alia suppeditent*. *Accessit*, *quod quae hactenus in lucem prodiere hujusmodi monumenta*, *si rem attentius consideres*, *Principum Diplomata maxima ex parte fuere*, *quae de imperialibus potius*, *regiis*, *aliorumque sive Ecclesiasticorum*, *sive Secularium Magnatum Curiis*, *& Ministris uberes notitias suppetunt*; *quae vero a me proferuntur*, *civilis status*, *ac regiminis eorum temporum ordinem*, *& conspectum exhibent non parum Eruditis jucundum*, *totique historiae pro delineanda ejus aevi conditione nimis aptum*, *atque accommodatum*. *Ea itaque ad Appendicem amandavi summo studio advigilans*, *ut ne verbum quidem eorum ullum ab autographo*, *sive orthographia*, *sive syntaxi*, *sive demum latinae linguae corruptione vel minimum distaret*, *doctissimis hominibus hac in re morem gerens*, *quibus haec eadem ejus aevi barbaries in deliciis esse solet*. *Incisa dumtaxat* (*vulgo* virgulas), *punctaque nonnulla de meo addidi*, *majusculasque primas aliquarum vocum literas minoribus substitui*, *quo Lectoribus in tanta barbarismorum*, *solecismorumque colluvie facilius aditus ad rei ipsius intelligentiam pateret*. *Cuique monumento argumentum praefixi*, *annumque vulgarem*, *qui ejus Principis anni*, *aliaeque notae ex jam commonstrata Tabula responderent*, *supplevi*: *lacunas ex membranarum corrosione*, *sive fractura*, *aut ex atramenti defectu* (*quae tamen chartae argumentum non vitiant*, *neque obnubilant*) *implere*, *ut ex similibus poteram*, *non curavi*; *rem ipsam*, *uti jacebat*, *relinquere*, *atque edere*, *iisdemque erratis*, *& sphalmatis conspersam religioni ducens*. *Coeperam quidem*, *ut fatear*, *vocem aliquam*, *aut syllabam Notarii incuria omissam alieno charactere supplere*, *ut in primo monumento videre est*, *ubi* (*pag. V. lin.* 42.) de *ad vocem* derunt *adjunxi*; *scribendum enim erat* dederunt, *&* (*pag. VI. lin.* 24.) annos, *ut legi deberet* ante os annos; *sed ab incepto desistere malui*, *ne Lectorum*, *quibus hujusmodi errata emendare*, *vel supplere facile est*, *diligentiae diffidere viderer*. *Unum dumtaxat instrumento CI. pag. CLXVIII. addidi*, *verba scilicet*: *forte* Bicedomino *ad illum literarum nexum* Bicd *explicandum*, *qui & in ipso instrumento*, *& in ejus subscriptione*, *& in sequenti CII. conspicitur*; *quemque aliter interpretari non potui*.

In centum hisce, *& amplius monumentis*, *quae typis tradidi*, *unicuique dabatur intelligere non modo quo Christi anno unumquodque conscriptum esset*, *sed quae forent secundum temporum seriem instrumenti scribendi*, *ac disponendi formulae*, *quae locorum consuetudines*, *quae verba*, *quae phrases*, *quae orthographia*, *quaeque aliae plures illius aevi eruditiones*. *Illud vero supererat*, *quod Lectorum curiositatem cieret*, *quo nimirum charactere*, *quibus nexibus*, *quo demum sive verborum*,

sive

ſive linearum ipſarum majori, *minorive diſtantia ejus aetatis Tabelliones ſcriberent*, *quod noſtratibus typis exprimi nequaquam licebat. Huic deſiderio ſatisfactum abunde ivimus tribus inciſis Tabulis*, *ubi variorum characterum ſpecimina*, *queis allata inſtrumenta exarata ſunt*, *modo tribus*, *modo quatuor lineis earum chartarum*, *iiſdem*, *quibus in membranis jacent*, *ſpatio*, *longitudine*, *ac latitudine exhibentur*; *imo*, *ne quid memoria dignum deeſſet*, *earum tertiae octo in Diſſertatione*, *& Appendice memorata ſigilla inſculpta inſeruimus*, *pediſque menſuram illius temporis*, *quae in uno ex allatis monumentis indicatur eſſe latitudinis ipſius membranae*, *atque indicem ipſis Tabulis praepoſuimus*, *quo cujus inſtrumenti character*, *vel ſigillum eſſet*, *innueretur*.

Lectores denique oratos volo, *priuſquam ad Opus perluſtrandum animum appellant*, *ne mihi vitio vertant*, *quod titulum non ei fixerim* Series Principum Langobardorum Salerni, *ſed potius* Principum Series, qui Langobardorum aevo Salerni imperarunt; *quum enim inter hujus Seriei Principes Manſonem*, *ejuſque filium Johannem* Amalphitanos, *Johannem alium de Lamberto* Tuſcanenſem *appellitatos conſtanter invenerim*, *num Langobardorum Principum nomen iis*, *ne dixerim ſucceſſoribus*, *aptari poſſet*, *ambigens*, *unum alteri titulum praeferre malui*, *quod quidem rei ipſius argumento non officit*. *Nomina autem Guaiferii*, *cujus argenteo nummo tum ſua raritate inſigni*, *tum Cl. Praeſulis Stephani Borgia poſſeſſoris celebritate*, *libri frontem ornari volui*, *Guaimariorum*, *& Giſulphorum*, *ipſorumque Johannum nunc hoc*, *nunc alio modo ab Auctoribus ſcripta etiam indiſcriminatim notata reperientur*.



D. Mau-

D. Maurus Squarzoni a Ferraria Congregationis Benedictino-Casinensis, alias S. Justinae de Padua Abbas, & Praesidens.

NIl acceptius unquam evenire nobis poterat, nihilque jucundius, quam in proxima Praefecturae nostrae absolutione facultatem tribuere, quae & Reipublicae Litterariae utilitatem respiceret, & novum, luculentumque de Monasticis laboribus adferret testimonium. Quum enim Opus, cui titulus: *Principes Langobardorum tempore Salerni imperantes ex priscis Tabularii Monasterii SS. Trinitatis Cavae Membraneis instrumentis eruti, eorum annis ad Christianae aerae annos relatis, a vulgari anno* 840. *ad annum* 1077. *Per D. Salvatorem Mariam de Blasio Panhormitanum Monachum Casinensem in eodem Sacro Regio Coenobio Archivi Praefectum: additis Tabula chronologica singulorum annorum, & mensium cujuslibet Principis, variis eorumdem Principum Catalogis per alios Scriptores hactenus allatis cum notis, & correctionibus Auctoris, & Appendice monumentorum:* prout in more positum, & lege nostra sancitum est, Viris ex nostris in re Chronologica, ac Diplomatica versatissimis perlegendum, adcurateque examinandum commisetimus, ac eorum adprobatione, & voto certiores nunc facti simus hujusmodi Opus, nedum perspectam Auctoris peritiam, ac eruditionem ostendere, sed plura quoque, quae medii aevi historiae, temporisque rationi lucem quammaximam allatura sunt, exhibere; dum gratulamur, quod plurimorum inter nostrates omni commendatione dignos vestigiis inhaerendo, sibi etiam provinciam longaevo jure Monachorum propriam comparaverit, rerum scilicet antiquarum, & praesertim medii aevi, notitiam ex genuinis, ac puris, quae penes Monasteria nostra Majorum nostrorum vigilantia, ac studii gratia, religiose nunc asservantur, venerandae antiquitatis monumentis solertissime exhauriendo, ut etiam Monachi nostri ad haec prosequenda studia excitentur, eoque vel magis laudabilis fama augeatur, Monachos videlicet primos rei litterarie fuisse servatores, recentiores vero beneficos ejusdem, ac eruditos largitores esse, facultatem publici juris faciendi enunciatum Opus, servatis tamen quae de jure servanda sunt, quantum nostra interest, lubentissime impertimur.

Ex Perusino S. Petri nostrae residentiae Monasterio Pridie nonas Aprilis an. 1784.

D. Maurus Squarzoni Abbas, & Præses.

Reg.

Locus † Sigilli

D. Claudius Benedictus Trevisan Prior, & Pro-Cancell.

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus D. Salvator Ruggiero S. Th. Professor revideat, & in scriptis referat. Die 24. Januarii 1785.

A. E. ORTHOS. VIG. GEN.

JOSEPH ROSSI CAN. DEP.

EMINENTISSIME PRINCEPS

QUantum lucis affundant sequioris aevi antiquitatibus, quibus nihil suppetiarum a Scriptorum sive inopia, sive inscitia sperari potest, veteres chartae Archivorum custodiae consignatae, vel isthaec, quae de Principibus Langobardorum tempore Salerni imperantibus Dissertatio in lucem datur a praeclarissimo Casinensi Salvatore de Blasio satis abunde demonstrat. Is sane mediae antiquitatis rimandae studiosissimus perillustre Cavense sui Ordinis Tabularium, quod suas, ut ita inquam, delicias fecit (vidi enim, cum ibi aliquando diversarer, perdium fere ac pernoctem eum Archivo haerere) tam pertinaci labore excussit, pervolutavit, penitiusque vestigavit, ut ingentem, qua Neapolitani Regni historia dehiscit, lacunam expleverit. Ex propositi porro argumenti disquisitione, in quo alii frustra insudarunt, praeter ea, quae εν τη παροδω ex iisdem chartis in lucem evocata noster Scriptor persequitur, quae, & quantae utilitates in historiam hujus florentissimi praesertim Regni proficiscantur, sentiunt universi, quibus vel minimus harum rerum sensus inest. Optandum profecto est, atque adeo ab Auctore expostulandum, ut quamprimum ipse exsolvat, quod se praestiturum recepit; ut nimirum quaecumque in perscrutandis immensae illius supellectilis latebris ritus, leges, judicia, pondera, mensuras, aliaque id genus illustrantia ipse detexit, & quorum bonam partem in pluteis affectam habet, in lucem proferat, & cum litteraria Republica, cui nihil gratius utiliusque accidere potest, quantocius communicet. Ac liberandae hujus fidei caput & fundus ille est, cujus in litteris demerendis exornandisque studium, & mira morum suavitas postulat, ut eum honoris caussa heic nominem, Reverendissimus scilicet Abbas Raphaël Pasca Cavensi Coenobio Praefectus: quem propterea oro obtestorque, ut Auctoris alacritati novos usque stimulos adjiciat, illiusque litterarios labores in suum patrocinium libenter adsciscat. Quae cum ita se habeant, nihilque in hac Dissertatione occurrat, quod a fidei, morumque regulis abludat, in lucem emitti posse reor, dummodo tua, quae summa est, Card. Amplissime, auctoritas accedat. Dat. Neapoli XIV. Kal. Sextiles MDCCLXXXV.

Eminentiae Tuae Reverendiss.

Addictiss. atque Obsequentiss.
Salvator Canonicus Rogerius.

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur. Die 22. Julii 1785.

A. E. ORTHOS. VIG. GEN.

JOSEPH ROSSI CAN. DEP.

A. R. P. D. Ricchardus Capycius Minutulus in hac Regia Studiorum Universitate Professor revideat Autographum enunciati Operis, cui se subscribat ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent ad formam Regalium Ordinum, & in scriptis referat. Datum Neapoli die 22. Mensis Februarii 1785.

I. A. TARSENSIS C. M.

S. R. M.

QUae penitiore, eruditissimaq. litteratura eximius Auctor pronunciavit disserens de Principibus tempore Langobardorum Salerni imperantibus, accurate diligenterq. imperio tuo, Domine perlegi; & nil plane in iis offendi vel a Christiana pietate abhorrens, aut jus Regium ulla in re vel leviter imminuens. Immo mihi videtur magno usui fore tum politicorum, tum Reipublicae eruditorum, quum toto conatu se gessit Auctor in illustrandis, ac vindicandis rebus Langobardorum Principes spectantibus, temporum injuria oblitis, ut non dicam, Scriptorum inscitia. Quapropter typis excudenda existimo, si accesserit auctoritas M. T., quam demisso capite, mente veneror demissiore.

Neapoli ex aedibus SS. Severini, & Sossii Nono Kalendas Junias An. Ch. 1785.

Humillimus subditus, ac Addictiss. servus
Ricchardus Capycius Minutulus Cassinas Ord.

Die 4. mensis Julii 1785. Neap.

Viso Rescripto S. R. M. sub die 4. mensis Junii currentis anni, ac relatione A. R. P. D. Ricchardi Capycii Minutuli de commissione Reverendi Regii Cappellani Majoris, ordine praefatae Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Revisoris; Verum non publicetur, nisi per ipsum Revisorem, facta iterum revisione adfirmetur, quod concordat servata forma Regalium ordinum; ac etiam in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum.

SALAMONIUS. PATRITIUS. CARAVITA. TARGIANNI.

Vidit F. R. C.

Illustris Marchio Citus Praef. S. R. C., & caeteri Ill. Aulae Praef. tempore subscriptionis impediti.

Reg.

Athanasius.

***

ERRATA ita CORRIGENDA

pag.	lin.	Errata	Corrigenda
8.	42.	(1)	(2)
18.	16.	*Rogat.*	*Cogat*
	31.	*eaterva*	*caterva*
19.	2.	Mon. XXIII. pag. XLII.	Mon. XXIV. pag. XLIV.
	6.	*Domini nostri Gisulfi*	*Domini Gisulfi*
27.	10.	*conjugis, & matris*	*conjugi, & matri.*
	45.	Vocem *anime*	Vox *anime*
36.	13.	erga	ergo
	38.	membr. 230.	membr. 180.
38.	28.	*Domini Paldolfi*	*Domini nostri Paldolfi*
41.	37.	septuagesimitertii	septuagesimiquarti
43.	30.	*Salbatoris nostri Jesu*	*Salbatori Jesu*
	32.	*sigillatum integram*	*sigillatu integra*
	33.	*divisum est*	*divisu est*
44.	42.	*Guaiferius*	*Guayferius*
45.	32.	*bonorum*	*vonorum*
	33.	*relevabat*	*relebavit*
56.	29.	sextodecimo	quinrodecimo
60.	33.	sextusdecimus	quintusdecimus
112.	30.	931.	981.
119.	27.	(84) Anno 854.	(84) Anno 853.
120.	32.	Pandulfum	Paldulfum
123.	18.	XLX.	XIX.
127.	7.	Pandolfus	Paldolfus
III.	20.	Johannes Clericus	Johanne Clericus
VI.	11.	defendent	defensent
XIII.	1.	usque in alia via	usque alia via
XVII.	20.	quondam	quodnam
XLIV.	9.	Salvatoris nostri Jesu	Salvatoris Jesu
	13.	de Joaune	de Johanne
LI.	12.	ducatus	ducatu
	15	quondam	quodnam
LXXXII.	40	conjugis & matris	conjugi & matri
	41.	redemtionis &	redemtionis anime &
LXXXVIII.	9.	344.	344. in membrana.
CI.	8.	filii gloriosis	filio gloriosi
CXXV.	ult.	981.	982.
CXXVII.	penult.	983.	984.
CXLI.	18.	947.	946.
CXLVIII.	10.	n. 2.	n. 3.
	11.	Salbatoris	Salbatori
	14.	sigillatum integram	sigillatu integra
	15.	divisum est	divisu est
CLII.	2.	Abprelis	Apbrelis
	3.	Selicti	Sellicti
CLVII.	10.	proprio	propio
CLXII.	30.	Fradelperti	filius Fredelperti
	38.	Lupu filius Fradelperti	Lupus filius Fredelperti
	39.	coniugi	conjugio
CLXIV.	9.	Arniperti filii Abiscu	Arniperti fi ab istu
	35.	*Luucerna*	*Lucerna*
CLXVIII.	16.	Viseltruda	Wiseltruda

Si quod aliud Typographi, vel Scriptoris diligentiam effugerit, corrigat benignus Lector.

PRINCIPES

LANGOBARDORUM TEMPORE

SALERNI IMPERANTES.

I. T Principatus Salerni, de cujus imperantibus agendum est, initium, & origo non ignoretur, sciat unusquisque opus est, Duces primo, dein Principes Beneventi aeque Salerno, locisque ceteris, quae Salernitanum Principatum inde constituere, per biscentum quinquaginta circiter annos potitos esse, ac Benevento, eique finitimis regionibus. Sexto enim Christi seculo paucis post Langobardicae Gentis in Italiam adventum exactis annis Zoto Beneventanum Ducatum administravit; tali quidem ipse, ejusque successores imperio, ut vix, ac ne vix quidem ab Italiae Regibus sive Langobardis, sive Francis, sive Germanis dependerent; ejusque Ducis auctoritas longe major Ducibus aliis, etiam Spoletano fulgeret (1). Res ita ad Sicardum usque Siconis Beneventi Principis filium se habuit, qui ex unanimi Scriptorum sententia Patri successit Christi anno 833. Hic vix Beneventanum so-

A

(1) *Francorum Reges, & qui post illos Italiae Regnum obtinuerunt, ipsumque Carolum strictiori quodam jure Spoletanum Ducatum obnoxium habuisse prae Beneventano, qui memoratis Regibus vectigalis tantum fuit.* Camillus Peregrinius Opusc. *de Finibus Ducatus Beneventani* in Hist. Princ. Langob. T. V. ex editione Pratilli.

Exploratum sane est non secus ac Forojulienses, atque Spoletani, Regibus Langobardis paruisse Duces Beneventanos. Verum hi longe majori prae ceteris auctoritate pollebant, qualem finitima, ac opposita perpetuo Orientalium Imperatorum potentia exigebat. Francis vero Regibus Italia potitis elatiores etiam animos induerunt iidem Duces Beneventi. Arichis, sive Arigisus Dux, quantum vires tulerunt, Carolo Magno obnixus, impetratis tandem conditionibus levissimae servitutis vix eum Dominum agnovit. Grimoaldus autem ejus filius disruptis brevi pactis, & Monarchia arrepta variam belli sortem contra Francorum gentem sustinuit. Supremae deinde Francorum, ac Germanorum Caesarum ditioni se quidem subdiderunt ejus successores, sed sublimi Principatus jure sibi servato. Ludovicus Antonius Muratorius in *Antiqu. Medii Aevi* To. I. Diss. V. pag. 138.

solium obeunte Sicone ascenderat, quum Siconolfum germanum suum natu minorem continuo Tarentum amandavit sub vigili suorum custodia, ubi ad ejus usque obitum exul commoratus est. Id omissis Leone Ostiensi, Erchemperto, Paulo Diacono, ceterisque ejus aevi Scriptoribus, quorum testimonia huc adducere longum esset, luculentissime refert Chronicon illud Cavense per Petrum Cancellarium, & Girbertum Archivarium collectum sub Petro tertio hujus Sanctissimae Trinitatis Monasterii Abbate. Hoc fato nescio quo ad Camilli Peregrinii manus hoc ex Coenobio, vel ex alio S. Benedicti Salerni, unde initium sumit istud Cavense (1), perveniens, eandemque cum ceteris Peregrinii scriptis jacturam sortitum (2) ex apographo, quod felici omine post seculi lapsum supererat, a Francisco Maria Pratillo publici juris factum est (a). Raro hocce opusculo aliquando utar non invitus, quum reliquis aliorum scriptis, quae ad nostram usque aetatem venerunt, longe exactius sit, praesertim in referendis Principum annis (3), sive, ut verius dicam, paucioribus, quam cetera, erroribus scateat, ut ex illius cum priscis Tabularii nostri membranis collatione saepe deprehendi. Catalogi pariter Ducum Beneventi, & Principum Salerni, quem supradicto Chronico praefixum Pratillus invenit,

(1) Incipit hoc Chronicon ab erectione Monasterii S. Benedicti Salerni per Guibaldum Beneventi Monachum anno 794. & postquam per duo secula primum Praepositos, inde ejus Coenobii Abbates refert, anno 992. Alferii inde Fundatoris Cavensis Monasterii eo in loco *monachatum* refert per ea verba: *Alferius Principis consanguineus fit Monachus in nostro Monasterio*; anno 1106. ejusdem recessum in Metilianum, cellam ejusdem Monasterii S. Benedicti, memorat, ac denique post obitum Teobaldi Abbatis Salerni Alferii electionem sic dicens: *A.* 1011. . . . *mortuus est in Monasterio S. Benedicti Teobaldus Abbas II. die post Pentecostes prima noctis vigilia, & post tres dies electus est in Abbatem Alferius, qui erat Prepositus celle in Metelliano, & ibi residere voluit, & in Monasterio Salerni misit Rotpertum affinem suum Prepositum, & Petrum germanum Comitis Malliani pro suo Cancellario*. Hist. Princ. Lang. cum Pratillo To. IV. pag. 381.

(2) Peregrinius vetulae cuidam ancillae mandaverat, ut statim ac Medici de ipsius sanitate, ac vita actum esse dicerent, anecdota omnia tanta cum diligentia, sumptibusque non modicis ab eo collecta, inter quae pretiosissimum hocce autographum Chronicon exstabat, suasque etiam scriptas adnotatiunculas, animadversiones, dissertationes igni comburendas traderet: quod illa sub Medicorum fide exsequente, superstes vero Peregrinius inconsultum praeceptum, nec reparabile facinus magnopere doluit. Vide ejus Vitam per laudatum Pratillum scriptam To. I. *Historiae Princ. Lang. Peregrinii*. Id repetit Pratillus in *Praeloquio* ad dictum Chronicon editum in eodem Opere To. IV.

(a) *Histor. Princ. Lang.* cit. To. IV. pag. 381.

(3) *Huic profecto Chronico . . . . . laudes impertiendae*, ait Pratillus, *quod lucem plurimam nostris rebus emiserit, multaque illustraverit, quae aut ignota prius, aut obscura videbantur*. Et infra: *Illud itaque typis mandare proposui, quod plurimum revera ad nostrorum Langobardorum historiam, atque Salerni dynastiam elucidandam, resque aliquas ad Comitatum Capuae, ad Neapolitanum Ducatum, necnon Beneventi, Salerni, Capuae principatus cognitionem nimium conferat*. Praeloquio ad dictum Chronicon Tom. IV. cit. *Hist. Princ. Langob.* pag. 381. seq.

nit, typisque tradidit (1), interdum auctoritatem adducam, qui non minoris hac in re pretii esse videtur (2). Chronicon itaque istud haec habet (a): *A.* 833. *Sico Spoletius moritur, & Sicard regnavit pro ipso solus cum grandi immanitate pro malo suorum consilio, qui sequenti anno germanum suum Sichenolfum in Tarento ad exulatum commisit.*

II. Interfecto vero non adhuc expleto septimo regiminis anno, Sicardo, eique Beneventi succedente Ratelchisio eius Thesaurario plures ex Salernitis, imo etiam ex Beneventanis dignitate, ac nobilitate praestantibus Siconolfum ab exilio arcessunt, primumque Salerni Principem renuntiant (3). Hinc ipsum inter, & Ratelchisium maxima sui principatus parte exui aegre ferentem duobus integris fere lustris saevissima exarserunt bella, donec Ludovicus Augustus Lotharii Imperatoris filius principatum inter eos divisit, alterum Beneventi, Salerni alterum Principem sua auctoritate confirmans. *A.* 839., scripsit laudatus Cavensis Chronographus, *Princeps scelestissimus Sicardus a Daiferio occiditur in foribus sacri Palatii ...... Ratelchisius sublimatus est Princeps, qui fuit Thesaurarius illius, & Gamalus. A.* 840. *Sichenolfus a Salernitis, & Daiferio cum filiis, aliisque primoribus Beneventi Princeps Salerni factus est, postquam a Tarenti custodia fugiit per mare latenter cum thio suo, & Salernitis, & Malfitanis multis .... A.* 849. *per Indictionem XII. Sichenolfus Leutario Augusto fidelitatem juravit* (4), *& cum ipso socia-*

A 2

(1) De supradicto Catalogo agens Pratillus in citato Praeloquio ait: *Initium habet hoc Chronicon a Catalogo Principum Salerni .... utique aliis omnibus accuratiore.* Illum vero sub initium Tom. V. ejusdem Historiae vulgavit.

(2) *Ex hoc nostro Cavensi Catalogo*, ait Pratillus in Monitione, quam ei praefixit, *eorum* (Principum) *nomina, successiones, ordinem, aetatem, obitum, cunctaque ad aptiorem ipsorum chronotaxim spectantia, Benevole Lector habebis. Qua de re integram illi, sacramque fidem praestandam fore judico, quod totus ipse Chronographus fuerit in veritate inquirenda, posterisque fideliter adprobanda. Revera namque pene totum Cavense Archivum qui pervolutaverint adamussim chartae illius Coenobii annis respondent, quibus Salerni Principes vixerint, aut defuncti fuerint &c.* Num res ita se habeat, ut a Pratillo celebratur, ex hujus Dissertationis progressu Lectori judicare fas erit.

(a) *Hist. Princ. Langob.* supracitata To. IV. pag. 391.

(3) Risu excipiendus Doctor Antonius Mazza, qui in sua *Historiarum Epitome de Rebus Salernitanis* cap. V. pag. 20. Arichim inter Beneventanos Principes primum Salerni Principem vocat; non quod Salerni dominium non habuerit, quum ea civitas etiam Beneventi Ducibus, & Principibus subderetur; sed quia ante Siconolfi exaltationem Dynastae Beneventi quidem, non vero Salerni Duces, & Principes dicebantur.

(4) Eo forte tempore Siconolfus aulaeum maximi pretii ad dictum Caesarem dono misit, quod ex charta Cavensis Tabularii (Arca 86. num. 262. intra membranam in *Append. Monum.* I. pag. III.) notum est, in qua legitur hunc Principem Radechi suo Castaldeo Moncolani filio terram quamdam concessisse inter duos Salerni parietes sitam, seu *inter murum, & muricinum, eo quod ipse Radechis*

ciatus est . . . . A. 850. *Lugdoicus filius Lotarii fit Imperator a Papa Leone decembri mense* (1), *& ad instigationem Landoni Comitis de Capua venit ipse Beneventum pro Saracenis espellendis. Tunc facta est pax inter Ratelchisium, & Sichenolfum diviso inter utrosque Principatu, facto federe cum sacramentis ab ipsis. Hinc Lugdoicus Saracenos omnes, qui aut Ratelchisio, aut Sichenolfo favebant, facile submittere potuit, & a totius Principatus locis eos espulsare.* Haec nobis modo attigisse sufficiat, ut Principatus Salerni initia dignoscantur; ea enim, eorumque progressus non ex Scriptorum saepe erroneis auctoritatibus tot seculorum curriculo per exscriptores facillime vitiatis, sed ex chartis, iisdem certe annis, mensibusque, quos innuunt, scriptis, quibus omnimoda fides adhibenda est (2), eruemus.

III.

chis eidem Domini Siconolfi (verba sunt instrumenti) *dederat unam curtinam valientem solidos mille, que pro salvatione gentis, & terre sue direxerat salutem in Franciam ad ipsum Imperatorem.* Usurpatum saepissime ea tempestate *salutis* nomen pro exenio, seu praestatione, quae ultra debitum censum statis temporibus Dominis possessionum deferebatur; cujus vocis exempla vide apud Du-Cangium in Glossario; cui etiam ex nostris membranis addendum vocabulum aliud *Saputa*, quod fere idem significat. Hic tamen *Salus* pro *dono*, seu, si mavis, *tributo* accipienda videtur.

(1) Quae heic de Ludovici coronatione, adventu Beneventum, & pace per ipsum inter Siconolfum, & Radelchisium firmata ad annum 850. referuntur, ad alium potius 848. amandanda; quod animadverterat Muratorius in Annalibus Italiae To. (mihi) V. ad annum 848., cujus argumentis maximum robur afferunt Archivi nostri Instrumenta, quae non ultra annum 848. Siconolfi nomen exhibent; ipsum vero Principem ante anni 849. finem jam obiisse certum est, quum Decembri tertiaedecimae Indictionis, seu anni 849. Siconem ejus filium Principem ea referant (Arc. 35. n. 254. *App. Mon.* II. p. X.), ut suo loco videbitur. Indulgendum tamen Cl. Petro Napoli-Signorelli, quod nuperrime To. II. Operis: *Vicende della coltura nelle due Sicilie* pag. 84. Scriptorum aliorum errorem secutus dixerit Salernitani Principatus a Beneventano separationem firmatam esse anno 851. inter Siconolfum (jam a biennio mortuum) & Radelchisium. Id inter ceteros forte hauserat a Leone Ostiensi (*Chron. Casin.* Lib. 1. cap. 29.), & inter recentiores a Petro Giannone, qui (*Istoria Civile di Napoli* Lib. 7. n. 1. pag. mihi 438.) hoc accidisse dicto anno quinquagesimoprimo seculi IX. tamquam inconcussum affirmat. Eidem subscripsit sententiae Joseph Simonius Assemannus (*Italicae Historiae Scriptores* &c. To. 1. Cap. XI. pag. 302.) dicens: *At Langobardi Principatum diviserunt anno* 851. Veritati tamen magis accessit, licet aeque deceptus fuerit, eruditissimus Franciscus Antonius Grimaldi, cujus obitum nuper Litteraria Respublica vehementissime doluit; hic enim Epocha II. suorum Annalium Regni Neapolis ad annum 843., quo statutum divisionis dictorum Principatuum tractatum, ipsamque divisionem reputaverat Anonymus Salernitanus, To. V. pag. 320. dubitat Scriptorem errasse, tractatum ipsum cum divisionis facto confundentem, addens sibi certum esse eam anno 850. accidisse, ut suo loco demonstrandum promittit, quod & repetit pag. 355. ad annum nempe 848. Denique id asserit sub initium To. VI. Epochae II. ad annum 850. afferens *Capitulare Radelchisi* editum a Peregrinio (To. III. suae *Historiae Principum Langobardorum* pag. 214.), a quo certe, vel ab alio Exscriptore annus 851. additus est. quum nullae eidem Capitulari vel sub initium, vel in fine chronologicae notae insint.

(2) *Omnium Litteratorum calculo decisum fuit Scriptores Medii Aevi cum*

in

III. Advertendum tamen heic est in Langobardorum Salerni Principum diplomatibus, omnibusque aliis illius aevi instrumentis, licet per biscentum triginta annos nunquam vulgaris aerae mentio fieret, sed tantum ipsorum Principum anni in iis memorarentur, a Martio vero anni Christi millesimi septuagesimi, quo Salerni Gisulphus extremus ex Langobardis Principibus dominabatur, qui inde Roberti Guiscardi leviri sui odium, indignationemque incurrens e solio, & principatu ejectus Langobardorum imperio finem dedit, usuvenisse, ut Principum annis anni etiam Christi adderentur. Ex qua inducta consuetudine mihi Principum illorum Seriem scripturo ingens lux affulsit; inde enim fixum temporis punctum stabilire datum fuit, quo vulgari anno Principis annus respondet; usque adeo, ut hanc, quam texam, eorum veluti genealogiam, licet ceteris horum Principum Stemmatibus, aut Catalogis per varios Auctores constructis non parum dissonam, veritati consonam indubitanter existimem.

IV. Id vero commodum, quod hac ex nova Tabellionum methodo percipiam, me vel invitum coget (quod unusquisque me non monente conjiciet), ut retrogrado ordine progrediar; ab ultimo nempe Principe, cujus aetas Christi annis respondens mihi ex addito vulgari anno innotescit, ad primum usque ascendendo. Fac enim me Siconolfi dominatus initium anno Christi 840. contigisse ostensurum: nunquam equidem chartae primum ejus annum referentes aliud mihi rei hujus argumentum praebebunt, nisi illud tertiae, sive etiam quartae in quatuor extremis anni illius mensibus Indictionis, quae quum aeque quintodecimo quoque anno recurrat, aeque etiam Christi annum 825., aliosque anteriores, vel 855., ceterosque posteriores annos indigitabit. Si vero aliam ingredi viam tentarem, ex Siconis nempe filii eius, vel aliorum successorum imperio, quorum nullum mihi firmum, ac stabile tempus Christi annis respondens ex chartis innotescit, Siconolfi principatus primordia arguere meditarer, non minus certe salebrosiores syrtes incurrerem; demonstrandum quippe prius foret, cujus vere aetatis fuerit Principis huius dominium, atque inde ad Siconolfum Principem regrediendum; quod quidem nunquam penitus figi potest, nisi successoris hujus annus perquam explorate, & plane stabiliatur: quod certe ostendi per chartas nequit. Manifeste itaque patet, non nisi ex fixo illo annorum Gisulphi termino, ubi ejus anni cum aerae Christianae annis simul notantur, argumenti initium sumi posse, ac proinde inverso ordine a Gisulpho ad Siconolfum progrediendum.

V. Illud denique Lectorem monitum velim, me in instrumento-

in notionibus chronologicis, tum in ipsis narrationibus historicis exigi, corrigique posse, & debere ad fidem diplomatum, & chartarum pagensium; standumque potius esse pro re diplomatica, quam pro Scriptoribus etiam coaevis. Hergott *Genealogia Diplomatica Gentis Hasburgensis* Proleg. I. P. III.

torum Cavensium certa fide ostendenda nolle prorsus inutilem operam navare. Satis ei veritati vindicandae esse posset innumerarum chartarum, quas in mea Tabula dictorum Principum chronologica mox adducenda citabo, in omnibus secundum Critices, ac Diplomaticae Artis regulas similis consensio. *Quid enim ridiculum magis*, ut celeberrimi Germonii verbis utar, Viri ceteroquin in Diplomatum αὐθεντίᾳ admittenda valde difficilis (*a*), *quam vana, ac temeraria ubique suspicione laborare, & metuere, ne quoties veterem librum aperis, toties in suppositititias falsariorum lacinias incurras? Hujusmodi suspicionibus indulgere nec sapientis est, nec constantis viri*. Afferam nihilominus duorum testimonia, qui Ordinis Benedictini, & Litterariae simul Republicae ornamenta quum sint, alter Galliarum, Italiae alter, & in hoc Scientiae genere Judices omni exceptione majores, rem extra dubitationis aleam facile collocabunt. Compendio usus est primus, Joannes videlicet Mabillonius, quem, quicquid in adversum sciolis hac tempestate crocitare fas sit, Diplomaticae Artis veluti Parentem, ac Magistrum merito Litterati omnes unanimiter venerantur,

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. Hor.

Hic itaque in suo Museo Italico (*b*) sic habet: *Cavensis Monasterii Archivum integerrimum est*. Alter Benedictus Abbas Bacchinius, quem Magistrum suum Scipio Marchio Maffejus saepius appellavit, tam in originali Itineris sui Diario (1), quam in epistolis ad eruditissimum Magliabechium (2) summis Tabularii hujus chartas extollit laudibus, iisque clare conspici putat, quam immaniter in obscuris medii aevi temporibus indicandis hactenus sit erratum (3). Ceterum, ut in hoc etiam acquiescant morosi Critici, qui plerunque Diplomaticae Artis leges ne a limine quidem salutarunt, sed unice addubitare de omnibus didicerunt, & si non ut spuria, certe ut dubia quaecumque vetera in-

(*a*) *De Veter. Haeret. Cod. corrup.* pag. 560.

(*b*) To. I. pag. 114.

(1) M. S. servatum apud Cl. Virum Andream Mazza Casinensem Monasterii S. Joannis Evangelistae Civitatis Parmae Abbatem.

(2) M. S. exstant Florentiae.

(3) His aliisque doctorum virorum auctoritatibus fultus Cajetanus Troylus utriusque juris peritissimus in libello sub titulo; *Risposta alla Scrittura data fuori dall' Avvocato della Rocchetta* scripto die 15. Maji anni 1756., typisque tradito vulgari idiomate ajebat: *Della legalità dell' Archivio* (del Monastero della SS. Trinità della Cava) . . . . . *mai fino a questi tempi infelici vi è stato chi ne dubitasse, e non l' avesse stimato il più sacrosanto, ed illibato tra tutti i più celebri d' Italia, ed il più ricco della roba de' Langobardi, e Normanni Principi di Salerno, ed il più sicuro guardaroba delle antiche memorie*. Rursus: diligentissimus Alexander Meo Presbyter Congregationis SS. Redemptoris emunctae naris homo, mihique amicissimus, per quem prima Langobardorum Principum chronologiae, ut per quos profecerim fatear, fax mihi illuxit, quique innumeras fere aliorum Archivorum chartas tractavit, nostrum *immaculatum* appellat.

instrumenta rejiciunt (1), sciant oportet, me vel nunquam, vel perquam raro diplomatibus uti, quae Cavensis Coenobii utilitatem, sive etiam decus respiciunt; sed aliis dumtaxat chartis, quae *Pagenses* vocari possunt, quaeque nec Monasterio hodie prosunt, vel unquam forte profuerunt, neque ad illud pertinent; ac tandem non aliud ex iis emolumenti, aut usus me repetere, nisi quod ad Principum annos, mensesque instrumentorum initio affixos spectat.

VI. A Gisulphi itaque ultimi Langobardorum Salerni Principis expulsione initium seriei nostrae ut sumamus, quam discordes sint de hujusce rei tempore superstitum Scriptorum sententiae, credi vix potest. Perillustrem Langobardorum Gentem, quae per tria fere secula hisce in regionibus supremo, absolutoque dominio imperaverat, suis omnibus juribus, sceptro, solio, imperio inopinato exui: Principem, qui Majorum sudoribus partam rerum summam a sexto supra tricesimum anno habebat, ac pacifice justissimo hereditario titulo retinuerat, inter subditos, famulos, ac pene dixerim servos adscribi; quodque majus est, non ab hostibus, sed a leviro Roberto Guiscardo, sorore Sikelgaita illius uxore incassum, ut credi fas est, lacrymis pacem, ac misericordiam deprecante: ejusmodi profecto insignis, ac memoria dignus eventus nulli certe vel longinquae regioni erat ignorandus. Mirari ergo subit, quod eos, qui his in locis confidebant, suisque forte oculis infandum facinus inspiciebant, dum scriberent, (si vere iis in seculis quae supersunt Chronica, Diaria, Fragmenta, Historiae scripta extitere) non modo menses, diesque ipsi, quibus haec evenere, latuerint, sed etiam annus; paucos si excipias, quos potius divinasse putandum est. Si Salerni Principum Catalogum Cavensi Chronico olim praefixum consulueris (*a*): anno haec millesimo septuagesimosecundo accidisse audies; si ignotum Barensem (*b*), vel Chronicon Normannicum (*c*), septuagesimoquarto supra millesimum; si breve illud S. Sophiae Chronicon (*d*), aut Cavense aliud a Pratillo e tenebris erutum (*e*), aut Anonymum Cassinensem (*f*), aut Romualdum Salernitanum (*g*); &, ne recentiores praeteream, Peregrinium (*h*), Ughel-

(1) *Magna prudentia*, ajebat Mabillonius de Re Diplom. Lib. II. pag. 241., *eruditione, ac moderatione summa opus esse, ut vetera instrumenta legitime examinentur, nec cuivis illotis manibus id tentandum.*

(*a*) *Hist. Princ. Langob.* cit. To. V. pag. 14.

(*b*) Ibidem Tom. IV. pag. 335.

(*c*) *Rerum Ital. Script.* Tom. V. pag. 278. (VI.).

(*d*) *Antiquitates Medii Aevi* Muratorii To. I. pag. 259.

(*e*) *Hist. Princ. Lang.* cit. To. IV. pag. 446.

(*f*) Ibidem To. IV. pag. 78.

(*g*) *Rer. Ital. Script.* Tom. VII. pag. 171. (aa).

(*h*) *Hist. Pr. Lang.* Tom. V. pag. 18.

Ughellium (a), Petrum Giannone (b), Pratillum (c); & novissime Petrum Napoli - Signorelli (d), septuagesimoquinto; si notamentorum exemplum (1) sub Chronici Cavensis nomine a Muratorio publici juris factum (e), septuagesimosexto; si denique Lupum Protospatam (f), eiusque chronologicae historiae italicam versionem per Nicolaum Aniellum Pacea (g), Thomae a Catana Chronicon (h), Chronicon aliud Amalphitanum (i), quibus videtur acquiescere laudatus Muratorius (k) reclamante Pratillo (2), ac denique Auctores Operis: *Art de verifier les dates* (l): Gisulphi per Normannos a Principatu, ac Salernitana Civitate ejectionem anno millesimo septuagesimoseptimo evenisse reperies. Tres supra triginta annos imperasse citatum Principem Gisulphum nonnullis placuit (m), aliis vero trigintaquatuor (n).

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Ecquem itaque hujusmodi anecdotorum adeo sese inter pugnantium usum facient Eruditi? quaenam criticae leges ab hisce labyrintheis flexibus in scribendis ejus aevi historiis extricabunt? Plurima nihilominus secula a mille, & amplius annis in Nationum, Civitatum, Coenobiorum historiis, ut optime animadvertunt doctissimi Novi Tractatus Diplomaticae Artis Auctores e Congregatione S. Mauri, jejunis hisce, levissimis, ac (per me addere liceat) persaepe erroneis Chro-

(a) *Italia Sacra* To. I. pag. (mihi) 344.
(b) *Istoria Civile di Napoli* Lib. X. cap. 3. Tom. (mihi) II. pag. 75.
(c) *Hist. Pr. Lang.* To. V. pag. 7.
(d) *Vicende della Coltura nelle due Sicilie* To. II. pag. 221.
(1) Exstat adhuc in Cavensi Archivo magnum membranaceum volumen continens primo loco venerabilis Bedae opus *de Temporibus*; inde vero alia plurima tum ejus, tum aliorum Opuscula. Quum autem in eo Bedae opere Canon, sive Cyclus exstet decemnovennalis, quem Recentiores *Numerum aureum* appellant, a primo aerae vulgaris anno appositis anno singulo Indictione, Epacta, die Lunae, Littera Dominicali, et aliis, a latere nonnullorum annorum fuere a priscis forte Monachis notae aliquae appositae, quae primis seculis Romanos Imperatores, Pontifices, inde suo tempore Principes Langobardos, aliaque plurima, quae iis notatu digna sunt visa, et praesertim quae ad Abbatum Cavensium electionem, et regimen pertinebant, indigitabant. Haec a nescio quo transcripta ad Muratorii manus pervenere, eaque sub Cavensis Chronici nomine ipse edidit inter Rerum Italicarum Scriptores.
(e) *Rer. Ital. Scr.* Tom. VII. pag. 921.
(f) *Hist. Pr. Lang.* To. IV. pag. 44.
(g) *Raccolta di varie Croniche, Diarj &c.* Autore A. A. Pelliccia To. I. pag. 16.
(h) Ivi pag. 26.
(i) *Antiq. Med. Aevi* To. I. pag. 214.
(k) *Annali d' Italia* To. (mihi) VI. pag. 221.
(2) Quae Pratillus adversus Muratorium hac super re scripserit, infra referemus.
(l) *Chronologie historique des Comtes, puis Ducs de Pouille, & de Calabre* pag. (mihi) 893.
(m) *Chronicon Ducum, & Principum aliquorum Beneventi, & Principum Salerni* To. V. *Hist. Pr. Lang.* cit. pag. 18.
(n) *Catalogus Principum Salerni* Ibidem pag. 13.

Chronicis innituntur (1). Ostendam modo Gisulphum trigintasex annos imperasse, nec nisi septuagesimoseptimo supra millesimum aerae vulgaris anno (2) Salerno per Robertum Guiscardum expulsum; idque ex unius, ut cetera in posterum, Cavensis Tabularii documentis.

VII. Antequam vero id probem, Salernitani Principatus, sive eius Tabellionum usum circa anni initium animadvertam, ne in errorem ipso in limine incidamus. Constans itaque apud eos consuetudo fuit (quod in quamplurimis hujus Archivi chartis, ex quo Christi annus in iis notari coepit, perspicere mihi datum est), ut ab Incarnatione anni communis praeteriti, sive a mense Martii sequentem annum nostrum exordirentur (3). Sic Januarii, & Februarii menses nobiscum communes habebant, a Martio vero sequens communis annus per eos numerabatur. Id adoptatum inter ceteros a Pisanis, ut pluries post Mabillonium (a) adnotat Muratorius, qui id Salernitis in usu etiam fuisse forte nescivit, quique quamplura circa annorum initium, & Indictiones refert (4), licet poterat & alia addere (5). Laudatum Scribarum Salernitani Principatus morem satis

 agno-

(1) *Depuis plus de mille ans combien de siécles, ou les Annales des Nations, des Villes, & des Monasteres non consistent tout au plus, qu'en des Chroniques séches, & communément tres-superficielles?* Nouveau Traité de Diplomatique To. I. pag. 13. *Preface*.

(2) Quamquam hodie ex eruditis nemo in dubium vertat Christi Domini Nativitatem saltem ab annis quatuor vulgarem annum praecessisse, imo Dominus le Noble de S.Georgio in sua Dissertatione Parisiis edita anno 1693. *sur la veritable année de la Naissance de Jesus Christ* quinque annorum varietatem ostenderit, communem nihilominus errorem & nos sequi oportet, ac si iidem sint anni Christi, qui sunt aerae vulgaris.

(3) Id nonnulli etiam primi subsellii viri non advertentes errorem in aliquibus ejus aevi Scriptoribus, vel in Exscriptoribus putarunt, quod facta aliunde nimis nota uno fere integro anno ab iis postposita viderint. Sic Nicolaus Aloysia in suis *ad Barense Cronicon notis* (apud Muratorium *Antiq. Ital. Medii Aevi* To. I. Diss. I. pag. 31.) Anonymi Auctoris, vel ejus Amanuensis lapsum existimat, ubi Divi Gregorii Papae mortem, quae anno 604. accidit, ad annum 605., Caroli Magni iter Romam, ejusque filii Pipini baptismum anno 781. celebratum ad 782. translatum reperit.

(a) *De Re Diplomatica* Lib. II. cap. 23., & 24.

(4) *Utique fuerunt olim, & sunt adhuc in Italia populi, ac praecipue Florentini, qui serius, quam nos, annum novum a die XXV. Martii ineunt, ac propterea annum* ab Incarnatione *appellant; quod sedulo perspiciendum, utpote indicium discriminis non levis ab altera formula nostris temporibus fere ubique usitata, scilicet* a Nativitate, *sive, ut rectius Regienses, & alii scribunt*, a Circumcisione, *hoc est a Kalendis Januarii. Aliquibus autem, & praesertim Pisanis novus annus* ab Incarnatione *novem mensibus antevertebat vulgarem annum nostrum a Nativitate. Fuerunt etiam, ac praesertim apud veteres Germanos, qui annum revera a die XXV. Decembris numerare incipiebant*. Antiqu. Ital. Medii Aevi *To. III. Diss. XXXIV.* pag. 45. Idem fere dixerat *To. I. Diss. VII.* pag. 439., *& in Annalibus* ad an. 882. To. (mihi) V. pag. 141.

(5) Usum veterum Germanorum a Muratorio supra relatum annum a die

25.

agnoſcimus ex duplici Inſtrumento Tabalarii Cavenſis, altero videlicet donationis ſimul, & venditionis quarumdam terrarum, quae fit Monaſterio S. Nicolai de Palma de Salerno a Stephano Johannis filio, & a Dumnanda ejus conjuge (1), quod (Arc. 87. n. 5. *Monum.* IV. pag. XII.) ita incipit: *In nomine Domini viceſimooctabo anno principatus Domini noſtri Giſulphi glorioſi Principis menſe Januario octabe Indictione. Dum coram preſentia Domini Leonis Reverentiſſimi Abbatis Monaſteriorum Sancte, & Individue Trinitatis, quod conditum eſt foris hanc Salernitanam Civitatem in loco Metiliano, & Beati Patris Nicolai, quod conſtructum eſt intra hanc Civitatem in plaja montis, ubi Palma dicitur, &c.*, & altero ſequentis Martii, quo eadem decurrebat Indictio, & novus Giſulphi annus incipiebat (2), ubi Chriſti annus, quem nos ſequenti Januario

25. Decembris inchoandi invenio apud Notarium Joannem Ferdinandum Coſta Cavenſem ſub XVII. ſeculi initium; in Libro enim Inſtrumentorum ſuorum, vulgo *Protocollo* anni 1607., quod in hoc Cavenſi Tabulario exſiſtit, hoc in primo folio monitum legitur: *Notandum, quod milleſimus juxta ſolitum mei Notarii quolibet anno mutatur in 25. die menſis Decembris, Indictio vero mutatur in prima die menſis Septembris anni cujuslibet*. Contra duo alia obſervatu digna in recentioribus Archivi Cavenſis chartis, & libris mihi hae de re occurrerunt. Unum in *Protocollo* Petri Pauli de Troisio Tabellionis Cavensis, quod incipit a prima die Septembris 7. Indictionis anni 1473., quem notat in cunctis Inſtrumentis ad finem uſque Martii anni ſequentis; a Kalendis vero Aprilis annum 1474. numerare incipit. Id parum differre videtur ab uſu ſub tertia ſtirpe Regum Francorum adhibito annos a Paſchate numerandi; *Un uſage tres-commun ſous la troiſieme race de nos Rois etoit de ne commencer l'année, qu'a Pâques, environ tres mois aprés nous*. L'Art de verifier les Dates *Diſſertation ſur les Dates* pag. (mihi) VI. Aliud a me notatum eſt in Inſtrumento Tranenſi (Melfictae, Gravinae, aliarumque finitimarum Trani urbium chartas eadem formula expreſſas reperies), quod has habet notas: *Trani die primo Decembris 1515. VII. Indictione ſecundum Trani uſum, ubi anno* (l. *annus*) *Domini ſemper primo die menſis Septembris anni cujuslibet una cum Indictione mutatur*. (Arc. 53. n. 145. *Mon.* III. p. XI.). Vigebat autem haec eadem conſuetudo apud Graecos, qui a Mundi creatione diplomatum annos numerabant. Id teſtatur Dominus de Vaines Benedictinus Congregationis S. Mauri in ſuo *Dictionnaire raiſonné de Diplomatique* V. *Dates* pag. 321. his verbis: *Il faut ſeulement obſerver, qu'ils* (les Grecs) *ont toujours commencé invariablement leurs années au premier Septembre ainſi, que l'Indiction, quand' ils en uſerent*. Neque aliter laudati Scriptoris ſententia annos inchoarunt Moſchi, priuſquam Petrus Magnus eis imperaret. Ibidem V. *Année* pag. 75. Si vero Domino de Voltaire fides habeatur, non a Kalendis, ſed a die 13. Septembris anni initium erat apud Moſchos: ait enim (*Hiſtoire de Charles XII. To.* 1. Liv. I. pag. *mihi* 20.): *L'ere des Moſcovites commençoit a la creation du Monde; ils comptoient 7207. ans au commencement du ſiecle paſſé ſans pouvoir rendre raiſon de cette date. Le premier jour de leur année revenoit au treize de notre mois de Septembre*.

(1) Fuit olim hoc Monaſterium S. Nicolai de Palma ſeculo XI. a Leone ſecundo Abbate Monaſterii SS. Trinitatis Cavae, ac poſtmodum inter Sanctos relato, Salerni aedificatum, unde utriuſque Coenobii Abbas dicebatur, ut in membrana heic citata; temporum inde decurſu datum eſt Fratribus Minoribus Obſervantibus S. Franciſci, qui uſquedum illud incolunt.

(2) Licet ex Inſtrumentis, quae menſe Martii celebrata ſunt poſt Giſulphi prin-

rio inlviffemus, feptuagefimusprimus fupra millefimum notatur (1) his verbis (Arc. 83. n. 178. *Mon.* V. pag. XV.): *In nomine Domini anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimoprimo, & vicesimonono anno principatus Domini nostri Gisulfi mense Martio octaba Indictione. Ante me Petrum Judicem Castelmannus Comes &c.*. Ambo autem ad vulgarem feptuagefimum annum fupra millefimum fpectant, licet fecundum, quod Martium menfem habet, Salernitano more feptuagefimumprimum referat; haecque tranfpofitio conftanter annis reliquis fequentibus, ut in infrafcripta mea Tabula, obfervatur. At ftabilito jam a quo cardine Chrifti annos Salernitani Principatus Tabelliones repetierint, modo ad argumentum procedamus.

VIII. Tria ultima Inftrumenta, quae Gifulphi Principis nomen habent, funtque Nuceriae celebrata, hoc prae fe ferunt initium: *In nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnationis eius millesimo septuagesimohoctabo, & tricesimosexto anno principatus Domini nostri Gisulfi glorioso Principi mense Martio* (habet primum Arc. 35. n. 122. *Mon.* VI. pag. XVII., *Majo* duo alia Arc. 31. n. 195. *Mon.* VII. pag. XVIII., & Arc. 32. n. 159. *Mon.* VIII. pag. XIX.) *quintadecima Indictione*. Quum itaque nullus dubitet, maximum de Gifulphi adhuc ftabili, profperoque Salernitano Principatu argumentum illud effe, quod in publicis chartis is Princeps nominetur, ejufque imperii annus fecundum confuetudinem in iis notetur; profecto unufquifque facile colliget anno feptuagefimooctavo fecundum Salernitanorum morem, five feptuagefimofeptimo Chrifti fupra millefimum ex communi aera, ut fuperius jam notatum eft, cui quintadecima Indictio Martii, & Maji menfibus refpondet, ufque ad Maji menfem Gifulphum regnaffe, ac propterea non adhuc debellatam Salernum ante illos annum, & menfes, neque eum e folio fuiffe exturbatum. Rurfus: ex iifdem membranis audivimus tricefimumfextum principatus annum tunc egiffe Gifulphum; quod & fupra relatis anni millefimi feptuagefimiprimi penes Salernitanos, five feptuagefimi vulgaris anni, quo vicefimumnonum agebat, aliifque omnibus fequentium annorum mirum in modum confentit (2).

 IX.

principatus initium, aliqua unum ejus annum, alterum alia referant in eodem vulgari anno, alia exempli gratia tertium, alia quartum; unde colligere eft non a prima die Martii annos principatus ejus effe inchoandos; nihilominus ex quo Chrifti annus ipfis affixus eft, novufque a menfe Martio a Salernitis annus numerabatur, novus Gifulphi annus conftanter etiam notatus eft.

(1) Hoc primum eft Tabularii Cavenfis Inftrumentum ex iis, quae Langobardorum Salerni Principum tempore fcripta funt, ubi Chrifti annus Principum annis additur, & ex Indictione octava communem annum feptuagefimum fupra millefimum heic indicari manifeftum eft, quamquam feptuagefimusprimus in eo notetur fecundum memoratum morem Salernitarum.

(2) Francifcus Maria Pratillus, qui, ficut Cavenfi Chronico, ita et Principum Lan-

IX. Evidentiſſimo huic argumento, quo ceterorum Scriptorum errores dignoſcuntur, addi & aliud poteſt ex Roberti victoris annis deductum; licet enim ſub Normannorum imperio uſus penes Tabularios invaluerit, ut non jam diſtincti Principum anni in inſtrumentis notarentur, ſed poſt Chriſti annum adderetur: *temporibus Roberti Ducis*, *Rogerii Ducis*, *Guilielmi Ducis*; in nonnullis vero eorum Diplomatibus imperii annum eorum Cancellarius adnotabat ſub finem Inſtrumenti, ubi poſtmodum aerae vulgaris annum etiam ſubjungebat. Tria Cavenſe Archivum Roberti Ducis ſervat diplomata ſuis plumbeis pendentibus ſigillis roborata, quorum unum anni 1079. tertium principatus Roberti annum refert. En illius initium: *In nomine Sanctę & individue Trinitatis Robertus divina favente clementia Normannorum, Salernitanorum, Amalfitanorum, Surrentinorum, Apulienſium, Calabrienſium, atque Siculorum Dux &c.* (1). Definit vero: *Hoc autem factum eſt tertio anno regni principatus Salerni Roberti Ducis. Tex-*

Langobardorum Catalogo eidem Chronico praefixo fidem omnem habebat, unum alteri diſſentire proſpiciens; Chronicon enim anno 1075., Catalogi vero Auctor, poſtquam trigintaquatuor annos regnaſſe Giſulphum aſſeruerat, anno 1072. expulſum dixerat: id conſueta exſcriptorum negligentia eveniſſe arbitratus eſt. Hi enim, inquit, litterae V., quae quinquenarium numerum indicat, haſtas ſeparando duplicem I facientes ſeptuagintaduos pro ſeptuagintaquinque ſcripſerunt. Concludit inde dictus Catalogus totum Principum Salerni Langobardorum imperium annos vigintiſeptem ſupra ducentos perduraſſe, quum ex ſingulorum Principum dominationis computo anni ducenti trigintaquinque ad Pratilli mentem eſſe debuiſſent. Huic etiam malo medelam allaturus Pratillus ait, quod amanuenſes ultimi numeri XXXV. extremam X in V converterint, litterae vero V haſtas ſegregando II ſcripſerint, ſicque numerum XXVII. pro XXXV. perfecerint. Ego vero, cui aeque cordi eſt tum Chronici, tum Catalogi Auctores ab omni labe, quoad ejus fieri poteſt, vindicare, quum in explorato mihi ſit trigintaſex annos imperaſſe Giſulphum, ejectum vero anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo; quod neque arabis, neque Romanis numeris, ſed ipſiſſimis apertis, et exſculptis verbis in membranis deſcribitur; ego, inquam, breviori via incedens in eam adducor ſententiam, ut exiſtimem, numeros extremos VI. invertiſſe Scriptores, ita ut IV. notaverint, fecerintque XXXIV. pro XXXVI., quodque obliti litteram V. ante duplex I LXXII. pro LXXVII. ſcripſerint: ac praeterea in numerandis totius Salernitani imperii Langobardorum annis unum X ſcribere neglexiſſe; adeo ut pro CCXXXVII. notaverint unice CCXXVII., vel potius etiam in fine aliud I obliti ſint; quum vere incluſo anno ipſo quadrageſimo IX. ſeculi anni omnes CCXXXVIII. fuerint. Atque hoc pacto facilius, ut meus mihi auguratur animus, extricantur recenſitae chronologicae ambages, ſola majuſcularum litterarum, ſeu Romanorum numerorum tranſpoſitione, aut omiſſione, non vero immutatione.

(1) Num jure omnes hoſce titulos ſibi Robertus tribuerit, meum non eſt quaerere, nec praeſens patitur argumentum. In ſigillo autem, cujus ectypon videſis Tab. III. Lit. A., graeca corrupta epigraphe Italiae, Siciliae, & Calabriae Dux dicitur per haec verba: † ΚΕΡΟ (*Κυρίῳ*) ΡΟΜΠΕΡΤω ΝωΒΕΛΛΙϹΙΜω S (*Καὶ*) ΔΟΥΚΙ ΙΤΑΛΙΑϹ ΚΑΛΑΒΡΙΑϹ S (*Καὶ*) ϹΙΚΕΛΙΑϹ. *Domino Roberto Nobiliſſimo, & Duci Italiae, Calabriae, & Siciliae.* In antica parte a latere Salvatoris diademate redimiti eſt conſuetum nomen ĪC X̄C *Jeſus Chriſtus*; in ambitu ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ *Emmanuel.*

Textum verò hujus nostre concessionis scribere precepimus tibi Ursoni nostro Notario anno dominice Incarnationis millesimo septuagesimonono mense Julio concurrente Indictione secunda (Armario I. G. n. 23. *Mon.* IX. pag.XX.). Si annus itaque septuagesimusnonus supra millesimum, cui bene mense Julio Indictio secunda respondet, tertius fuit Roberti, septuagesimusoctavus fuit certe secundus, septuagesimusseptimus primus; patetque proinde Salerni obsidionem, Roberti in eam ingressum, ac Gisulphi expulsionem anno post Christum millesimo septuagesimoseptimo evenisse.

X. Hinc vero etiam eruitur consuetudinem illam Langobardorum, quod a die prima, qua dominari Principes coeperant, eorum annus primus numeraretur, nec nisi primo integre per menses duodecim absoluto secundus notari inciperet, Normannorum aevo saltem sub initium fuisse abrogatam. Neque enim putandum est mense Julii anni septuagesiminoni post millesimum, quem supra relatum Roberti diploma habet, integros duos ejus imperii annos fuisse completos, inceptumque tertium; sed ita tertium dici, quod ipse potitus Salerno fuerit septuagesimoseptimo anno (quocumque inde mense, vel die id evenerit), toto septuagesimooctavo anno regnaverit, & jam septuagesimonono supra millesimum adhuc imperaret. Usus ita Principum annos signandi frequens erat apud Galliarum Reges, apud Alemanniae Imperatores, aliosque, imo valde antiquiorem fuisse ostendunt Auctores Artis stabiliendi notas Instrumentorum a nobis passim citati (1). Hinc etiam colligere est advenientibus Normannis in desuetudinem abiisse Salernitanorum Tabellionum morem annum inchoandi ab Incarnatione, seu a Martio antecedenti communem annum; sed communi, & vulgari anno incipienti a Circumcisione, seu a prima Januarii die ab omnibus fere recepto sese pariter ipsos accommodasse; secus non septuagesimumnonum, sed octogesimum annum supra millesimum secunda Indictio eo in diplomate notata ex Salernitarum constanti usu mense Julii designasset, ut consideranti patet (2).

XI.

(1) *Il en est de ces Auteurs, cómme de ceux, qui datoient par les années de nos Rois, & sans faire attention ni au mois, ni au jour precis, qu' ils avoient commencé de regner, des le mois de Janvier suivant datoient leurs recits de la seconde année de ces Princes, quoiqu' ils n' ignorassent pas, que leur régne ne commençoit, qu' un certain nombre de mois apres celui de Janvier*. Art de verifier les Dates. *Dissertation sur les Dates des Chartes, des Croniques, & des autres anciens monumens de l' histoire depuis Jesus-Christ* pag. mihi VIII. Vide praeterea quae in adnotationibus ad dictum locum de ceteris Principibus, et Nationibus addunt.

(2) Id clarius ex uno ex instrumentis sub dominii Roberti Normanni initium celebratis ostendi potest (Arc. 82. n. 167. *Mon.* X. pag. XXI.), ubi mense Martii primae Indictionis, quo annus 1079. penes Salernitanos notandus erat, annus 1078. notatur, quod hodierno annos indicandi usui mire respondet. Illud incipit: *In nomine Domini Dei eterni, & Salbatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo temporibus Domini nostri Robberti gloriosissimi Ducis mense Martio prima Indictione. Ante me Siconem &c.*

XI. Et haec quidem tam perſpicua, ac pene ἀποδεικτικὰ argumenta rem ita in explorato ponunt, ut omnem prorſus dubitationem excludant, praetereaque ceteros tum ex veteribus, cum ex recentioribus, qui illos temere ſecuti ſunt (1), deceptos fuiſſe patefaciant. Stabilito autem, ac fixo anno obſidionis, expulſioniſque Langobardorum Salerno, reſtat modo, ut via tentetur menſes etiam divinandi; neque inde extra chorum me canere jure quis regerere poterit, ſi inveſtigare ſatagam, quo Giſulphus abierit, quid egerit, quo uſque denique vitam ipſe traxerit. Quae omnia, niſi vana ſpes me decipiat, ex iiſdem Cavenſis Coenobii monumentis fore, ut eruam, quoquo modo confido.

XII. Ad primum quod attinet Chronicon Cavenſe Pratilli haec habet (a): *A. 1075. Viſchardus ſub pretextu, quod Geſulfus cognatus ſuus feciſſet illum anatematizare a Papa Gregorium, opſedit Salernum poſt Kalendas Aprilis, & poſt ſeptem menſes ſupmiſit eam.* Aliud ſub Chronici etiam Cavenſis nomine a Muratorio editum (b), de quo ſupra, quod anno ſeptuageſimoſexto ſupra milleſimum per errorem pariter obſidionem Salerni tribuit, & jacturam, parum ab ipſo diſtat circa menſes, initium indicans die ſexta Maji, finem vero tertiodecimo Decembris; quod ſeptem circiter menſium ſpatium a Guilielmo Apulienſi ſtabiliri videtur, dum cecinit (c):

Egreſſi cives octavi tempore menſis
Interrupta Duci Roberto moenia pandunt.

Tria vero Inſtrumentorum genera, quae in Cavenſi Tabulario exſtant, anni hujus milleſimi ſeptuageſimiſeptimi, qui a Martio milleſimus ſeptuageſimusoctavus dicebatur a Salernitis, ut ſaepius notatum eſt, aliquam his in tenebris lucem affundunt. Siquidem aliqua Giſulphi nomen, nonnulla Roberti, alia demum nullum Principem notant. Quemadmodum ergo prima Giſulphum Salerni Dominum, alia Robertum indubitanter oſtendunt, ita ea, quibus nullius Principis nomen ineſt, tempus indigitare videntur, quo inchoata jam pugna, imo urbe duplicato milite urgente circumvallata, quem haberent

(1) Hos inter Pratillus eſt recenſendus, qui rem adeo certam putat, ut Muratorium objurgare non vereatur; haec enim habet ad annum 1075. Chronici Cavenſis in adnotatione (2): *De anno Salernitanae Urbis ſubjectione* (l. *ſubjectionis*) *ſuperius quam inter ipſos diſſentiant Chronographi, vidimus. Cavenſis noſter, qui ibi forte morabatur, rem acu tetigit: neque aliter Peregrinius opinatus fuit, ut ex ejus nota in Lupum Protoſpatam ad A.* 1077. *educi poſſe autumo. Quare hallucinatur Muratorius in Annalibus dicens A.* 1077. *Salernum a Viſchardo fuiſſe ſubmiſſum, nimis Guilelmo Apulo fidens, qui neque tempus Salernitanae obſidionis, neque veros Northmanni Ducis praetextus nobis propoſuit.* Haec ille. Utrum vero hallucinatus Muratorius fuerit, an Pratillus potius Cavenſi illi Chronico forte per Amanuenſes peſſime corrupto adhaerens, chartae a nobis allatae definiunt.

(a) *Hiſt. Princ. Langob.* Peregrinii ſupracit. Tom. IV. pag. 446.

(b) *Rerum Italic. Script.* To. VII. pag. 921.

(c) *Rerum Italic. Script.* To. V. pag. 267.

rent Dominum nescientes Salernitani utriusque Principis nomen silentio praeterire maluerunt. Neque alia desunt indicia mox adducenda, quibus ab aliis ceterorum temporum instrumentis haec, quae obsidionis tempus mea sententia innuunt, distinguuntur.

XIII. Neminem profecto latet post Crucis signum (1), invocationem Domini, vel Sacrosanctae Triadis, vel Salvatoris Jesu Christi, & chronologicas notas in omnibus ejus aevi chartis constanti ratione usitatum fuisse, ut ambo, vel alteruter ex contrahentibus ante Judicem suam expositurus caussam se sisteret, eam exprimeret, stabilitisque pactis, *guadia*, ut ajunt, data, ceterisque, quae rem respiciunt, demum Tabellioni Judex idem injungeret, ut rem totam describeret, quo concludebatur instrumentum his, vel paribus verbis: *Et taliter tibi N. Notario scribere precepi Ego, qui supra, N. Judex;* vel: *ipsam cartulam totam per ordinem in hac chartula . . . . te N. Notarium declarare jussi;* vel: *quod tivi superius Alderisi Notario scribere dictavimus . . . . Ego qui supra Lando* (Gastaldeus). *Ego, qui supra, Moncola Judex* (Arc. 35. n. 250. *Mon.* XI. pag. XXIII.). Aliquando vero contrahentes ipsi, postquam de re aliqua sese inter convenerant, Notarium rogabant, ut ea scriberet; concludebantque: *Et tali ordine te Antipertus Notarius scribere rogabi . . . . Ego qui supra Johannes Episcopus*, ait Episcopus Salerni (Arc. 5. n. 161. *Mon.* XII. pag. XXIV.). Frequenter etiam Tabellio ipse se ea scripsisse testabatur: *Et hunc brebem scribsi Ego Roderisi Notarius* (Arc. 62. n. 474. *Mon.* XIII. pag. XXVI.). Quinque autem chartae hujus anni nullius Principis nomen referunt, & licet notas alias chronologicas habeant, sintque in iis contrahentes coram Judice prodeuntes, duae enim incipiunt: *Ante me Siconem Judicem, & Comitem*, reliquae: *Ante me Petrum Judicem*, nulla tamen earum Scribae rogati, vel cui praecipitur, nomen habet: nulla Judicis, vel ipsorum contrahentium, vel denique testium subscriptionem; sed omnes aeque reciproca consueta fidejussione, quam *guadiam* appellabant, desinunt, addita dumtaxat de more poena ei parti, quae pacta ad unguem non observaverit. Contra vero sigillum cereum membranae ipsi affixum etiam cum contrasigillo, quod ajunt, ex adversa parte, quod Judicis esse reor, hujusmodi vulgaribus placi-

(1) Qui plurima instrumenta tractaverit, nec minimum dubitat, quin signum illud fere perpendiculari linea per transversalem secta expressum sub membranarum initium ante verba *In nomine* crucem indicare debeat. Idem frequentissime observatur in signo crucis nomini subscriptorum praeposito. In innumeris fere eorum seculorum chartis, quae diligenter scriptae sunt, crux perfectissime efformata conspicitur, praesertim in Diplomatibus. Mirari ergo subit Cl. Antonium Chiarito in erudito suo Commentario Constitutionis Friderici II. Imperatoris *de Instrumentis conficiendis per Curiales*, ubi characterum specimen ad calcem operis tradit, signum idem interpretatum fuisse *sit*, dum scribit: *Sit in nomine Domini*.

citis immitti insuetum (1) in his quinque chartulis invenitur. Nova haec scribendi instrumenti ratio sine Tabellione, Judice, & Testibus sese subscribentibus, sed sigillo muniti, nisi mea me fallat opinio, novi aliquid in civitate, & principatu Salerni indicare videtur, summumque rerum tumultum, & trepidationem; quod certe bello, obsidioni, aggressui apprime congruit; ibi enim

Seditione, *dolis*, *scelere*, *atque libidine*, *& ira*
Intra Salerni *muros peccatur*, *& extra*.

Vetitum forte Tabellionibus erat Principis nomen reticere: errandi periculo sese interim exponebant, si alterutrum, Langobardum nempe, aut Normannum in instrumentis notarent; quare alterutrius nomina scribere renuebant. Interea Judices ad jus dicendum postulabantur; longo enim tempore vulgares contractus suspendi nequibant, quin pluribus non leve damnum immineret. Huic itaque perturbatae rerum conditioni mederi opportunum visum est, si ad partium securitatem subscriptionum loco Judicis sigillum membranis ipsis affixum (2) apponeretur, quo ea fides eidem instrumento inesset, quae priori tempore ex nomine Principis, & subscriptorum testium, Tabellionis, vel saltem Judicis oriri solebat. Siquid veri haec mea conjectatio habere possit, belli, & obsidionis menses nobis constabunt; a Martio nempe ad Septembrem; intra quod spatium harum chartarum menses intercluduntur. Ex duabus nempe Judicis, & Comitis Siconis una Augustum cum quintadecima Indictione (Arc. 88. n. 190. *Mon.* XV. pag. XXVIII.), altera (Arc. 87. n. 326. *Mon.* XVI. pag. XXIX.) Septembrem mensem habet, primamque Indictionem, quae vere Septembri anni septuagesimiseptimi supra millesimum inchoabat. Trium vero aliarum, quae Judicem Petrum habent, duae mensem Martii ferunt (Arc. 44. n. 125. *Mon.* XVII. pag. XXX., & Arc. 88. n. 253. *Mon.* XVIII. pag. XXXII.) cum quintadecima Indictione, tertia Decembrem cum eadem (Arc. 44. n. 259. *Mon.* XIX. pag. XXXIV.), ubi error Scribae dignoscitur (3), aliusque a Mar-

(1) Unum invenio hoc in Tabulario instrumentum, quod tum Christi, tum Principis anno, imo & invocatione caret, quod ex Indictione, & Petro hujus Coenobii Praesule ibi nominato ad Christi annum 1087. referendum arbitror; in quo Judicis sigillum etiam invenitur. Verum id in charta ipsa, quae est alterius instrumenti transumptum, manifeste declaratur his verbis (Arc. 43. n. 155. *Mon.* XIV. pag. XXVII.) *Et ipse Johannes Monachus deprecatus est me hanc exemplario jam adnotare, juberem, & meo sigillo sigillarem, & confirmarem, ut induvitanter possint semper credi cuncta superius scripta, tamquam si suprascripta carta his, qui hec credituri sunt, manibus suis tenuissent, & legissent. Ego autem talia audiens libenter deprecationi illius assensum prebui.* Post quae verba sigillum apponitur, quod imperiale caput rostratum refert, cujus ectypon habes Tab. III. Litt. D.

(2) Horum sigillorum ectypa in Tab. III. invenies.

(3) December Indictionis XV. annum septuagesimumsextum supra millesimum indicat, quum tamen in hac, sicut in reliquis, annus 1078., qui nobis est 1077, expresse notetur.

a Martio ad Augustum mensis notandus erat. Verum quidem est inveniri in Cavensi Archivo membranam aliam sine Principe (Arc. 101. n. 297. *Mon.* XX. *pag.* XXXV.) mensis Maji, & quintaedecimae Indictionis eundem annum habentem septuagesimumoctavum supra millesimum sub alio, ut puto, Petro Judice, ubi & praecipitur Tabulario, ut scribat: *Et taliter Tibi Johanni Notario scribere precepi*, & ipse subscribitur: *Ego, qui supra, Petrus Judex*; nec ullum in ea sigillum adest. Vidimus supra quoque instrumentum anni hujus millesimi septuagesimioctavi, seu communiter septimi, mense Maji cum nomine, & anno tricesimosexto Principis Gisulphi (Arc. 31. n. 195. *Mon.* VII. pag. XVIII.). Haec autem, tantum abest, ut expositae adversentur opinioni, a Martio scilicet ad Septembrem dicti anni Salerni obsidionem obtinuisse; ut potius eam magis magisque stabiliant. Indicant enim Salerni Scribas sub pugnae initio dubios haesisse, num aggressioni illi Langobardi Principis arma resisterent, pavoreque percitos nullum Principem, quam eorum alterutrum notare maluisse; nonnullos vero, ut laudatus Johannes Notarius, aliique, strenuos Langobardos mire urbem, castrumque tueri videntes a consueto instrumentorum describendorum ritu, atque ordine, minime recessisse, Principemque eundem Gisulphum notasse; alios denique palmam a Roberto Normanno prope ereptam noscentes Robertum ipsum Principem in instrumentis mensis Junii (Arc. 85. n. 8. *Mon.* XXI. pag. XXXVII.) & Augusti (Arc. 101. n. 404. *Mon.* XXII. pag. XXXVIII.), nisi in notas error irrepserit, designasse. Ceterum eos non moror, qui septem hosce menses a Majo ad Decembrem percurrisse autument; sese ita quoquo modo conformantes chronico Cavensi Pratilli, quod post Kalendas Aprilis obsidionis initium evenisse refert, licet error in anno habeatur; vel potius alteri etiam Cavensi Chronico Muratorii falso pariter in anni designatione, quod initium affert die sexta Maji, finem decimatertia Decembris, ut supra diximus. Atque haec de belli, captaeque Salerni mensibus, proindeque de Gisulphi ejectione sufficiant. Tu interea amice Lector,

si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his utere mecum. Hor.

Nunc nova aliqua de reliqua hujus Principis forte addamus.

XIV. Quod ipse a leviro expulsus Romam apud Gregorium VII. Summum catholicae Ecclesiae tum Pastorem sese receperit, fueritque Dux Campaniae constitutus, Chronicon Cavense Peregrinii historiae per Pratillum additum (*a*), Guilielmus Apuliensis (*b*), Muratorius (*c*), aliique affirmant (1). Num id verum sit ignoro; neque

C enim

(*a*) To. IV. pag. 446.
(*b*) *Rer. Italic. Script.* To. V. pag. 267.
(*c*) *Annali d' Italia* an. 1077. pag. (mihi) 221.

(1) Ludovicus Ant. Muratorius *in Annalibus* ad an. 1077. pag. mihi 221. citat etiam pro hac sententia Petrum Diaconum *Chron. Cass.* To. III. cap. 45. Apud ipsum vero de hoc Campaniae Ducatu ne vola quidem, aut vestigium.

enim praeter horum Scriptorum authoritatem, non maximi quidem momenti, aliquod rei hujus certius documentum ex veteribus chartis in promptu est. Id unum scio Gisulphum undecimo post Salernitani principatus jacturam anno Amalphi constitisse, apud eosdem nempe ipsos, qui auctore supradicto Apuliensi, aliisque Scriptoribus vectigalibus sibi a Gisulpho impositis vexati Guiscardum oraverant, ut ejus ope tributorum copia minueretur:

Interea Ducis egregii populosa frequenter
Poscit Amalfis opem, cui vectigalia dudum
Annua detulerat nimis impugnante Gisulfo
Semper turbatam terraque, marique reclamans
Robertus questu populi stimulante Gisulfo
Mandat Amalficolas cesset vexare tributum
Ferre sibi solitos, veteris corrumpere nolit
Foedus amicitiae, cessare fororius illum
Rogat amor, meritasque vices se reddere spondet.
Haec sibi Legatis mandata ferentibus ille
Dicta superba refert, negat esse sua fruiturum
Pace Ducem, nisi digna sibi famulamina solvat
Non perferre valens &c. (a)

Hoc Gisulphi apud Amalphitanos domicilium nobis ostendit Cavensis Archivi instrumentum (intra membranam 3. Arm. II. P. *Mon.* XXIII. pag. XLII.) quod ita incipit: *In nomine Domini Dei eterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione eius &c. ostensa sunt duo scripta, que scripta sunt per Johannem Notarium in anno suprascripte dominice Incarnationis millesimo octogesimooctabo temporibus Domini Roggerii gloriosi Ducis; unum de mense Apreli, & alterum de mense Majo Indictione undecima concurrente. Unum ex eis continebat, qualiter dum intra civitatem Amalfiam coram presentia Domini Gisulfi Principis* (quo titulo ad mortem usque gavisus est) *esset Ademarius Judex, & plures more solito circa eum astaret caterva fidelium, tunc in eadem presentia suprascriptus Guaymarius filius predicti Guaymarii . . . . fidejussorem eis posuerat suprascriptum Dominum Gisulfum Principem &c.* Morabatur ibi ergo Gisulphus, suorumque fidelium sibi adstantium corona circumdabatur: quae equidem nova, cunctisque, qui supersunt, historicis ignota hactenus fuerant. Quam belle cecinit ille:

Quidquid sub terra est in apricum proferet aetas,
Defodiet, condetque nitentia. Hor.

XV. Quod vero forsitan fidem omnem superare videretur, quodque unis Cavensibus instrumentis debetur, illud est, adeo Gisulphi veneratione, ac benevolentia Amalphitanos ductos fuisse, ut abjecto Rogerii Ducis Roberti filii imperio ipsum Dominum suum, ac Ducem renuntiaverint. Locupletissimum hujus rei testimonium exhi-

(a) *De Normannis* Lib. III. apud *Rer. Italic. Script.* To. V. pag. 267.

hibet ejusdem anni octogesimioctavi supra millesimum auro, gemmisque pretiosior membranacea charta (Arc. 11. n. 86. *Mon.* XXIII. pag. XLII.) nulli vel levissimae suspicioni obnoxia per Johannem Johannis Curialis filium Amalphitanis characteribus scripta, quae ita incipit: *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione eius millesimo octuagesimooctabo temporibus Domini nostri Gisulfi gloriosi eximii Principis anno primo Ducatus illius Amalfi die vicesimaquinta mensis Julii Indictione undecima Amalfie. Certum est me Johannes filius quondam Leonis &c.* ad cujus membranae calcem post trium aliorum subscriptionem haec habet filius Curialis: † *Ego Johannes Scriba filius Domini Johanni Curiali scripsi*. Neque heic ex iis quisquam, qui minutius, ac scrupulosius omnia rimari student, & apud quos nullum vetustissimum instrumentum in falsi suspicionem non venit, Scriptorum silentium opponat; quum, etiamsi contrarium ipsi disertis verbis narrarent, major utique laudato instrumento fides, quam eorum dictis esset habenda. Id sancitum est nemine reclamante, aut contra obmutire auso à doctissimo Anonymo, cujus est epistola in Mercurio Gallico anni 1725. mense Decembris pag. 3007. & sequ., qui de quaestione diplomatica: *Quaenam ex duabus auctoritatibus esset alteri praeferenda, charta nimirum, de cujus characteribus non esset dubitandum, quae historiae contradiceret, an historia ipsa?* standum respondit chartae, non historiae (1), potiusque in historiam, quam in publicum instrumentum errorem irrepsisse putandum; quum hoc a publicis personis, testibus, ministris, contrahentibus sit confectum, illa vero a privatis. Neque aliquid negotii facessit, quod horum annorum instrumenta cetera Rogerium Ducem referant; non enim ea mihi in animo sedet sententia, ut credam Gisulphum per annos, sive saltem per menses Amalphitanum solium tenuisse; satis rei veritatem conciliat, si per diem Amalphitanis placuerit illum sibi Ducem eligere, quamquam de eo certior factus Rogerius sine mora illos ador-

(1) *Nous pouvons achever d' eclaireir notre sujet en adoptant la Reponse a la question de Diplomatique proposée dans une lettre inserée dans le Mercure* (Mercure de France Dicembre 1725. pag. 3007. & suiv.) . . . . *La question avoit été proposée en ces termes:* A la quelle de deux autorités il faut donner la preference, a des chartes revétues de toutes les formalités, mais qui ne s' acordent pas avec l' histoire, ou a l' histoire, qui dit le contraire des chartes? . . . . *Si l' histoire est simple* (ait Auctor Anonymus, qui simplicem historiam vocat Chronica, Diaria, Chartularia, Historias Diplomaticas), *comme elle n' est fondée, que sur des chroniques, des journaux, des actes publics, & des diplomes; il ne peut y avoir de contradiction reelle entre elle, & les chartes, qui ont les formalités requises. S' il y en paroit, il foudra plutôt croire, que la faute sera dans les chroniques, les fastes, les journaux, que dans les actes publics, & les diplomes. La raison en est, que dans le moment, que l' acte public est dresse, la date, les noms, & les qualités des persones, qui contractent, y sone exactement marquées, & qu' est fait, non par un seul particulier, mais par des persones publiques, & avec des formalités, qui ne peuvent soufrir d' erreur.* Nouveau Traité de Diplomatique To. I. Par. I. Sect. I. Chap. III. pag. mihi 54. 55.

tus civitatem, & populum continuo ad suam ditionem armis denuo revocaverit. Id ita evenisse reor: Gisulphum Principem verebantur olim Amalphitani, odioque forsan habebant: solii splendorem, quo difficilis ad eum accessus, Magnatum, familiariumque coronam, quibus stipatus incedebat, invidiam ceteris creare solitam, poenas reis inflictas, quodque majus erat, vectigalia iis imposita subditorum animos a Principe avertisse admodum verisimile est: e throno modo ejectum, honoribus, opibus, imperio spoliatum, factum unum e multis, ceterisque privatis hominibus parem, ipsisque popularibus officiis, familiaritate, ac necessitudine conjunctissimum, quid mirum, si Principem mendicitate fere obvolutum, inque extremum discrimen adductum Amalphitani commiserantes, quae olim ipsi, eorumve parentes tulerant, obliti, Rogerii Ducis dominium, ejusve, ut saepe accidit, Ministrorum ingluviem, mandata, pravitatem aegre ferentes excusso Ducis illius jugo Gisulphum Ducem suum denuo proclamaverint?

Urit enim splendore suo qui praegravat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem. Hor.

Est etiam miseris pietas, & in hoste probatur. Ovid.

Ita profecto. Quid vero ad haec Rogerius praestiterit, num, ut saepe alias, ab eo descíscentes in ditionem suam redegerit, ignoro; nulla enim in hanc rem monumenta mihi hactenus reperire datum est. Mors forte Gisulphi post unum, alterumve annum secuta perduellium furorem restinxit, seu potius ad tempus compescuit, donec anno nonagesimosexto supra millesimum (1) a Rogerio Duce Amalphitani penitus defecere (2). Anno millesimo nonagesimoprimo jam e vivis sublatum Gisulphum testatur Gaitelgrimae sororis suae Sarni Comitis Diploma (Arm. II. N n. 7. *Mon.* XXV. pag. XLV.), quo pro anima fratris molendinum Sarni Cavensi Monasterio offert. Ita illud se habet. *In nomine Domini Dei eterni, & Sabatoris Jesu Christi anno ab Incarnationis ejus millesimo nonogesimoprimo temporibus Domini nostri Rucgerii gloriosissimi Ducis mense Junius quartadecima Indictione. Dum coram presentia Domine Gaitelgrime Comitisse, & Riccardus Co-*

(1) Id testantur Malaterra *Lib.* 4. *cap.* 24., Protospata in *Chronico*, ejusque Italus interpres Nicolaus Agnellus Pacca (*Raccolta di varie Croniche* &c. To. I. pag. 20.), *Auctor Chronici Cavensis* apud Muratorium, aliique.

(2) Recuperatam a Rogerio Amalphim anno 1101. testatur instrumentum Cavensis Archivi (intra membranam 196. Arc. 5. *Mon.* XXVI. pag. XLVI.), quod ita incipit: *In nomine &c. anno .... millesimo centesimo tertio temporibus suprascripti Domini Rogerii, & Domini Viscardi filii ejus gloriosi, eximii, piissimi Ducis* anno tertio post recuperationem ducatus eorum Amalfi *die decimo mensis Januarii Indictione undecima*. Ex quo etiam filium ejus Guiscardum agnoscimus, qui tamen genitori praemortuus fratrem suum Guilielmum ejus successorem reliquit. Alia etiam in posterum Amalphitanorum defectio colligitur ex Instrumento anni 1115. (Arc. 15. n. 60. *Mon.* XXVII. pag. XLVII.) in quo legitur: *temporibus Domini Guilielmi gloriosi Principi, & Duci anno quinto Ducatus eorum* (sic) *Amalfi Kalendas Magias Indictione octaba. Amalfi.*

Comes, miter & filius, Domina, & Seniorem meum essem Ego Johannes Vicecomite, & Judex, & plurima circa eum secundum solitum morem adesset turba fidelium . . . . . . per hanc cartula pro amore Omnipotentis Dei, quam & per remedium, & salute anime Domini Gisulphi olim Principis fratri suo filius quondam Domini Guaimari Principi optulerunt &c. Sed satius fortasse, quam par erat, de imperio, casu, & morte Gisulphi; in quibus tractandis si longior visus sum, plus aequo forte in his a praecipuo meo argumento alienis immoratus, aequi bonique facient certe Lectores illius obscurissimi aevi rerum avidissimi. Ad ejus modo dominii tempus, ac praedecessorum Salerni Principum revertamur, ut eorum Seriem retrogrado ordine, ut supra dictum est, prosequamur.

XVI. Tricesimumsextum, ut ab initio ostensum est, agebat imperii annum Gisulphus mense Martii anni millesimi septuagesimi octavi ex Salernitani Principatus consuetudine, sive vulgaris aerae septuagesimiseptimi supra millesimum. Fuit ergo sublatis annis trigintaquinque intermediis primus ejus annus Martio anni quadragesimisecundi XI. seculi. Id profecto asserit Cavense Pratilli Chronicon a nobis saepius memoratum his verbis (a): *Anno* 1042. . . . . *Joannicius Princeps Vaimari filius moritur* (1), *dum Pater suus obsidebat Barium, & Gesulfus in Principem est sublimatus a Patre in IV. die stante Augusti* (2). Id Cavensis Archivi chartis mire consonat, in quibus primus Gisulphi annus notatur, quo decima, & undecima Indictio decurrebat. Una earum mensis Maji (Arc. 85. n. 181. *Mon.* XXVIII. pag. XLIX.) sic habet: *In nomine Domini vicesimoquarto anno principatus Salerni Domini nostri Guaimarii glorioso Princeps, & quarto anno principatus ejus Capue, & ducatus illius Amalfie, & tertio anno ducatus ejus Sirrenti, quam & primo anno supradictorum principatuum, & ducatuum Domini Gisulfi ejus filii eximii Principi, & Duci mense Magius decima Indictione. Declaro Ego Johannes Domini gratia Abbas Monasterii Sancte Marie, & Sancti Benedicti siti intus hanc Salernitanam Civitatem, quoniam pars istius nostri*

(a) *Hist. Pr. Lang.* Peregrinii cum Pratilli To. IV. pag. 437.

(1) Corrigendus heic Chronographus, dum Joannem, aut Joannicium Principis Guaimarii filium hoc anno XI. seculi quadragesimosecundo obiisse putat; quum in explorato sit ab anni usque tricesimioctavi fine e vivis sublatum esse. A mense quidem Septembri anni tricesimiseptimi supra millesimum ad solium a Patre assumptus ejus in principatu socius constanter nostris in instrumentis asseritur usque ad Novembrem anni tricesimioctavi, post quem nunquam amplius chartae ejus nomen referunt, ut ex mea Tabula chronologica apparet; sed solus Guaimarius genitor ad annum usque quadragesimumsecundum, quo Gisulphum comitem sibi adscivit, in iis exprimitur.

(2) Longe ante Augusti mensem Gisulphus in Salerni, aliarumque civitatum solium extollitur, fitque Patri in principatu socius. Aprilis, Maji, ceterorumque ante Augustum mensium membranae vel heic adducendae, vel in laudata chronologica Tabula citandae rem extra dubitationis aleam collocant.

ſtri Monaſterii &c. Altera menſis Julii ejuſdem anni (Arc. 32. n. 95. *Mon.* XXIX. pag. LI.) cujus hoc eſt initium : *In nomine Domini viceſimoquarto anno principatus Salerni Domini noſtri Guaimari glorioſo Principis , & quarto anno principatus ejus Capue , & ducatus ejus Amalfi , & Surrentu , & primo anno ſupraſcriptorum principatu , & ducatu Domini Giſolfi eximii Principi , & Duci filii ejus menſe Julius decima Indictione . Memoratorium factu a me mulier nomine Aloara Comitiſſa filia quodnam Romoaldi Comitis relicta quodnam Petri Comitis filii quodnam Petri per voluntate de Mundoalt mei &c.* Alia denique ſequentis Septembris , quo nova jam undecima Indictio ſucceſſerat , quintuſque ſupra viceſimum Guaimarii annus , ita incipit (Arc. 86. n. 316. *Mon.* XXX. pag. LII.) : *In nomine Domini viceſimoquinto anno principatus Salerni Domini noſtri Guaimari glorioſus Princeps , & quinto anno principatus ejus Capue , & quarto anno ducatus illius Amalfi , & Surrentu , & primo anno ſupraſcriptorum principatuum , & ducatuum Domini Giſolfi ejus filii eximii Principis , & Ducis menſe September undecima Indictione Ego Landemari Comes filius quodnam Maraldi &c.* (1) .

XVII.

(1) Ex tribus hiſce Inſtrumentis luce meridiana clarius agnoſcitur , quandonam Capuae principatum , ducatuſque Amalphiae , & Sirrenti Dominus Guaimarius Princeps Giſulphi genitor obtinuerit ; in primo nempe menſis Maji quartum tum Capuae, tum Amalphis, tertium vero adhuc Sirrenti annum numerabat; in ſecundo Julii a quarto anno Capuae , Amalphis , & Sirrenti civitatum imperio fruebatur ; in tertio tandem Septembris quintum Capuae , quartum adhuc Amalphis, & Sirrenti annum agebat . Ex quibus conſequitur prius Capuae , inde Amalphis , Sirrenti denique imperio potitum eſſe Guaimarium , ſive , ut ex ceteris conſonis chartis conſtat , ab Auguſto anni 1038 Capuae Principem fuiſſe , Majo anni 39. Amalphim , Julio Sirrentum occupaſſe . Si Cavenſi Pratilli Chronico fides ſit , illud refert Conradum Auguſtum anno milleſimo triceſimoſeptimo Capuam invaſiſſe , ubi imperii coronam accepit , ejectoque Pandulfo (vel , ut rectius ex priſcis chartis , *Paldolfo*) ejus Principe , qui in Graeciam aufugit., Principem conſtituiſſe Guaimarium . En ejus verba (*Hiſt. Pr. Lang.* To. IV. pag. 436.) : *A.* 1037. *Conradus Imp. venit Capuam in Pentecoſtes , & coronatus eſt ibi , poſtquam ea potitus eſt . Pandulfus Princeps fugit , & ſe proinde ſupmiſit dans Imperatori aurum multum , & opſides prebuit filiam ſuam , & nepotem ; & reſtituens Monaſterio S. Benedicti in Caſino cuncta , que ibi eripuit . Capue Principatum conceſſit Imperator Vaimario Principi Salerni* . Eadem habet Anonymus Caſinenſis (in *Chronico* ibid. pag. 73.) ita ſcribens : 1037. *Conradus Imperator ingreſſus eſt Capuam vigilia Pentecoſtes , & in Pentecoſte coronatus eſt ; Atheaulphus Epiſcopus reconciliatur. Pandulphus Princeps exiliatur . Guaimarius fit Princeps* . At utrobique error ; quandoquidem ſi hoc anno 37. , quo menſe Aprilis quinta erat Indictio , Capuae principatum Guaimarius habuiſſet , non quartum in Indictione decima modo relata , ſeu anno 42 , ſed ſextum Capuae annum egiſſet . Id vero , quod adductae membranae indicant , conſonum ceteris Tabularii noſtri chartis invenitur , in quibus menſe Auguſti ſextae Indictionis primo , neque unquam antea , occurrit Guaimarii annus Salerni viceſimus , primus filii ejus Johannis , & primus Capuae principatus utriuſque Principis (intra membranam 237. Arc. 84. *Mon.* XXXI. pag. LIII.) . Itidem proximo Novembri ſeptimae Indictionis (quae utraque anno 38. ſupra milleſimum Chriſti reſpondet) Capuae principatus ipſi tribuitur , ejuſque primus annus legitur (intra mem-

XVII. Praeter adductos Capuae, Amalphiae, & Sirrenti titulos, quos habuisse Guaimarium Gisulphi parentem ex relatis chartis audivimus, Calabriae, & Apuliae Dux paucis interjectis mensibus post filii Gisulphi exaltationem est appellatus (1), mense scilicet Decembri anni ejusdem millesimi quadragesimisecundi. Id manifeste ostendit utriusque, patris nempe Guaimarii, & Gisulphi filii Diploma, nisi error aliquis in notas incurrerit (2), quod ita incipit: *In nomine Domini Dei eterni Salvatoris nostri Jesu Christi Waimarius, & Gisul-*

membr. 100. Arc. 87. *Mon.* XXXII. pag. LIV.). Quum autem annis sequentibus etiam Augusti, vel Septembris mense novus ejus principatus Capuae annus notetur, ut in Indictione octava annus Capuae secundus (Arc. 71. n. 345. *Mon.* XXXIII. pag. LIX.), dum vicesimumsecundum Salernitani principatus annum agebat, in nona tertius, dum vicesimumtertium (intra membr. 67. Arc. 82. *Mon.* XXXIV. pag. LXI.), sicque in sequentibus, concludendum ab Augusto vulgaris anni 1038. Capuanum principatum a Conrado Guaimarium habuisse; non quidem a Kalendis Augusti, quum primus etiam principatus Capuae annus mense Augusti septimae Indictionis, seu anni 1039. (Arc. 30. n. 4. *Mon.* XXXV. pag. LXXIV.) legatur; & sequentibus annis eodem Augusto modo unus, modo alter Capuae annus inter Guaimarii titulos inveniatur, ut in subjecta Tabula videre est, sed post nonnullos Augusti dies. Hinc vero etiam deducere pronum est, Conradi adventum Capuam, ejusque coronationem ibi celebratam tricesimooctavo, non septimo, ut Chronica asserit, anno supra millesimum evenisse, ad quem annum etiam Cl. Muratorius (*Annali d' Italia* anni di Cristo 1038. Ind. VI.) ea refert. Heic tamen ceteris Scriptoribus in errando palmam praeripuisse videtur Reverendus Cestarius, qui Neapolitanorum Annalium incepta non felicissimo omine persecutus est, dum omnia haec 36. anno supra millesimum (To. VIII. ad an. 1036. pag. 123. & 127.) tribuit. Quod sequenti anno 1039. Amalphis ipsi cesserit, recte asseruit laudatum Cavense Chronicum (quamquam ab eo desciscens, ut errandi consuetudinem non deserat, modo laudatus Annalium Scriptor ibidem ad annum 1040. pag. 145. id traducat) iis verbis (loc. supra cit.): *A.* 1039. . . . . . . *Malfia a Vaimario Salerni, & Capue Principe supmittitur;* errat vero, dum ad annum 1040. ait (Ibidem pag. 437.): *Guaimarius etiam Surrentum adeptus est*; in quo etiam Muratorius (*Annali* 1040. Ind. VIII.) Leonis Ostiensis Chronicon secutus fallitur; illius enim ducatus titulum a mense Julii anni ejusdem tricesiminoni post millesimum membranae nostrae ei tribuunt.

(1) Cavense Chronicon anno tantum quadragesimoquarto supra millesimum harum Provinciarum dominium Guaimario advenisse innuit, dum dixit (loc. sup. cit. pag. 438.): *A* 1044. . . . . *Vaimarius Salerni, & Capuae Princeps, & Dux Malfie, & Surrenti fit etiam Dux Italie. & cum Noritmanis federatus in Calabriam contra Saracenos, & Grecos ivit apprendens ab iis multas Civitates, & eorum exercitum in Squillacio*. Italiae vero nomine Apuliam intelligi auctor est Muratorius de Graecis Imperatoribus agens (*Antiqu. Ital. Medii Ævi* To. I. Diss. VI. pag. 338.) his verbis: *Vocabulo Italiae significabant ii idem, quod Langobardiae nomen supra memoratum, sive Apuliam*.

(2) Id a me dictum est, quia, ut videri potest in Tabula, non modo Decembri XII. Indict., seu anni 1043. membranas invenio primum adhuc annum ferentes Apuliae, & Calabriae, quod tantum innueret non a prima mensis illius die iis potitum esse ducatibus Guaimarium, adeoque mense eodem tum primum, tum secundum ejus annum notari posse; sed etiam sequentis Januarii anni 1044., quo certe secundus annus numerandus fuisset, quod non invenio. Veri autem similius est vulgarium chartarum Notarios, quam Scribam Palatii, qui in adducto Diplomate Principis titulos, & annos signat, in iis errasse.

sulsus divina favente clementia Langobardorum gentis Principes, *&* *Duces*. *Pro amore omnipotenti Deo*, *& nostre salutis anime concedimus tibi Johanni venerabili Abbati Ecclesia vocabulum S.Angeli, que sita est in monte*, *qui vocatur Coraci*, *cum terris*, *& vineis*, *& casis*, *& cum omnia*, *que ipsi Ecclesie habere videntur &c.* Et desinit: *Testum vero hujus concessionis scripsi ego Aceprandus Abbas*, *& Scriba Sacri Salernitani Palatii anno vicesimosexto principatus Salerni Domini nostri Guaimarii gloriosissimi Principis*, *& sexto anno principatus ejus Capue*, *& quinto anno ducatus illius Amalfis*, *& Sirrenti*, *& secundo anno suprascriptorum principatuum*, *& ducatuum Domini Gisulfi gloriosi Principis*, *& Ducis filii ejus*, *& secundo anno ducatus illorum Apulie*, *& Calabrie mense Decembri concurrente Indictione duodecima* (Arm. I. G. n. 67. *Mon.* XXXVI. pag. LXXVI.) . Quum autem Indictio duodecima in annum 1043. a mense Septembri incidat, si hujus anni mense Decembri secundus illorum ducatuum annus currebat, Decembri antecedentis anni 1042, quo ab Aprili Gisulphus solium Patri socius ascenderat, erat Calabriae, Apuliaeque annus primus. Hosce vero duos titulos aeque, ac Capuae principatus post anni millesimiquadragesimiseptimi initium dimisit Guaimarius, verosimiliter & dominium, ut ex chartis nostris apparet; reliquos Amalphiae, & Sirrenti (1) ad mortem usque retinuit (2), quae anno quinquagesimosecundo accidit teste Cavensi Chronico (a) nostris instrumentis consono sic se habente: *Anno* 1052. *Vaimarius ob nequitiam Sayri nepotis sui cum aliquibus Malfitanis*, *& Salernitanis malignantibus*, *&* *fla-*

(1) Observatu dignum videtur hos Principes, dum Sirrentini ducatus titulum retinebant, Guidonem Guaimarii Principis fratrem Sirrenti Ducem vocasse. Id notum est ex Diplomate, quod ita legitur (intra membr. 44. Arm. I. H. *Mon.* XXXVII. pag. LXXVII.): *In nomine Sancte*, *et individue Trinitatis Guaimarius*, *& Gisulfus divina favente clementia Langobardorum gentis Principes*, *& Duces* . . . . *concedimus Tibi Guidoni Consanorum Comiti*, *& Sirrentinorum Duci*, *qui es germanus michi Guaimario*, *& patruus michi Gisulfo &c.* Explicit autem: *Textum vero hujus concessionis scripsi Ego Truppoaldus Abbas*, *& Scriba suprascripti sacri Salernitani Palatii anno tricesimosecundo principatus suprascripti Domini nostri Guaimarii gloriosi Principis*, *& undecimo anno Ducatus ejus Amalfis*, *& Sirrenti*, *& octavo anno principatus*, *& ipsorum ducatuum ipsius Domini Gisulfi eximii Principis & Ducis filii ejus mense Decembri concurrente Indictione tertia*.

(2) Id videre est in membranis (Arc. 31. n.156. *Mon.* XXXVIII. pag. LXXXI., aliisque) in Tabula citatis, quae ad Februarium usque quintae Indictionis 34., & ultimum Salernitani principatus Guaimarii annum referunt, & 13. ducatus Amalphiae, et Sirrenti. Hinc, nisi solos titulos in posterum sibi hunc Principem arrogasse ostendatur, audiendus non est Amalphitanus Chronographus (apud Muratorium *Ant. It. Medii Aevi* To. I. Diss. V. pag. 211.) cap. XIX. dicens: *Post haec autem anno Domini MXXXIX. Dominus Guaimarius Princeps Salerni factus est Dux Amalphiae de mense Aprilis Indictione VII.*, *Et regnavit annis V. & mensibus VI.*, *quibus completis Dominus Manso jam coecatus recuperavit Terram*, *& regnavit aliis annis IX. circa*; cui erranti libenter subscripsit Cestarius cit. To. VIII. ad an. 1040. pag.145.

(a) Loco supracit. To. IV. pag. 439.

flagitiosis, qui clam conjuraverant, occisus est, & extra civitatem viliter tractus. Gisulphus ejus successor horum titulorum nullum genitore defuncto habuit amplius, ut ex chartis in Tabula adnotatis.

XVIII. Ad Guaimarii Principatus initium modo revertamur (1). Primus, quo Salerni solium ascendit Gisulphus, annus, ut supra ex membranis ostensum est, vicesimusquartus erat Guaimarii ejus patris; tribus autem & viginti intermediis annis subtractis ab anno quadragesimosecundo supra millesimum, cui, ut dictum est, primus Gisulphi annus respondet, annus millesimus undevicesimus Christi dabitur, quo primum principatus agebat annum Guaimarius. Id mire consentit Archivi Cavensis innumeris chartis, quarum, ne singulas per singulos annos referam, unam dumtaxat afferre liceat, quae Coenobio ipsi ceteris honorificentior, gloriosior, ac perennis memoriae digna videtur, eam nempe (2), qua Guaimarius ipse cum genito-



D

(1) Quae de hoc Principe Guaimario refert Ughellus breve Coenobii Cavensis chronicon texens (*Italia Sacra* To. I. pag. *mihi* 367.) utpote erroribus scatentia dissimulanda non sunt: scilicet Guaimarium hunc Gisulphi patrem Monachum Cavensem fuisse, monasticamque vestem ab Abbate II. S. Leone recepisse anno 1052., quum hoc anno occisus fuerit, ut dictum est. Eum inde inter illustres Monasterii viros recenset (pag. mihi 374.), ipsumque Johannis Principis filium fuisse asserit, quum alterius Guaimarii filii Johannis filius fuerit; nemo autem ex duobus hisce Guaimariis Monachus Cavensis fuit. Sed cetera sphalmata omittamus.

(2) Hoc monumentum illud fuit, quod Cl. Mabillonio, qui innumera fere Archiva perlustraverat, omnium maxime visum est authenticum, quod sigillo affixo cum contrasigillo praeditum esset, ut ait ipse in *Annalibus Benedictinis* (To. IV. ad an. 1025). Id repetit in *Museo Italico* (To. I. pag. 114.), et in *Actis Sanctorum* Ordinis S. Benedicti (To. VIII. ad an. 1050. pag. 639.). In Supplemento denique doctissimi Operis *De Re Diplomatica* (pag. *mihi* 49.) haec habet: *Sigillis affixis nullum vulgo apponebatur contrasigillum, ut alias observavimus. Attamen in Archivo Cavensi duo observabantur Diplomata Waimarii, seu Guaimarii Principis Salernitani sigillis affixis praedita, quibus in aversa parte contrasigillum impressum est. Sigillum quippe cereum ex una parte Waimarium dimidiato corpore cum sceptro in dextra, & corona clausa in capite refert sub hac inscriptione in antica parte; WAIMARIUS PRINCEPS; in postica vero manum extensam medio digito ad indicem reflexo cum eadem inscriptione*. Haec ille, cui, quum brevissimam in Cavensi Coenobio, ejusque Tabulario moram traxerit, diligentius hac in re omnia vestigare non licuit. Non unum sane, ut in Itinere, seu Museo Italico, vel duo, ut heic asserit, sed tria hujusmodi eorumdem Guaimariorum patris, et filii, quos III., et IV. Guaimarium vocamus, ejusdemque impressionis sigilla cum eodem contrasigillo Cavense Chartophylacium continet; imo praeter alia minora in aliis chartis, quorum ectypa in Tab. III. sculpta adduximus cum ceteris, tria alia longe vetustiora, duo scilicet Guaimarii I. Guaiferii filii, tertium Gisulphi I., seu Gesolfi filii Guaimarii II. cum contrasigillo, licet minoris molis, in eo extant. Sigilli ectypon in Annalibus Benedictinis male efformatum male etiam descriptum est, ut attente consideranti, cumque eo, quod in Tabula III. Litt. H in fine hujus Operis diligentissime per me exsculptum est, conferenti patet; index enim medio digito superpositus crucem efformat in postica facie, ejusque epigraphe praeter Principis nomen, quod male in utraque facie descriptum est, vocem *Crux* habet hoc modo: GUAIMARIUS PRINCES CRUX. Hactenus de Mabillonio, nunc ad Cestarium, cujus ferulam

tore Guaimario primo Monasterii hujus Abbati, ac Fundatori Alpherio, sive Adelferio, quem in coelis coronatum, Sanctorumque albo adscriptum veneramur, cryptam (vulgo *Cavam*, unde urbi (1) quaesitum nomen,*)

lam hac de re non effugimus. Quamquam nemo hactenus de hoc diplomate e quo Monasterii SS. Trinitatis Cavae origo, et decus desumitur, vel minimum dubitare somniaverit; quamquam Mabillonius ejus sigillum, cum contrasigillo, ac proinde, ut certum est, Diploma ipsum authenticum declaraverit, magnam suspicionem novo huic Sceptico-Diplomaticae Artis Primicerio afferent verba illa; *dibina opitulante clementia Langobardorum Gentis Principes*. Ipse enim ad annum 897. (To. VII. *Annalium Neapolitanorum* pag. 60.) *Molti diplomi*, inquit, *di questa età ci fan vedere, che il Principe di Salerno si chiamava* Princeps Langobardorum, *ad imitazione de' titoli de' Re di Francia, e d' Italia, ma non siamo sicuri della loro veracità*. Et paulo ante adversus formulam *Palatii nostri*, *Sacri Palatii nostri*, aliasque hujus generis nonnulla dixerat, male perquisitam ex Hermanno Conrigio eruditionem intrudens de Sacri Palatii Comitibus, et Antistitibus. Neque heic sistit morosus Censor: ex suspicione, ac dubitatione ad falsitatem, quo nescio ratiocinio, ex cathedra damnandam progreditur. *Postociò ne siegue*, in adnotatione ait, *che la formola* Actum in sacratissimo nostro Palatio, *che si osserva in due diplomi di Gisulfo II., tratti, come dicesi dal Registro di Pietro Diacono Cassinese, e pubblicati dal Gattola* Hist. Cas. To. I. p. 27. *siano false, perchè neppure i Re d' Italia usavano una formola così ampollosa*. Sub tanto itaque judice actum est de I. nostro Monumento Appendicis pag. III., in quo Siconolfus dicitur *Dei providentia Langobardorum Gentis Princeps*; Guaimarius *divina protegente clementia Langobardorum Gentis Princeps . . . . . Textum vero hujus firme, hac stavilis nostre concessionis scribere precepimus te Truppoaldum Abbatem, & Scribam Sacri nostri Palatii &c.*, actum de XI. pag. XXIII., in quo legitur: *Dominus Princeps secundum glorie dignitatis sue residente sacratissime Salernitano Palatio . . . . . Actum in Sacro Salernitano Palatio*; actum de XXXII. pag. LIV. *Monasterium, quod pars Sacri sui Salernitani Palatii habet . . . . . cum terris ipsius Sacri Palatii . . . . . & partium ipsius Sacri Palatii . . . . . & partibus suprascripti sui Salernitani Palatii &c.* Et, ut innumera alia omittam, actum est de Diplomatibus Guaimarii *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII. (quod scilicet illud est a Muratorio relatum, et citato loco rigido Cestarii examini subjectum); ejusdem Principis *Mon.* LXXXV. pag. CLII., Gisolfi *Mon.* LXXXVI. pag. CLIII., aliorumque, in quibus injucunda verba *Sacrum*, vel *Sacratissimum Palatium*, aut *Langobardorum Gentis Princeps*, vel similia inveniuntur. Interea Mabillonius, qui ea fuismet oculis vidit, refert, proque authenticis habet; Muratorius fatente Cestario ipso (pag. 61.) miratur: *Muratori ha fatto delle maraviglie nel vedere queste formole, che solo competevano alle Cancellarie de' Re di Francia, degl' Imperatori di Occidente, e de' Re d' Italia, come sovrane regalie de' Principi indipendenti*; neque hiscere audet; Cestarius suspecta, imo falsa habet. Sapiens Lector, non dicam homuncionem, sed hominem hominibus comparet, Cestarium nimirum Mabillonio, & Muratorio, et judicet.

(1) Nuspiam in innumeris fere Cavensis Tabularii instrumentis, vel apud Scriptores nomen *Cavae* ante aedificati SS. Trinitatis Coenobii tempus, imo ante XI. seculi medietatem reperitur; sed constantissime locus iste *Metilianum* vocatum occurrit. Id equidem Cl. Virum Franciscum Antonium Grimaldi, Neapolitani Regni Annalium Auctorem latuit, dum Epocha II. To. V. ad vulgarem annum 842. pag. 304., et 305. *Castrum Cavense* pro *Cannensi* in Erchemperto legendum potius putat, quum tamen in accuratiori editione (apud Muratorium To. II. *Rerum Italic. pag.* 241.) legatur: *Castrum Cannense*. Sed quod mirum est, quamquam prae manibus tum ipse, tum Annalium ejus Continuator Reverendus Cestarius Cavense Chronicon singulis fere paginis habuerint, ut ex eorum scriptis patescit, nunquam Cavensis Asceterii ortum anno undecimo post millesimum eo in opere tam clare expressum vi-

men,) nuncupatam Arficiam concedit cum Ecclefia, ac omnibus circa eam terris, diftinctifque juribus, & privilegiis, quibus ab omni tributo, aut jugo liberum Monafterium redditur. Ejus unam tantum, alteramve periodum, notafque chronologicas, prout mihi opus eft, referam, integram cui libuerit legendam cum rariffimi ejus figilli maxima diligentia delineati ectypo ad operis calcem amandans: Incipit ergo: *In nomine Domini noftri Jefu Chrifti. Nos Guaimarius, & Guaimarius pater, & filius dibina opitulante clementia Langobardorum Gentis Principes per poftulationem Gaitelgrime fereniffime, atque gloriofe Principiffe dilecte conjugis, & matris noftre, quam & pro redemtionis anime* (1), *& patrie noftre falbationis concedimus Tibi Domino Adelferi venerabili Abbati, & fpirituali Patri Oratori noftro totam & inclitam* (2) *Ecclefiam illam cum inclita cripta, in qua ipfa Ecclefia a nobo fundamine conftruere fecifti cum tuo expendio in nomine Sancte, & Indibidue Trinitatis a foras hanc noftram Salernitanam cibitatem in pertinentia Mitilianenfe, & cripta ipfa vocatur Arficza, cum rebus a fupter, & a fuper jam dictas cripta, & Ecclefia, que funt terris, & vineis, & arbuftis, & infites, & caftanetis, & pomis* &c. Explicit inde: *Quod vero preceptum conceffionis ex juffionibus fupradictorum glorioforum Principum fcripfi Ego Aceprandus Clericus in anno tricefimofeptimo principatus fupradicti Domini Guaimarii, & feptimo anno principatus fupradicti Domini Guaimarii ejus filio gloriofis Principibus de menfe Martius hoctaba Indictione* (Arm. I. G. n. 9. *Mon.* XXXIX. pag. LXXXII.). Quum vero ex Indictione octava, necnon ex Cavenfis Afceterii aedificatione, cui nulla alia aetas refpondet, nifi ea extremorum duorum Guaimariorum Salerni

D 2 Prin-

viderunt. Primus enim ad annum 856. (To. VI. pag. 42.) Monafteriis Montis Casini, S. Vincentii ad Volturnum, et S. Sophiae Beneventi addit etiam noftrum SS. Trinitatis Cavae (non adhuc natum, nec cogitatum) fubjungens folis Casini, et S. Vincentii Coenobiis ex Capitulari Radelchifii Beneventi Principis ab oneribus exemptionem conceffam effe, non aliis. Alter ad annum 873., ad eundem fcilicet, quo primum Annalibus illis ftrenuam manum admovit (Ibidem pag. 206.) ait: *Il Prevofto del Moniftero della SS. Trinità della Cava fu chiamato alla Corte dall' Imperator Ludovico, e Bertario Abate di Monte Cafino vi fpedì Andrea de Aquino fuo Cancelliero* &c. *Radenolfus Prepofitus*, dixerat Cavenfis Chronographus, *Monafterii noftri* (S. Benedicti Salerni, de quo agebat) *apud Lugdoicum Imperatorem difceffit, & ad nos miffus eft novus Prepofitus a venerabili Berthario Cafinenfe Abbate Andreas de Aquino fuus Cancellarius*. Et iterum (To. VII. ad an. 893. pag. 27.): *Di quefto Giorgio* (Protofpatario) *noi abbiamo non meno nella Cronica Cavenfe, che nella Volturnenfe memoria di due diplomi, l' uno a pro del Moniftero della Cava* &c. Dixerat Chronographus: *Monafterio noftro*, ideft, ut fupra, *S. Benedicti de Salerno*. En duorum teftium calculo Cavenfe Monafterium a fefquifeculo, ut verbo hoc utar, ante originem fuam erectum, quod venturis hiftoricis novas tenebras effundet! En Cavenfes populos de vetuftiori fui initio gloriantes!

(1) Vocem *anime* in *Mon.* Append. ex Typographi ofcitantia excidit: quod heic advertiffe juvat, ne quis incuriae me accufet.

(2) Vox *inclita* faepiffime pro *integra* in hujus aetatis monumentis reperitur; quod in *Gloffario* Du-Cange, aliifque fcriptoribus adnotatum eft.

Principum, conſtet anno aerae vulgaris viceſimoquinto ſupra milleſimum tribuendum eſſe Diploma; ſi Guaimarius filius ex Guaimariis Principibus ultimus annum principatus agebat ſeptimum menſe Martii, menſe Martii anni deciminoni ejus ſeculi XI. abſque dubio agebat primum, quem a Septembri decimioctavi inchoaſſe conſtat evidenter ex Inſtrumentis (Arc. 42. n. 230., *Mon.* XL. pag. LXXXIV., Arc. 87. n. 142. *Mon.* XLI. pag. LXXXVI., Arc. 101. n. 391. *Mon.* XLII. pag. LXXXVI.) in mea chronologica Tabula citatis. Haec ſecundam habent Indictionem, quae a Septembri vulgaris anni decimioctavi ſupra milleſimum coeperat, in iiſque hae ſunt chronologicae notae: *anno triceſimo Guaimarii, & primo Guaimarii ejus filii menſe Novembris Indictione ſecunda*. Rem hanc ipſam expreſſe legimus in Cavenſi Chronico perſaepe laudato (*a*), quod haec habet: *A.* 1018. . . . . *Vaimarius Princeps filium ſuum Vaimarium in Principem ſociavit in ſolepnitate S. Mathei Apoſtoli cum interventu Archiepiſcopi, & aliorum Epiſcoporum, & Abbatum, & omnium Comitum, & Gaſtaldeorum ſuorum.*

XIX. Tria autem, antequam noſtrorum Principum Seriem proſequamur, ſunt hic obſervanda, quae ex unis Cavenſis Tabularii chartis nobis innoteſcunt. Primum eſt ante ultimum hunc Guaimarium filium alterum Guaimario patri fuiſſe nomine Johannem, cui quidem anno principatus genitoris triceſimo mortuo Guaimarius alter filius illius haeres, & in principatu ſucceſſor ſubſtituitur. Et ſane indubium ſit oportet paucis ante Guaimarii filii exaltationem diebus laudatum Johannem e vivis ſublatum eſſe, dummodo verum ſit die 21. Septembris feſto S. Matthaei Guaimarium patri in ſolio ſocium evaſiſſe, ut ex Cavenſi Chronico audivimus. Occurrit ſiquidem inſtrumentum eodem Septembris menſe Indictione ſecunda, in quo Princeps cum patre adhuc Johannes dicitur tertium principatus annum enumerans, ſcilicet: *anno triceſimo Guaimarii, et tertio Johannis filii ejus menſe Septembri Indictione ſecunda* (Arc. 87. n. 344 *Mon.* XLIII. pag. LXXXVIII.) (1). Alterum notatu dignum circa

(*a*) *Hiſt. Pr. Lang.* To. IV. pag. 431.

(1) Hinc primum Johannis hujus principatus annum eruimus, cujus nec principatum, nec nomen Chronicon Cavenſe, aut ullus alius, quem ſciam, hactenus ſcriptor, aut monumentum manifeſtaverat, licet tribus annis cum genitore regnaverit. Viceſimoſeptimo principatus anno Guaimarii Patris ſui fuiſſe ejus primum praeter recenſitam membranam, ex qua evinci poſſet, luculenter ceterae ejusdem Archivi chartae oſtendunt: quandoquidem menſis Januarii quartaedecimae Indictionis inſtrumenta annum habent Guaimarii viceſimumſeptimum, primum Johannis (Arc. 31. n. 170 *Mon.* XLIV. pag. LXXXIX., et Arc. 40. n. 154. *Mon.* XLV. pag. XC.); ejuſdem menſis quintaedecimae Patris viceſimumoctavum, ſecundum filii (Arc. 30. n. 46. *Mon.* XLVI. pag. XCII.); Indictionis primae ejuſdem Januarii viceſimumnonum Guaimarii, tertium Johannis (Arc. 31. n. 81. *Mon.* XLVII. pag. XCIII.); a Martio vero hujus extremi anni, ſicut ſervato ordine in praecedentibus, triceſimus genitoris annus legitur, et Johannis tertius (Arc. 30. n. 69. *Mon.* XLVIII.

ca Guaimarii patris mortem versatur, quae anno vulgari millesimo vicesimoseptimo figenda est. Lupus quidem Protospata ex codice Ducis Andriae (1) ad annum 1029 haec habet: *Et hoc anno obiit Guaimarius Salerni Princeps*. Cavense Chronicon a Pratillo productum (*a*) ad annum id refert tricesimumprimum supra millesimum his verbis: A. 1031. *Vaimarius Salerni Princeps defunctus est in pridie Idus Octobris post mediam noctem*. Neque ab hoc judicio distat, ut videbimus, Auctor Catalogi Principum Salerni typis ab eodem Pratillo traditi (*b*), dum affirmat: *Waimarius Princeps ejus* (Widonis) *frater benignus, & clemens per annos* XLIII., *menses* IX. Camillus Peregrinius, ut ceteros veteres omittam, huic etiam opinioni ex sua Principum Salerni (ceteroquin falsa) chronologia se subscribens ad Lupum Protospatam, sive ejus ex Ducis Andriae Codice additionem haec notat (*c*): *At hujus Guaimarii obitus in annum incidit* 1031; *quod ex Salernitanorum Principum constat chronologia. Igitur vel luxatus est Lupi textus in Codice illo, vel ejusmodi notula ad oram autographi, sive alterius antiqui exemplaris primum depicta, quae ad annum* 1031. *erat referenda, in textum demum illata, ac loco est descripta non suo.* Denique Petrus Giannone (*d*), novissimisque diebus Cl. Petrus Napoli-Signorelli Neapolitanus communi huic errori assentitur (*e*) dicens: *Guaimario III. Principe di Salerno di questo nome da Leone Ostiense detto il Maggiore* (Lib. 1. c. 37.) *morto nel* 1031., *avvilito* &c. Non praetermittendus denique Cestarius, qui solo ceterorum errore mi-

XLVIII. pag. XCIV.); sicque in sequentibus usque ad primos Septembris dies Indictionis secundae (Arc. 87. n. 344. *Mon.* XLIII. pag. LXXXVIII.); Octobri vero (intra membranam 9. Arc. 6. *Mon.* XLIX. pag. XCVI.), et Novembri (Arc. 42. n. 230. *Mon.* XL. pag. LXXXIV.), et forte postremis antecedentis Septembris diebus (quorum vero nullum mihi suppetit ex memorato Tabulario documentum) tricesimus Guaimarii Patris, et primus Guaimarii filii annus notatur, ut dictum est; quae instrumenta omnia Christi annis sextodecimo, decimoseptimo, et decimooctavo supra millesimum mire respondent.

(1) Breve Chronicon Lupi Protospatae in schedis Joannis Francisci Rubei repertum cum aliis tribus antiquis Chronologis vulgavit Cl. Antonius Caracciolus Clericus Regularis; inde Peregrinius in sua Principum Langobardorum Historia, ac rursus Franciscus Maria Pratillus in eadem reproducta (To. IV.), atque ante hunc ultimum Muratorius (*Script. Rer. Italic.* To. V.), ubi et adjectae sunt variae lectiones, sive etiam additiones ex Diario vulgari lingua conscripto in Codice Ducis Andriae, quod quidem Chronici Protospatae versio est. Interpretationem hanc paucis ante annis typis tradidit Cl. A. Alexius Pelliccia in To. I. Collectionis Veterum Monumentorum, quam inscripsit, *Raccolta di varie Croniche* &c. a nobis supracitatae; ejusque Auctorem dixit Nicolaum Agnellum Pacca. Ibi autem versioni Protospatae additur ad an. 1029. *Et in questo anno morio Guaimario Principe di Salerno*.

(*a*) Tom. IV. *Hist. Princ. Lang.* Peregrinii pag. 435.

(*b*) Ibidem To. V. pag. 12. 13.

(*c*) To. IV. cit., & apud Muratorium *Script. Rer. Ital.* To. V.

(*d*) *Istoria Civile di Napoli* To. I. Lib. VIII. cap. 4. pag. *mihi* 511., et To. II. Lib. IX. pag. *mihi* 7.

(*e*) *Vicende della Coltura delle due Sicilie* To. II. Capo IV. pag. 132.

minime contentus haec habet (Tom. VIII. pag. 119.) ad annum 1031. *Morì in quest' anno Guaimario* III. *Principe di Salerno, e'l di lui figliuolo Guaiferio tenne la signoria*. Neque hoc obiit anno Guaimarius III., neque Guaiferii, sed Guaimarii (IV.) nomen habuit ejus filius, et successor. Quod vero non jam tres et quadraginta annos Guaimarius genitor, quem penultimum dixerim, sed octo et triginta tantum regnaverit, annoque vicesimoseptimo supra millesimum fato cesserit, instrumenta nostra satis ostendunt; quae & aliud hactenus ignotum aperiunt (quod tertio loco notandum erat), filium nempe Guaimarium, sive nominis hujus postremum post patris obitum ad menses aliquot simul cum genitrice sua Gaitelgrima principatu potitum esse. Ultimae nempe chartae, quae patris, filiique Guaimariorum nomen, Principumque titulum referunt, exaratae sunt mensibus Januario (Arc. 87. n. 337. *Mon.* L. pag. XCIX.), & Februario (Arc. 35. n. 84. *Mon.* LI. pag. CI.) decimae Indictionis, quae Christi anno millesimo vicesimoseptimo respondent, quaeque tricesimumoctavum principatus patris, nonum vero filii indicant. Mensibus inde Aprilis (intra membranam 100. Arc. 87. *Mon.* XXXII. pag. LIV.), Junii (Arc. 11. n. 5., *Mon.* LII. pag. CII., & aliis), & Julii (Arc. 11. n. 6. *Mon.* LIII. pag. CIII.) hae sunt principatus notae: *Anno nono Guaimarii filii Guaimarii, & primo Gaitelgrime genitricis sue*. Mense demum Novembris (alias enim intermediis mensibus chartas Tabularium nostrum non sufficit) ejusdem anni, quo a Septembri decima Indictio coeperat, vel quod mater obierat, vel quod Guaimarius ex ephebis excesserat, jamve regundae Reipublicae idoneam aetatem habebat, solus in instrumentis Princeps legitur annum jam decimum principatus agens (Arc. 18. n. 9. *Mon.* LIV. pag. CIV., & Arc. 30. n. 51. *Mon.* LV. pag. CVI.); sicque mensibus sequentis anni, cujus Octobri mense undecimus principatus annus notari incipit (Arc. 30. n. 63. *Mon.* LVI. pag. CVIII., aliisque), neque aliter in posterum. Non itaque ultra vicesimumseptimum undecimi seculi annum regnavit III., sive penultimus Guaimarius, nec principatus sui tricesimumoctavum annum transgressus est.

XX. Hinc vero ejus principatus initium pro nostra Principum prosequenda Serie facillime eruimus; si enim nonus filii Guaimarii annus patris erat octavus supra tricesimum, annusque vulgaris tunc ex dictis millesimus vicesimusseptimus decurrebat mense Januarii (idem effici poterit argumentum ex tricesimo patris, & primo filii in annum 1018. mense Novembris Indictionis secundae, vel in sequentem annum 1019. mense Januarii incidente, ut consideranti obvium est), Januario igitur nongentesimi nonagesimi Christi anni primus dicti Guaimarii annus numerabatur, qui antecedenti anno initium proculdubio habuerat. Et sane rem ita accidisse, ipsum videlicet praefato anno 989. a patre Joanne Principe, dum sextum regni annum ille ageret, ad solium fuisse evocatum post Guidonis germani natu majoris mortem Ca-

ven-

vensis Archivi monumentis potius, quam ulli ex vetustis scriptis debemus. Innuit id quidem Cavense Chronicon, licet annum unum a vero dempserit, ubi ait (a): *A 988. . . . . Guaimarius factus est Princeps a patre suo defuncto Widone 9. die stante mensis Augusti*. Ego vero ex innumeris, quas referre possem, Cavensis Archivi chartis, quae mea in Tabula continentur, unam seligo mensis Martii (intra membranam 275. Arc. 59. *Mon.* LVII. pag. CIX.), vel alteram Aprilis (Arc. 59. n. 186. *Mon.* LVIII. pag. CXV.), utramque Indictionis secundae, quae hunc octogesimumnonum indicant seculi x. annum. Eae vero sic habent: *In nomine Domini sexto anno principatus Domini nostri Johannis, & primo anno Domini Guaimarii ejus filii gloriosorum Principum mense Martio* (prima, *Aprelis* altera) *secunda Indictione*. Iisdem ad rem opportunis notis, annisque Principum praeditae sunt ceterae ad annum usque duodecimae Indictionis; quae anno nongentesimo nonagesimonono Christi, qui vitae ejus extremus fuit; (1) habebatur, ibique sextusdecimus Johannis, Guaimarii annus de-

(a) *Hist. Pr. Lang.* To. IV. pag. 422.

(1) Principis Johannis obitum adversus id, quod hactenus ostensum est, anno nongentesimo nonagesimoquarto accidisse refert Chronicon Cavense Pratilli (loc. cit. pag. 924.) his verbis: *Anno 994. . . . . Johannes Princeps mortuus est in maledictione sempiterna, & Besubius in igne suo recepit eum cum scorto suo a demonio nocturno suffocati propter scandalum civitatis in V. post Idus Augusti*. Error hic facile Amanuensibus tribuendus, qui V. pro X. notantes loco XCIX. XCIV. scripserunt, Pratillum in suo stemmate Principum Salerni Langobardorum (ibidem To. V. pag. 7.) aeque decepit. Nec mirum, quum etiam Petrus Giannone (*Ist. Civ. di Napoli* Lib. VIII. cap. 4. pag. mihi 510.) ad annum 994. Johannis mortem accidisse referat. Ubi pariter (ibid. pag. mihi 522.) ad Principis hujus preces errore forte typographi Salernitanam Sedem in Metropolitanam erexisse dicitur Benedictus VII. Pontifex anno 974., quod nec Principis, nec Pontificis aetati congruit. Scribendum 984. vel, ut Chronicon Cavense loc. cit., *A. 986. Amatus Episcopus Salernitanus factus est in sua Sede Archiepiscopus, & ipsi subditur totus Principatus cum assensu Papae Joannis, & Principis*. Scelesti hujus Principis interitus Vesuvianae conflagrationi contemporaneus ita vulgarem opinionem, quod illas in flammas proruerit, penes nonnullos firmavit, ut id etiam Petrus Damianus ad Nicolaum II. Pontificem scribens (Lib. 1. epist. 9. pag. *mihi* 16.) commemoret ita dicens: *Enimvero & Salernitanus Princeps, illius videlicet Guaimarii aeque Principis, qui ante non plurimos annos pro multis violentiis, atque tyrannicis oppressionibus suorum gladiis interemptus est, avus, cum procul aspexisset quadam die de predicto monte Vesuvio piceas, atque sulphureas repente flammas erumpere, protinus ait: Procul dubio sceleratus aliquis dives in proximo moriturus est, atque ad inferos descensurus: Sed o coeca mens reprobi hominis, imo terribile super nos judicium Conditoris! superveniente siquidem proxima nocte, dum securus cum meretrice concumberet, expiravit. Quem illa, ut postmodum referebat, quid contigisset ignorans diutius pertulit, & vix tandem a se non hominem, sed cadaver exanime prostituta dejecit*. Quae verba de laudato Principe Johanne, qui avus fuit Principis Guaimarii suorum gladiis interempti facile intelliguntur. Reverendus noster Cestarius nihilominus nec Damiani forte verba intelligens, nec Cavense Chronicon accurate legens, praeterquamquod ad annum etiam 994., ut reliqui, haec referat To. VIII., ut ceteris novum errorem addat, Guaimarii III. (adhuc infantis, paternique solii comitis) interitum inter meretricis brachia narrat dicens: *In Salerno morì in quest' anno*

decimus notabatur mense Januarii (Arc. 69. n. 312. *Mon.* LIX. pag. CXVII. & aliis); undecimus inde filii mense Augusti manente patris sextodecimo (intra membr. 220. Arc. 40. *Mon.* LX. pag. CXVIII.), post quem mensem nunquam amplius Johannis nomen auditur, sed Octobri immediate sequenti, quo a Septembri tertiadecima jam Indictio coeperat, solius Guaimarii annus notatur undecimus (Arc. 59. n. 234. *Mon.* LXI. pag. CXIX.).

XXI. Ex his omnibus Johannis hujus principatus initium aperitur; ex sextodecimo nempe ejus anno, & Indictione duodecima in nonagesimumnonum seculi X. incidentibus eruere datur primum ejus annum octogesimoquarto ejusdem fuisse; imo potius (quod in idem recidit), si Cavensi Pratilli Chronico fides sit, die Decembris ultima octogesimitertii Johannem Salernitanum solium ascendisse dicendum est. Chronographi verba sunt (*a*): *A.* 983. . . . . *Salernitani suos Principes expellunt, & in eorum Principem extulerunt Joannem de Lamberto Tuscanense in pridie Kalendas Januarias.*

XXII. Hic, antequam filium Guaimarium jam memoratum principatus haeredem, ejusque successorem sibi in throno sociasset, alium natu majorem Guidonem nomine, ut paulo ante ex Cavensi Chronico audivimus, imperii comitem habuerat, & ab dominii sui usque exordio utriusque nomen, & principatus in instrumentis innuebatur. En exemplum, quo pariter sub primo anni praedicti octogesimiquarti mense seculi illius X. Salerni Principem eum fuisse ostenditur (Arc. 86. n. 218. *Mon.* LXII. pag. CXX.): *In nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Johanni, & Domini Guidoni ejus filio gloriosi Principibus mense Januarius duodecima Indictione. Memoratorium factu a nobis Cicenus, & Mari germani filii Adelghisi* &c. Usque ad Aprilem primae Indictionis, quo annus erat vulgaris octogesimusoctavus supra nongentesimum, patri filius Guido in principatu socius invenitur quinto utriusque anno decurrente in laudati Archivi membranis (Arc. 40. n. 118. *Mon.* CVI. pag. CLXXIII.); a Julio inde ejusdem anni solius genitoris quintus annus notatur (Arc. 73. n. 21. *Mon.* LXIV. pag. CXXIV.), & in sequenti sextus usque ad Martium, quo socium sibi sumpsit Guaimarium, ut supra notatum est. Et hinc colligitur, qui notandi sint errores in Principum Salerni Catalogo per Pratillum vulgato, in quo legitur (*b*): *Joannes cognomine maledictus filius Joannis per annos* XI., *Wido ejus filius annos* III., *menses* VI. *cum Patre suo Joanne*; *antequam in igne*

no Guaimario III.. E poichè la morte raggiunselo tra le braccia di una meretrice, il Cronista Cavese ci fa sapere &c.. Hoc etiam anno ad nauseam usque tertio suam, ut infra videbimus, repetit de Dialogorum S. Gregorii Auctore futilem, ac millies exsufflatam ab emunctae naris viris sententiam.

(*a*) To. IV. cit. *Hist. Pr. Lang.* pag. 421.

(*b*) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. V. pag. 12.

igne damnatus (1) *periisset*. Johannes, ut visum est, sedecim annos regnavit, filius Wido imperii quintum annum inchoavit, etsi non compleverit. Pratillus aeque deceptus, nimisque & Chronico, & Catalogo Cavensi fidens utrique errori subscripsit (*a*).

XXIII. Hactenus ex Tabularii Cavensis chartis quatuor postremorum Salerni Langobardorum tempore Principum generationes eruimus ope praesertim associationum, ut ajunt, quod scilicet usuvenerit, ut Principes filios sibi in solio socios declararent; cujusmodi sane fuerunt Gisulphus comes Guaimarii, qui ejus nominis ultimus fuit: hic alterius Guaimarii patris sui, Guaimarius hic denique penultimus, sive III., ut infra videbimus, Johannis de Lamberto de Tuscia, a quo haereditario veluti jure a patribus in filios principatus descendit. Quum vero non a suis parentibus imperium laudatus Johannes habuerit, sed Salernitae, ut supra in Cavensi Chronico scriptum retulimus, expulsis suis Principibus eum in proprium Principem extulerint, Cavensis Chartophylacii instrumenta tunc demum pro nostra continuanda Serie nobis adjumento esse poterunt, quum ex historicis innotuerit, quinam Principes, quibus substitutus Johannes, ejecti fuerint. Id autem ex eodem Cavensi Chronico facillime arguimus, ubi legitur (*b*): *Anno* 981. *Capiferreus Princeps obiit IV. Idus Majas, cui successit Landulfus filius ejus, eique Otto Imperator firmavit Spoletium, & Marchiam: inde Augustus venit Capuam in Kalendis Septembris, & audiens, quod Salernitani rebellaverant a Paldulfo Principe, & Mansoni Malfitano se dederant, exercitu congregato venit ad obsidendum Salernum in tertia die post nonas Octobris, & cepit eam post quadraginta duos dies, & Paldulfus revocatus cum Mansone Duce pacificati sunt, & faederati cum Imperatore* &c. Revera quidem, ut infra videbimus, ex Cavensibus chartis anno octogesimoprimo supra nongentesimum Paldulfus Capiferreus Capuae, & Beneventi Princeps, simulque in Salernitano principatu filii sui Paldulfi comes obiit, eodemque anno a Paldulfo filio solo post Patris obitum in Salernitano solio sedente defecerunt Salernitani; Mansonemque Amalphitanum sibi Principem elegerunt. Hic, filiusque ejus Johannes secum imperans ii fuere Principes, quos Salernitae expulerunt, et Johannem de Lamberto ad solium evexerunt, ac proinde hosce Amalphitanos Johannis proxime in principatu decessores pro nostra Serie habemus.

XXIV. Id mire Cavensis Tabularii documentis consonat, in quibus a mense Aprilis decimae Indictionis, quae annum nongentesimum octogesimum secundum vulgaris aerae indicat, Manso cum filio Salerni Principes inveniuntur: *In nomine Domini*, ibi legimus (Arc. 31. n. 92. *Mon.* LXV. pag. CXXV.), *primo anno principatus Domini*

(1) Heic etiam Johannem, non Guaimarium Vesuviano igne crematum legimus.
(*a*) To. V. cit. pag. 12. in n. (22), et (23).
(*b*) *Hist. Pr. Lang.* To. IV. pag. 419. et sequ.

ni nostri Mansoni, & Domini Johanni ejus filio gloriosi Principibus mense Abbrelis decima Indictione. Memoratorium factu a me Martinus Presbiter &c. Anno insequenti inde octogesimotertio, quo undecima erat Indictio, ad Augustum usque instrumenta prostant secundum dictorum Principum annum prae se gerentia, quum jam Imperialis etiam Patricius Manso evaserat, his verbis: *Secundo anno principatus Domini nostri Mansoni, gloriosi Principis, & Imperiali Patricio, & Domini Johanni Principis ejus filio mense Martius undecima Indictione* (Arc. 87. n. 370. *Mon.* LXVI. pag. CXXVII.). Ab Augusto in posterum aliae Mansonis chartae non suppetunt, donec sequenti Decembri Indictionis duodecimae, seu in fine anni ejusdem octogesimitertii Johannes de Lamberto in scenam, ut dictum est, producitur. Rem hanc clarissime asserit, licet in supputandis Mansonis imperii annis decipiatur, Auctor Catalogi Principum Salerni a Pratillo editi (*a*), dum ait: *Manso cum Johanne regnavit A.* III., *menses* II., *& pulsus est a Joanne altero filio Joannis Lamberti Comitis*. Ridendus tamen heic est laudatus Pratillus, qui annorum errorem in Catalogo correcturus in implexiorem labyrintum incidit, non modo quod sex mensium regimen ultra biennium Mansoni dederit, quum nostris ex membranis biennium vix expleverit; sed etiam quod Johannem Mansonis filium non agnoverit, putansque hujus nomine in Catalogo Johannem de Lamberto Principem intelligi, ad verba: *Manso cum Johanne regnavit*, exclamat (*b*): *Amanuensium sphalma; lege proinde absque errandi dubitatione: Manso cum Paldulfo regnavit &c.* Neque Amanuensium quidem, neque Auctoris Catalogi, sed enorme Pratilli sphalma, qui nec duos distinxit Johannes, neque Catalogum intellexit. Nunquam equidem cum Paldulfo Manso conregnavit, ut mihi indubium est; quippe nullam inter plurimas tum Paldulfi, tum Mansonis nomina referentes chartas invenire est, ubi unus alteri comes in imperio predicetur. Neque heic sistunt inanes Pratilli correctiones; siquidem in Cl. etiam Muratorium hac de re invehitur. Narraverat ille ad verae historiae normam suis in Italiae Annalibus (*c*) Paldulfum II., filium nempe Paldulfi Capiferrei Salerni Principem principatu a Mansone Amalphi Duce orbatum fuisse, qui cum filio Johanne biennio illum tenuit, renitente Othone Augusto, qui hac ex caussa Salernum obsederat. Ad haec Pratillus (*d*): *Neque Cl. Muratorii in Ann. To. V. opinio subsistit asserentis Mansonem Amalfitanum cum filio suo Joanne principatum arripuisse Salernitanum, quum nullo modo Salernitani patrem ejecissent retento filio, neque scriptores Joannem hunc Mansonis filium, sed Joannis alterius fuisse testentur*. En rursus duplicis Johannis distinctionem, ac characteres crassissime a Pra-

(*a*) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. V. pag. 11.
(*b*) Ibidem n. (20).
(*c*) *Annali d' Italia* Tom. *mihi* V. pag. 408.
(*d*) *Hist. Pr. Lang.* To. V. pag. 12. n. (21).

Pratillo ignoratos. Quid ad haec Neapolitanorum Annalium Continuator, sive, ut aliis placet, Corruptor? Suos more solito ceterorum erroribus addere gestiens haec ad annum 981. (*a*) scribit: *Noi dobbiamo avvertire il Lettore, che se ci apparteremo questa volta dalla narrazione del Muratori; questo è, perchè dobbiamo seguire la Cronaca Cavense* (apud Peregr. T. 3., *lege* 4.), *la quale ci sembra più ragionevole di ciò, che quegli combinando le altrui smozzicate notizie racconta: Morto Pandolfo il Principato di Salerno rimase in potere di Pandolfo II.* Haec sequenti interrumpuntur adnotatione ad imam paginae oram: *Io non sò, onde abbia tratto il Muratori la notizia, che Pandolfo II. era nipote di Pandolfo Capodiferro, quando noi sappiamo dal Pratilli, che Gisulfo adottò Landolfo figlio di Pandolfo Capo di ferro. Non essendo credibile, che Landolfo III. nemico di Pandolfo Capo di ferro avesse potuto restituire un suo figliuolo sul trono, mentre egli fuggiva in Constantinopoli*. Haec Cestarius; quae quid sibi velint, ignoro. Sed interim *quanta in uno facinore sunt crimina?* Ubinam Muratorius Pandulfum II. Pandulfi Caputferrei nepotem asserere somniavit? En verba Muratorii ad hunc annum 981.. *Dopo l'Aprile, e prima del mese di Giugno di quest'anno egli* (Pandolfo Capo di ferro) *terminò i suoi giorni e fu seppellito in Capua. A Landolfo IV. suo primogenito toccò il Principato di Benevento, e Capua; a Pandolfo, o sia Paldolfo, secondogenito restò il Principato di Salerno*. Paldolfum itaque Salerni Principem vocat Muratorius filium secundogenitum Capiferrei, non nepotem. Ast ad alia circa finem in eodem anno a Muratorio scripta nos Cestarius advocat. Ea & nos fideliter transcribamus. *Ho detto di sopra, che il Principato di Benevento, e di Capua dopo la morte di Pandolfo Capodiferro fu governato da Landolfo IV. suo figlio. Aggiungo ora, che in quest'anno coll'espulsione di esso Landolfo IV. Benevento pervenne alle mani di Pandolfo II. figliuolo di Landolfo III., cioè d'un fratello del suddetto Capodiferro*. En Pandulfum II., Cestarius clamitat, filium fratris, proindeque nepotem. Sed legat quaeso sequentia statim verba, suosque errores deponet. *Anche Pandolfo II. Principe di Salerno era stato spossessato di quel Principato* &c. Pandulfus II. Beneventi Princeps filius Landolfi III. germani ipsius Capiferrei, adeoque ejus nepos; Pandulfus II. Princeps Salerni filius Capiferrei. Uterque merito secundus dicitur, licet apertis verbis unus ab altero distinctus, quia Capiferreus primus hujus nominis erat tum in Beneventanorum, tum in Salernitanorum Principum serie. Rursus: ubinam Pratillus ait Gisulfum sibi Landolfum in filium adoptasse? Non quidem in adnotationibus ad Cavense Chronicon, quod disertissimis verbis ait, ut dictum est; *adoptavit sibi Pandulfum juniorem filium minorem Capiferrei*; ibi enim aliqua tantum circa annos animadvertit: non in animadversio-

E 2 ni-

(*a*) Tom. VII. *Ann. Nap.* pag. 261.

nibus ad bina ſtemmata Langobardorum aliquot Principum Salerni (a); ſiquidem ibi Pratillus pariter dixerat : *Poſtquam regnavit cum Pandulfo filio praedicti Principis Pandulfi* (Caputferrei) *a ſe adoptato* ; nec contra id verbum ullum addit Pratillus; non denique in ſuo Principum Salerni ſtemmate (b) in quo haec habet : *Paldulfus Capuae Principis filius cum Giſulfo* &c., & paulo ante dixerat : *Giſulfus I. . . . . . a Pandulfo tamen Capuae Principe liberatus ejus filium Paldulfum adoptavit*. Neque Typographo, qui Landulfum pro Paldulfo expreſſerit, de lapſu hoc damnare fas eſt, quum ad annum 1000. (c) plane iterum legatur : *Morto Manſone Duca di Amalfi, il quale con Landolfo avea in Salerno regnato* ; verba ſcilicet a Pratillo mutuata, ſed uſque per errorem, qui dixerat, ut ſupra retulimus : *Lege proinde abſque errandi dubitatione : Manſo cum Paldulfo regnavit*. Ubinam erga gentium ſumus? errores noſtros ceteris appingere non veremur? Sunt hi accuratiſſimi illi Annales, in quibus ſingulis fere paginis andabatarum more Scriptor miſerrime cespitat, claudicat, & illabitur?

Et otioſa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum. Hor.

Sed ad Paldulfum Manſonis deceſſorem, et ab eo expulſum regrediamur.

XXV. Fuit hic Paldulfi Capiferrei legitimus filius a Giſulpho Salerni Principe hujus nominis primo in Salernitanorum Principum ſerie, ſeu, ut omnes fere chartae eum appellant, Geſolfo, ejuſque uxore Gemma in filium, ac ſolii ſucceſſorem adoptatus. Cur id factum ſit, ſatis exprimit Cavenſe Chronicon Pratilli (d) his verbis : *A. 975. Landulfus filius Atenulfi Beneventi Principis a ſuo patruo expulſus, qui Salerni a ſuo conſanguineo Giſulfo Principe receptus erat, pro ſumma inhumanitate, & nequitia ſua Principem, ſuamque conjugem cum dolo captivavit* (imo, ſi aliis Scriptoribus fides eſt (1), jam e vivis ſublatos vulgavit), *& ſe in Salerni ſolium ſublimavit cum auxilio Neapolitum, & Malfitanorum. Sed Dei judicio Pandulfus Capuanus Giſulfum auxiliando venit; pridie nonas Junii Salerno potitus eſt, & Giſulfum in ſuo principatu reſtituit. Qui filios cum non haberet, adoptavit ſibi Pandulfum juniorem filium minorem Capiferrei in proprium filium, qui poſtea pacifice regnavit poſt eum*. Hactenus Chronicon, cui de hac adoptione conſonam noſtri Archivi chartam addamus; ut inde etiam agnoſcatur, quanti circa peculiaria facta aeſtimanda pariter ſint Cavenſia monumenta. Ita ea incipit (intra membr. 230. Arc. 85. *Mon.* LXVII. pag. CXXVII.) : *In nomine Domini ſeptimo anno prin-*

(a) To. V. poſt pag. 18.
(b) Ibidem pag. 7.
(c) To. VIII. pag. 38.
(d) Loc. cit. To. IV. pag. 418.
(1) *Et ſi quis eos interrogabat de re, quae acciderat, illi promebant :* quia ambo pariter mortui ſunt. Anon. Salern. cap. 163. in *Hiſt. Pr. Lang.* cit. To. II. pag. 304.

principatus Domini nostri Paldolfi gloriosi Principis mense Magius nona Indictione. Ego superius dictus Paldolfus Domini gratia Princeps filius vone memorie Domini Paldolfi gloriosi Principis declaro, quoniam ante os annos Dominus Gisolfus, & Domina Gemma, qui fuerunt vir, & uxor, gloriosi Principes adfiliaberunt me sibi in filio &c. (1). Ex hac vero membrana magis, magisque confirmatur relata Chronici historia, tempusque in eo indicatum, nostraque Salerni Principum Series feliciter procedit. Ipsa equidem, quae Majum mensem, nonamque habet indictionem, octogesimoprimo post nongentesimum Christi anno respondet, jamque Paldolfum Capiferreum hujus Principis patrem, quem *bonae memoriae* vocat, mortuum asserit; & sane hoc eodem anno, imo & mense (2), ut supra ex Cavensi Chronico audivimus per ea verba: *Anno* 981. *Capiferreus Princeps obiit IV. Idus Majas*, Item quum biennium, quo Manso, & filius regnarunt, octogesimosecundo, & tertio X. seculi anno, ut supra probatum est, respondeat, optime ad annum antecedentem octogesimumprimum, quem haec membrana indicat, et ultimum Paldolfi ab iis ejecti progredimur: neque enim septimum imperii annum transgressum esse Paldolfum ullum instrumentum declarat. Quum autem septimum ejus principatus annum adducta charta referat, inde est, ut primus ejus adoptionis, & imperii annus in nongentesimum septuagesimumquintum incidat, ut modo e Cavensi Chronico lectum est. Hujus autem primi anni initium circa antecedentis septuagesimiquarti finem potius ex nostri Tabularii instrumentis figendum; mense enim Decembris tertiae Indictionis, qui dicti anni postremus est, cum Gisolfo Principe, ejusque conjuge Gemma, quae tunc primo in chartis nominari coepit, Paldolfus adoptivus eorum filius Princeps scribitur (intra membr. 180. Arc. 85. *Mon.* LXVII. pag. CXXVII.) hac formula: *In nomine Domini quadragesimosecundo anno principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principi, & primo anno principatus Domine Gemme gloriose Principise uxoris ejus, & Domini Paldolfi optato filio eorum mense December tertia Indictione. Nos superius dictus Gisolfus* &c. Ad Indictionem usque sextam mense Novembris, quae vulgaris aerae septuagesimumseptimum post nongentesimum annum innuit, vivus adhuc, dominansque erat Princeps Gisolfus quadragesimumquintum principatus annum enumerans; interimque quartus Gemmae, & Paldolfi notabatur; ex quo rite colligitur etiam a Novembri anni 974. Paldolfum eorum filium fuisse vocatum. Charta id indicans ita incipit

(1) Festinanti Peregrinio, ut ipse ait, qui hanc chartam ex Cavensi Archivo refert (*Hist. Pr. Lang.* To. II. pag. 309.), Arca non adnotata; sed nec verba fideliter exscripta, ut cum meis hisce conferenti patet.

(2) Mensem equidem erratum puto, quum ab Aprili antecedenti Paldulfum filium solum (mortuo propterea Patre, quicum, ut videbimus, annis nonnullis Salerni imperaverat,) in chartis nostris (Arc. 87. n. 384. *Mon.* LXVIII. pag. CXXXII.) inveniam.

pit (intra membr. 373. Arc. 61. *Mon.* LXIX. pag. CXXXIII.) : *In nomine Domini quadragesimoquinto anno principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principis, & quarto anno principatus Domine Gemme conjugis ejus, & Domini Paldolfi optato filio eorum mense Nobember sexta Indictione.* Mortuus vero est eodem ipso Novembris mense Gisolfus, sive ad summum intra sequentem; instrumentum enim ex Cavensi Tabulario occurrit ejusdem sextae Indictionis mense Decembris, in quo Gisolfi nomine non amplius invocato Gemmae tantum, & Paldolfi nomina (res hactenus historicis ignota) habentur his verbis : *In nomine Domini quarto anno principatus Domine Gemme, & Domini Paldolfi optato filio ejus gloriosi Princeps mense December sexta Indictione. Declaro Ego Pando divina protegente clementia Presul sancti Sedis Pestanc* &c. (intra membr. 331. Arc. 61. *Mon.* LXX. pag. CXXXV.); qua simplici vice post Gisolfi Principis obitum Paldulfo comes Gemma invenitur. In sequentibus vero mensibus, & annis, vel quod, ut probabilius est, Gemma interierit, vel quod sancitum sit Salernitanum principatum a Paldolfo Capiferreo Beneventi, & Capuae Principe simul cum puero ejus filio Paldolfo gubernandum, quin Gemma regiminis amplius particeps esset, duo Paldolfi duntaxat pater, & filius in instrumentis inveniuntur. Id examussim respondet Cavensis Chronici dictis, licet non ad nongentesimum septuagesimumseptimum, sed ad septuagesimum octavum (1) id referat per haec verba (a) : *Anno* 978. *Gisulfus Princeps magnanimus, pius, illustris defunctus est, cui successit Paldulfus, & ejus pater Capiferreus Capuanus, & Beneventanus Princeps.* Hujus quidem Principis anni tum Capuani, & Beneventani principatus, tum Salernitani distincte a Tabellionibus hoc modo notabantur : *In nomine Domini tricesimoquinto anno principatus Domini Paldolfi Principis* (scilicet principatus Capuae, & Beneventi), *& primo anno principatus ejus Salerni, & quarto anno principatus Domini Paldolfi Principis filio ejus mense Augustus sexta Indictione* (Arc. 5. n. 42. *Mon.* LXXI. pag. CXXXVII.), & ita porro sequentibus annis ad tricesimumoctavum usque principatus Capuae, & Beneventi, & tertium Salerni Paldolfi patris, septimum filii mense Februario nona Indictione (intra membr. 297. Arc. 101. *Mon.* XX. pag. XXXV.), quae nongentesimum octogesimumprimum Christi annum indicat. A mense tamen Aprilis ejusdem anni, quo mortuum ex Cavensi Chronico patrem supra audivimus, licet id intra Majum evenisse dicatur, in posterum solum Paldolfum filium referunt chartae (Arc. 87. n. 384. *Mon.* LXVIII. pag. CXXXII.), usquedum a Mansone, ejusque filio Johanne eo expulso principatus arripitur, ut dictum

(1) Num Salernitano more (quod in superioribus monuimus) etiam Chronista hic noster ab antecedenti Martio annum inchoaret, subdubitaveram. Verum suspicio omnis evanuit, quum modo anteponere, modo Principum annos ipsum postponere, ut visum est, animadverti.

(a) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. IV. pag. 419.

ctum est, mense saltem Aprili sequentis anni octogesimisecundi (Arc. 31. n. 92. *Mon.* LXV. pag. CXXV.).

XXVI. Firmata jam horum laudatorum Principum retrograda Serie, unde patuit Johannis de Lamberto in principatu decessorem Mansonem Amalphitanum fuisse, hujus vero Paldolfum legitimum Capiferrei filium, a Principibus Gisolfo, & Gemma adoptatum; anno quidem postremo solum, cum legitimo genitore tribus circiter annis, cum sola Gemma adoptiva matre per unum, alterumve mensem, cum ea denique, & Gisolfo Principe adoptivis parentibus per annos quatuor incompletos, ut clarius in nostra chronologica Tabula inspici potest; facillimum modo est Gisolfi ipsius, quem in hac Salernitani principatus Serie, ut a postremo a Normannis ejecto discriminetur, hujus nominis primum vocabimus, dominii initium invenire. Quadragesimumsecundum imperii annum numerabat Gisolfus, ut ex nostris chartis (intra membranam 180. Arc. 85. *Mon.* LXVII. pag. CXXVII.) observatum est, quum Paldolfum filium adoptavit, seu quum primus Paldolfi, & Gemmae annus in instrumentis notatur; idque mense Decembris tertiae Indictionis; quod anno septuagesimoquarto supra nongentesimum Christi respondere diximus: ablatis itaque annis uno, & quadraginta intermediis, primus ejus imperii annus eodem mense Decembris anni nongentesimi tricesimitertii procul dubio eruitur. Id saepe citati Cavensis Chronici narrationi consonum est; in eo enim haec leguntur (a): *Anno 933. Guaimarius Princeps moritur, & ejus filius Gisulfus quatriennis sublimatus est in Principem sub tutela Prisci Tesaurarii, & Comitis*. Absit heic autem, ut circa Guaimarii Patris obitum, & Prisci tutelam fidem Chronico isti habeamus, quum nostri Archivi monumentis immane quantum! advertetur. Hoc equidem anno Gisolfus forte quadrimus ad solium a genitore assumitur, subque ejus, non Prisci nunquam in chartis memorati, cura in eadem sede cum patre dominatur, decemque alios annos & ultra, quibus ille vixit, cum eo principatus socius est. Chronistae error ab hoc eodem anno tricesimotertio post nongentesimum, quo Indictio a Septembri mense septima erat, detegi incipit in instrumento (Arc. 86: n. 167. *Mon.* LXXII. pag. CXXXVIII.), quod sic habet: *In nomine Domini quadragesimoprimo anno principatus Domini nostri Guaimarii Principi, & primo anno principatus Domini Gisolfi ejus filii mense September septima Indictione. Ideoque Ego Talaricus filius Ursi declaro quod* &c. (1). Sequenti Februario, quo jam tricesimusquartus

(a) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. IV. pag. 411.

(1) Hoc, et alia monumenta supra relata, et infra referenda novum recentioris veterum Diplomatum Censoris paradoxum in memoriam revocant, Anonymi scilicet Opusculi: *Illustrazione di un Diploma di Oderisio Conte dato alla Badia di S. Giovanni in Verde nell' anno* 1068. Neapoli editi anno 1780. Is enim, ut ad aliud solemnius paradoxum sibi viam sternat, donationes videlicet Ecclesiis factas nec domi-

tus x. seculi annus inceperat, eademque Indictio septima perdurabat, quadragesimussecundus annus Guaimarii notatur, & primus adhuc Gisolfi (Arc. 86. n. 87. *Mon.* LXXIII. pag. CXL.), sicque in sequentibus usque ad quinquagesimumprimum Guaimarii, & decimum Gisolfi sub mense Martii prima Indictione (intra membranam 125. Arc. 44. *Mon.* XVII. pag. XXX.), quod guadragesimumtertium Christi annum respicit supra nongentesimum (1).

XXVII.

minii translationem, nec veras bonorum possessiones in ipsas Ecclesias induxisse, sed donantes ipsos semper eorum dominos remansisse, cap. 2. auctoritate, qua fungitur, decernit, instrumenta, in quibus post Principis titulum, vel solius epochae notam sequuntur verba: *Idcirco*, *Ideo*, *Igitur*, non nisi exemplaria esse dimidiata, nec quidem ex autographis desumpta, sed ex Monasteriorum regestis a Monachis ipsis concinnata; hujusque abnormis suae opinionis rationem indicat iis verbis (pag. XVI.) *perocchè uomo mai non fu al mondo, che cominciasse la sua orazione dall' esporre la conseguenza d' una proposizione non mai premessa*. Posset nonnemo regerere, neque hominem rationis compotem unquam fuisse, qui suam exordiretur orationem: *Quadam vero die*, ut in membrana Arc. 35. n. 250. *Mon.* XI. pag. XXIII., et Arc. 64. n. 773. *Mon.* LXXXIII. pag. CL., vel: *Certum est me Johannes . . . . . . prontissima voluntate venundedimus*, ut Arc. 11. n. 86. *Mon.* XXIV. pag. XLIV., neque unquam aliquis etiam e trivio tot barbarismos, quot in hujus aetatis instrumentis inveniuntur, si latine loqui vellet, eructaret. Numquid ideo falsa, fabulosa, ab otiosis excogitata ea monumenta quis asserere ausit? Possem, si locus hic pateretur, evidentissime ostendere ex instrumentis ne latum quidem unguem inter se discrepantibus, sed sese inter simillimis unum a verbo *Ideoque*, alterum recto alio modo suum sermonem inchoasse; ac proinde eorum temporum imperitiae, scribarum inscitiae, communique formularum adhibendarum consuetudini tribuenda hujusmodi initia, ut optime Diplomaticae Artis Magistri Mabillonius, Muratorius, aliique animadverterunt. Unum addam inter millena documenta, quae prae manibus habui, nunquam occurrisse aliquod, quod dimidiatorum horum instrumentorum integrum autographum esset; quod certe, si vel minimum hujus Auctoris opinio valeret, accidere debuisset. Parcamus interim homini, qui ex uno, alterove diplomate, quod tractavit, rem acu invenisse temere sibi blanditus est.

(1) Hunc in errorem e priscis Chronicis haustum post Peregrinum incidit etiam Petrus Giannone, qui (*Istoria Civile del Regno di Napoli* Lib. VII. c. 4. pag. mihi 479.) ait: *Nel Principato di Salerno intanto per la morte di Guaimaro accaduta nell' anno 933. era succeduto Gisolfo suo figliuolo* &c. Id advertit Cestarius Annalium Neapolitani Regni anno 933., eo quod viventem apud Scriptores Guaimarium II. anno 935. invenerit. Nos autem chartas continue sibi succedentes ad annum usque 943. sub ejus nomine cum Gisolfo filio regnantis habemus, ut dictum est, de quo mea Tabula consulatur. Quod vero excusando Scriptorum errori Guaimarii I., non II. obitum huic anno hic Auctor referendum putat, nimis inverisimile arbitror, quum nullum cum Gisolfi exaltatione, et Prisci tutela, quam simul Scriptores referunt, vinculum potuerit intercedere. Ceterum quod Cestarium reliqua Guaimarii vita latuerit, utpote synchronis monumentis orbatum, ex eo patet, quod quae Guaimario tunc dominanti iisdem annis tribuenda fuerant, Gisolfo (adhuc puello, ac cum genitore conregnanti) adscribat. Quae inde ipso anno circa *plateaticum*, & *portaticum*, a quo solvendo a Principibus Ecclesiae, ac Monasteria immunia reddebantur, inserit, ne dicam incongrue intrudit Auctor, examini subjicere loci hujus non est. Lectores partium studiis non abrepti videant, num sua e terris producta genera ad cetera operimentis, ac victui necessaria sibi procuranda vendere sit mercimo-

XXVII. Silendum vero heic non est alios forte annos Guaimario ultra unum & quinquaginta fuisse; quod deficientibus sequentium annorum chartis in nostro Tabulario asseveranter affirmare non licet. Unum illud habeo, quod notetur velim, solum nimirum in imperio, ac non amplius Patris comitem inveniri Gisolfum, quum quartumdecimum principatus annum agebat, ab Octobri quintae Indictionis (Arc. 87. n. 262. *Mon.* LXXIV. pag CXLI.), sive a vulgari anno nongentesimo quadragesimosexto. Id autem satis superque est, ut Cavensis Chronici lapsus noscatur; sicut & Catalogi Principum a Pratillo editi, ubi legitur (a). *Weimarius alter gibbosus dictus ejus* (Waimarii) *filius per annos* XLII. *menses* III.; quum jam quinquaginta & unum annum Waimarium hunc saltem regnasse visum sit.

XXVIII. Ut ad Gisolfum itaque redeamus, primis saltem decem sui imperii annis Guaimario patri suo in solio comes ille fuit; nunquam, quod invenerim, sub Thesaurarii Prisci cura; quod vivente, ac regnante genitore superfluum, ac falsum putari debet; post quadragesimumprimum principatus annum cum Gemma uxore, & adoptato filio Paldolfo: reliquum longaevae vitae cursum in throno solus transegit, ut per singulas annorum, mensiumque chartas, nisi argumento inutiles forent, excurrendo possem ostendere.

XXIX. Animadvertenda tantum heic est brevis illa paucorum mensium intercapedo, quo temporis intervallo consanguinei Landulfi fraude, ac nequitia ipso Principe Gisolfo cum uxore Gemma carceribus mancipato, eorumque interitu mendaciter evulgato, cum filio cognomine iniquus Landulfus ipse *se in Salerni solium sublimavit*, ut ex Chronico supra audivimus. Hujus intrusi Principis duas sufficiunt chartas Cavensia monumenta; unam videlicet Septembris secundae Indictionis annum denotantem septuagesimumtertium post nongentesimum, quae sic habet: *anno primo principatus Domini Landolfi gloriosi Principis* (Arc. 30. n. 95. *Mon.* LXXV. pag. CXLII.); alteram: *primo anno principatus Domini Landolfi, & Domini Landolfi ejus filii*, quae est sequentis Januarii, ejusdemque Indictionis (Arc. 42. n. 65. *Mon.* LXXVI. pag. CXLIII.). Duo haec instrumenta eo temporis spatio celebrata sunt, quo quadragesimusptimus imperii Gisolfi annus numerabatur, & quo in Cavensi Archivo nulla prorsus inveniuntur, quae hujus Principis nomen habeant. A Junio vero dictae secundae Indictionis, sive anni septuagesimitertii seculi x. Gisolfus, cujus capiti a Pandulfo Capiferreo, ut diximus, ablatum diadema repositum est, rursus in scenam prodit quadragesimumsecundum principatus annum enumerans (intra memb. 180. Arc. 85.

F Mon.

monium facere, sacrisque canonibus adversari; num quae Principum pietati, ac religioni vertenda erant, sint potius Monachorum avaritiae, ac sacrae auri fami tribuenda; num denique ad hanc ab Auctore inique injectam in Monachos maculam abstergendam vetera innocua instrumenta falsitatis insimulanda?

(a) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. V. pag. 8.

Mon. LXVII. pag. CXXVII.), juxta ac si nunquam e throno fuisset exturbatus; donec sequenti Decembris mense Gemmam uxorem, adoptatumque filium Paldolfum comites in imperio (intra membr. 180. Arc. 85. *Mon.* LXVII. pag. CXXVII.) sibi adsciscit (1).

XXX. Ad Seriem modo nostrorum Principum revertamur, quam facile ex ipsis Gisolfi Principis annis assequemur. Siquidem quum primus ejus dominii annus Guaimarii genitoris sui quadragesimusprimus in imperio fuerit, isque, ut probatum est, in tricesimumtertium supra nongentesimum Christi inciderit, patris ejusdem primum principatus annum vulgari octingentesimo nonagesimotertio respondere omni procul dubio cognoscimus. Rei hujus testes non desunt memorati Tabularii nostri membranae, quarum, ne singulas afferamus, satis sit ea, quae terrae venditionem Nuceriae Ragimperto Clerico Odelfridi filio factam refert a Petro filio Raudiperti pro solidis sexaginta, quae has habet notas: *anno septimodecimo principatus Guaimarii, & primo anno Guaimarii filii ejus mense Augusto undecima Indictione* (Arc. 32. n. 47. *Mon.* LXXVII. pag. CXLIV.). Indictio autem haec ad Augustum usque dicto anno octingentesimo nonagesimotertio currebat. Sunt pariter quae patris duodevicesimum, & secundum filii, sive Maji duodecima Indictione (Arc. 31. n. 4. *Mon.* LXXVIII. pag. CXLV.), sive Septembris tertiadecima (Arc. 32. n. 39. *Mon.* LXXIX. pag. CXLVI.), quae annum Christi nonagesimumquartum post octingentesimum : sunt quae Guaimarii genitoris undevicesimum, & filii tertium sub quartadecima Indictione mense Decembris (Arc. 32. n. 103. *Mon.* LXXX. pag. CXLVII.) habent, quae Christi octingentesimum nonagesimumquintum indicant : sunt & ceterorum annorum ad vicesimumtertium usque patris, filiique septimum mense Augusti Indictionis secundae (Arm. I. G. n. 3. *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII.), ad vulgarem nempe octingentesimum nonagesimumnonum (2). De hujus Guaimarii filii, quem II. hac in

(1) En itaque omnes Cestarii nostri ad annum 933. Neapolitanorum Annalium anxietates uno ictu feliciter dissipatas. Landolfus Septembri, vel saltem post Aprilem anni 973. Salerni imperium occupavit : inde sequenti Januario anni 974. filium Landolfum in principatu comitem habuit: uterque ante Junium ejusdem anni 974. e sede ejectus, quum et Aprili anni 973., et Junio 974. Gisolfum Principem chartae in Tabula appositae enuncient. Gemma, et Paldolfus non nisi multis post mensibus a Landolforum expulsione Gisolfo in principatu consociantur. Princeps hic non anno 978., sed antecedente 977. diem extremum claudit; mense enim Decembri dicti anni (intra membr. Arc. 61. n. 331. *Mon.* LXX. pag. CXXXV.) sola Gemma, et Paldolfus adoptatus filius in solio apparent: Augusto sequentis 978. primum Paldolfus Capiferreus nulla amplius habita Gemmae in monumentis memoria soli filio sociatur. Moritur denique Capiferreus ante Aprilem 981., quo mense solus Paldolfus filius, & dehinc ad menses aliquot in Salernitano solio reperitur.

(2) Duo hi Guaimarii Patriciorum Imperialium titulum, honoremque, quemadmodum et supradictus Gisolfus Guaimarii II. filius (Arc. 32. n. 38. *Mon.* LXXXII. pag.

in Principum Serie appellare possumus, ad Salernitanum solium assumptione, quae per adductas hactenus chartas nobis perspicue innotescit, nullam penes Cavense Chronicon memoriam fieri mirum est, quamquam eum cum patre principatus consortem inde agnoscat anno Christi octingentesimo nonagesimo octavo. Quandoquidem eo anno, quo vicesimumsecundum imperii annum agebat pater, Salernitanorum seditionem referens utrumque Principem eos insecutum vicisse, ac debellasse enarrat. Addit inde eodem anno patrem a filio in captivitatem adductum, & in S. Maximi Ecclesia relegatum. En ejus verba (a): *Anno* 898. *Salernitani contra suos Principes rebellati sunt, sed Guaimarius pater, ejusque filius rebelles profligati sunt intro, & foris civitate, multosque a muris, & turribus precipitare fecerunt, vel in mare necare, vel laqueis suspensuri super lignis in muro de circa eum: multi Neapoli fugierunt, aut Siciliam . . . . Guaimarius junior bonus Princeps suum Patrem a principatu postea suspendit, & in Ecclesiam S. Macsimi ab ipso constructa* (1) *relegatus est,* ut

pag. CXLIX.), a Graecis Imperatoribus, quibus nonnihil addicti erant, habuerant, quo in publicis instrumentis eos Scribae decorare non omittebant. Ita, ut aliquod exemplum afferam, charta anni nongentesimi decimioctavi (Arc. 64. n. 773. *Mon.* LXXXIII. pag. CL.) ita incipit: *In nomine Domini vicesimosexto anno principatus Domini nostri Waimarii Principi, & Patricii filius Domini Waimarii Principis, & Patricii mense Augustus sexta Indictione. Quadam vero die dum Nos Petrus Clericus, & Judice essemus sacratissimo Salernitano Palatio ad singulis audiendum, vel diffiniendum caussas, tunc quoram nostris presentiis venerunt idest Johannes Abbas Ecclesie S. Maximi* &c. Neque heic abs re esse reor, quae a Graecis illis Imperatoribus Guaimarius pater filius Guaiferii obtinuerat, eadem ab ipsomet audire in suo Diplomate modo in Dissertatione citato, quod in Cavensi Tabulario exsistit (Arm. I. G. n. 3. *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII.), fuitque a Muratorio (*Antiqu. Ital. Medii Aevi* To. I. Diss. V. pag. 182.) typis traditum. Illud ita incipit. *In nomine Domini Dei Salbatoris nostri Jesu Christi. Declaro Ego Waimarius Princeps, & Imperialis Patricius, quia concessum est mihi a Sanctissimis, & piissimis Imperatoribus Leone, & Alexandro per berbum, & firmissimum preceptum bulla aurea sigillatum integram sortem Benebentane Probincie, sicut divisum est inter Sichenolfum, & Radelchisum Principem; ut liceret me exinde facere omnia, quod voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt. Proinde concessimus* &c.

(a) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. IV. pag. 405.

(1) Duo hac in historia errata occurrunt. Primum ad tempus spectat, quo haec evenerint; quod ad nongentesimum Christi annum asportandum est, aut saltem ad octingentesimum nonagesimumnonum post Augusti mensem, quo patrem cum filio imperantem indicat charta memorati Archivi modo indicata (Arm. I. G. n. 3. *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII.), qua Guaimarius Princeps Ecclesiae S. Maximi, quae Salerni constructa est, donat Lupum filium *Ragimperti cum uxore sua, & filiis, filiabus, nuris, & nepotibus suis cum omnibus rebus substantia illorum movile, atque immovile, & cum omnibus illorum pertinentiis, pro quo ipse Lupus cum Saracenis ambulavit, & pactuotes fuit*. Hoc enim Diploma ita concluditur: *Quod bero preceptum concessionis ex jussione superscripte Potestatis scripsit Ego Ursus Notarius. Actum Salerni de anno vicesimotertio, & de anno septimo principatus Domini Waimarii Principis filio meus de mense Augustus secunda Indictione*. Augusto itaque secundae Indictio-

ut suis supditis gratiam dispensaret pro sui genitoris crudelitate, & malicia multa.

XXXI. Jam vero ex his omnibus, quae hactenus recensuimus, etiam primus imperii Guaimarii patris annus aperte se prodit; sive enim vicesimumtertium ejus annum in Christi octingentesimum nonagesimumnonum, sive ejusdem decimumseptimum, quo filium in solium extulit, in vulgarem octingentesimum nonagesimumtertium incidentem consideres; jam detractis vel annis ab hoc extremo numero sedecim, vel a primo vigintiduobus, ad Redemptionis annum octin-

ctionis, quae Christi annum undenongentesimum innuit, e solio ejectus pater non fuerat, nec proinde praecedenti. Id ceteris Archivi membranis consonum est; nunquam enim in iis ante Aprilis mensem anni nongentesimi Guaimarium filium solum regnantem invenire est; quo mense septimum adhuc imperii annum agebat, ut membrana (Arc. 86. n. 210. *Mon.* LXXXIV. pag. CLI.) refert, quam tamen ex Tabula mea chronologica expunxi; non enim septimus, sed octavus ejus imperii annus notandus erat, ut ceteris praecedentibus, & sequentibus hujus Principis instrumentis concors esset. Rem acu attigisse visus tamen est Auctor Catalogi Principum Salerni ubi ait: *Waimarius ejus* (Guaiferii Balbi) *filius per annos XXIII. menses VI.* (Hist. Pr. Lang. Peregrinii cit. To. V. pag. 8.) *regnavit*. Si autem vicesimumtertium annum complevit, sexque praeterea menses, nongentesimo vulgari anno ejus relegationem accidisse potius concludendum. Alius error ipsam S. Maximi Ecclesiam respicit, quam a dicto Guaimario Patre aedificatam Chronicon dicit; cui etiam errato Scriptoribus nonnullis communi subscripsit Muratorius in Annalibus Italiae (ad an. 901. To. mihi V. pag. 220.) oblitus, se in Antiquitatibus Medii Aevi (To. I. Diss. V. pag. 180.) de paulo ante relata Lupi donatione recte dixisse: *Donat in eo* (diplomate) *Guaimarius Ecclesiae S. Maximi intra Salernitanam civitatem fundatae a Guaiferio Principe genitore suo servum, cui nomen Lupus*. Si haec oculatissimus Muratorius (cui tamen in vastissimis litterariis operibus occupato facile parcendum), quis Cestario multam non irrogaverit, quod in transcribendo, non jam ex lectu difficillimo codice, vel membrana, sed ex jam edito clarissimis, ac pene uncialibus characteribus monumento in memorato Antiquitatum Muratorii loco dictum Guaimarii Diploma ad calcem To. VII. Epochae II. Annalium pag. 302. *Guaimarii* nomen loco *Guaiferii* etiam scripserit; aeque oblitus quod ad an. 897. pag. 55. dixerat: *Questa Chiesa era stata edificata da Guaiferio*? Taedet tantum fidem in posterum non modo veteribus Amanuensibus, sed recentioribus etiam diligentissimis docti Seculi Scriptoribus vix habendam. A Guaiferio quidem constructam eam Ecclesiam praeter idem allatum instrumentum, ubi aperte id dicitur, & aliud ejusdem Guaimarii (Arm. I. G. n. 2. *Mon.* LXXXV pag. CLII.), aliud Gisulfi I. filii Guaimarii II. (Arm. I. G. n. 6. *Mon.* LXXXVI. pag. CLIII.), in quo legitur aedificata *a Domino Guaiferio bisavio meo*; & sexcentas alias chartas, in quibus de S. Maximi Ecclesia agitur, Guaiferius ipse testatur his sui Diplomatis verbis (int. membr. r. Arm. I. G. *Mon.* LXXXVII. pag. CLIII.): *Ego Guaiferius divina gratia, Princeps filius bone memorie Dauferi divino auxilio me adjuvante intus hanc Salernitanam civitatem a super ista fistula propinquo casa mea a fundamine usque ad culmen Ecclesiam Dei edificavi in honore, & vocabulo beati Sancti Maximi Confessoris Domini nostri Jesu Christi* &c. Diplomatis hujus notae annum Ludovici imperii vicesimum ferunt, mensem Novembris, secundamque Indictionem; quae quum Christi annum 868. indicent, patet ex tribus epochis, quibus hujus Ludovici II. Imperatoris anni numerari solent, primam heic designari, ab anno nempe 849., quo a genitore Lothario Augustus est renuntiatus, ut bene Pagius animadvertit. Videant interim historici, cur in diplomate Imperatoris anni inserantur, non vero Salernitani Principis, ut in ceteris instrumentis.

octingentesimum septuagesimumseptimum pertinges, qui primi Guaimarii principatus exstitit annus primus. Et annum revera ejus primum cum Guaiferii parentis sui decimoseptimo indicat Cavensis Tabularii charta mensis Novembris undecimae Indictionis (Arc. 87. n. 417. *Mon.* LXXXVIII. pag. CLVII.), quae ad citatum vulgarem annum septuagesimumseptimum seculi IX. refertur. Anni vero tum decimusseptimus patris, tum primus filii a pluribus mensibus inchoaverant; habemus enim sequenti Aprili, quo eadem undecima decurrebat Indictio, decimumseptimum adhuc Guaiferii, & secundum Guaimarii (Arc. 35. n. 71. *Mon.* LXXXIX. pag. CLVII.); in tertiadecima autem Indictione, sive Christi anno octingentesimo octogesimo Guaiferii undevicesimum, quartum filii Februario (Arc. 31. n. 180. *Mon.* XC. pag. CLVIII.); a quo tempore inde solius Guaimarii nomen efferunt chartae. Et quidem quartum adhuc principatus ejus annum proferunt eae tertiaedecimae Indictionis mense Augusto (Arc. 35. n. 203. *Mon.* XCI. pag. CLIX.), & quintum Junio (Arc. 101. n. 72. *Mon.* XCIII. pag. CLXI.) quartaedecimae sequentis (1) nulla amplius genitoris Guaiferii memoria habita. Corrigendus hinc est Principum Salerni Catalogus (*a*), qui non nisi sedecim principatus annos, tresque dumtaxat menses Guaiferio tribuit dicens: *Guaiferius Balbus filius Daiferi exulis . . . . sedit annos* XVI. *menses* III., *& Monachus factus est*. Et huic fortasse falso calculo innixus

(1) Hoc forte unicum in Cavensi Archivio exemplum est *Brevis Memoratorii*, quod inter membranarum plusquam vigintimillia inveniatur. Sunt in eo omnes, ut in ceteris, chronologicae notae, post quas legitur: *Breve memorationis factum a me Ermenandus filius Leoni de Priatu &c.*, desinit vero cum citatione chartae illius, cujus est memoratorium his verbis: *Scripta est cartula illa per Cumpertus Notarius in quarto anno principatus Domini Waiferii de mense Octuber tertiadecima Indictione, & ibi scripti erat manibus suis Johannipertus, & Spendeo Presbiter, seu & Ermenandus, & Audo Presbiter, & Forte Presbiter, & Luperisi Presbiter, & Perginpertus Diaconus, & Liodelgari; & cum ista cartula, quo & superius legitur, sic ante subscriptorum bonorum hominum, qui subterscripti sunt, quod ostensa, & relecta fuit, & taliter continentem inde, ut in posterum recordetur, hoc exemplum relevabat civitate Salerno*. Adversus hujusmodi instrumenta haec regerit Presbyter Cestarius sub finem To. VI. pag. 358. *Lasciamo volentieri la cura di smascherare i sofismi de' cennati* (*lege* degli accennati) *Autori* (de Scriptoribus Congregationis S. Mauri Novi Tractatus Artis Diplomaticae agit) *esposti nella pag.* 297. 303., *ed immaginati per difendere la verità di tante informi carte, che ne' Monastici Archivj pullulano, e cui dassi il titolo di* Notitie brevis rememoratori; *le quali altro non sono, che certi pretesi transunti di originali stromenti, e diplomi, sprovveduti per lo più delle formole, che posson caratterizarne la verità, o scovrirne decisivamente la falsità, e l' impostura. Noi abbiamo metodi, e regole certe per mostrare ad evidenza la falsità di certe carte* (utinam leges hasce, methodos, regulas, thesaurum plane auro contra non carum aliquando ex ejus officina depromptum Litterarius Orbis mirari, atque ediscere possit!); *nessuna però di quelle, che potessero condurci con certezza alla conoscenza della verità delle carte anche vere. Ecco perchè tutti gli sforzi de' Diplomatisti Monaci sono vani, ed inutili affatto*.

(*a*) *Hist.* cit. Tom. V. pag. 8.

xus Cesarius (*a*) Guaiferii hujus Principis monasticae induendae vestis propositum, imo etiam monasticae vitae professionem, ejusque obitum, qui anno octogesimo supra octingentesimum accidit, ad septuagesimum octavum traducit. Ast utinam, ut obiter dicam, Guaiferii interitum ad annum octogesimum, ut rei veritas postulat, retulisset! non enim potius illius anni chartas ut impleret, sive foedaret, quemadmodum ubi Pontificum, aut Monachorum facta recensuit, semper, facere consuevit (1), Vulturnensis, aliorumque monasticorum chronicorum, quibus ubi Pontificum vel Monachorum lapsus referunt, plenissimam fidem habet, falsitatem, sublestamque fidem importune depraedicasset; neque jam a plusquam seculo coctam de Gregorii Magni Dialogis, & Patriarchae Benedicti Regula crambem hac aetate recoxisset. Haec profecto a meo argumento aliena sunt, ut & cetera, quae in adnotationibus litteris (c d e) designatis post Capitulare Radelchisii (*b*) ad vanam ostentandam eruditionem ad nauseam usque repetit, ac fabulatur; sed quae hac de re viginti ab hinc annis in secunda ex meis epistolis de libris quintodecimo seculo editis, quos comparaveram, scripsi (*c*), heic repetere non pigebit. Ibi enim postquam de Codice, cujus titulus: *Dialogo de Misser Sancto Gregorio Papa. Venezia a spese di Giovanni de Colonia, e di Giovanni Manthen de Gherretzem* 1475. *in* 4. verba plurima habueram, (pag. 270.) addidi: „ Resterebbe ora
„ a dir qualche parola intorno all' Autore di questo Dialogo. Ma
„ dopo le chiare convincenti prove de' celebri nostri Scrittori, quali
„ sono Mabillonio, Gussanvilleo, l' Autore della traduzione di que-
„ sto Dialogo dalla lingua latina nella franzese stampata l' anno
„ 1689., ch' è anche uno de' nostri PP. della Congregazione di S.
„ Mauro, e finalmente i medesimi PP., che curarono l' edizione
„ dell' opere del Santo, non sembra poter esservi chi abbia fior di
„ senno, che non ne sia rimasto pienamente convinto. E non ve-
„ do con qual coraggio, ed intrepidezza (*exangui illa, ac ferrea fronte nequidquam convulneranda punctis*, Pliniana phrasi, quam ibi refert,

(*a*) To. VI. Ep. II. pag. 252.

(1) Luculentissimum hujus rei testimonium habemus in To. VIII. ad annum 1054. pag. 195.; ubi, postquam dicteria omnia adversus Pontificem eructaverat in suis animadversionibus ad Leonis IX. epistolam ad Imperatorem Constantinum Monomachum concludit pag. 201. *Molte altre considerazioni si avrebbono potuto fare su di questa lettera; ma esse sono tali, che ogni giudizioso Lettore sura per farle da se stesso. Non dobbiamo noi fare un processo ad un Papa, che la Chiesa riconosce per Santo*. Contra vero ibidem integram refert alteram Papae ejusdem epistolam adversus Abbates, & Monachos qui Laicis suadent, ut bona sua Coenobiis potius, quam Paroeciis legant; nullum de hoc addens verbum. Redit inde ad carpendum Pontificem, &, ne Lectorum otio abutamur, satis sit pauca haec verba referre: *La lettera di sopra recata ci convince, che egli* (Pontifex) *era afflitto non perchè avea sparso tanto sangue Cristiano, ma perchè non era sicuro da spargere il resto*.

(*b*) Ad calcem ejusdem Tomi pag. 332. et sequ.

(*c*) *Opuscoli di Autori Siciliani* To. X.

fert dixiſſet Ceſtarius), „ a noſtri giorni Carlo Sebaſtiano Berardo „ Profeſſore de' Sacri Canoni in Torino

(*mutato nomine de te*
Fabula narratur. Hor.)

„ nel ſecondo Tomo della parte II. de' Canoni di Graziano ſtampati nella ſteſſa Torino l' anno 1755. (pag. 163. e ſegu.) abbia „ potuto dopo tanti lumi, ſenza produrre alcuna nuova ragione, e „ rimeſcolando le già tante volte ribattute, mettere in forſe la „ verità dell' Autore. Sarebbe un perdere inutilmente la carta, e 'l „ tempo, non recando lui alcun nuovo motivo di dubitare l' impugnar le di lui ragioni. Vi rammento ſolo in quale gran pregio ſia „ ſtata ſin dagli antichi tempi queſt' opera, che il gran Pontefice Zaccaria, che alla metà dell' ottavo ſecolo ſedeva ſul Vaticano, volle in „ greco idioma tradurla „. Sed ad propoſitum revertamur. Cavenſe Chronicon vetuſtis noſtris inſtrumentis optime congruit, dum dicto octogeſimo anno ſupra octingenteſimum ait (*a*) : *Guaiferius Princeps fit Monachus*, *& obiit in Teano*, *eique ſucceſſit Weimarius filius ejus*. Rem hanc diſertius tradunt Salernitanus Anonymus (*b*), & Erchempertus (*c*) qui Theani Guaiferium obiiſſe narrant, dum in Caſinum montem veſtem monaſticam induturus pergebat; &, ne ejus cadaver in Coenobium ipſum transferretur, obſtaculo fuiſſe Saracenorum aſſiduam per ea loca excurſionem perhibent (1).

XXXII.

(*a*) Ibidem To. IV. pag. 400.
(*b*) Ibidem To. II. pag. 245.
(*c*) Ibidem To. I. pag. 142.
(1) Parcant Lectores, si ad hiſtoriae veritatem ſaepius ab argumento recedere cogamur, modo ut erroribus, modo ut Ceſtarii dubietatibus, vel ſuſpicionibus occurramus. Eccleſiaſtico, religioſoque ipſe zelo percitus To. VIII. pag. 252., poſtquam Guaiferii barbariem deteſtatur, ejuſque propoſitum Benedictini induendi cuculli refert, cauſſas aperit monaſticae vitae utplurimum per homines amplectendae dicens, hanc eſſe *ſpeſſo la diſperazione di migliorare la loro fortuna*, *e di evitare il pubblico diſprezzo*, concluditque: *Ecco perchè la Storia degli Ordini Religioſi ſuole ſpeſſo eſſere ſcandaloſa*. Suam inde animadverſionem addit his verbis : *L' Anonimo Salernitano cap.* 138. *narra*, *che Guaiferio appena veſtito l' abito di Frate ſi morì ſolcando il mare per traſferirſi in Napoli*, *ove aveſſe potuto prendere un ſicuro camino verſo Montecaſino*. Mortuum in hoc maritimo itinere Guaiferium nuſquam dixit Anonymus, cujus haec ſunt verba : *per marinum iter Neapolim profectus eſt*. Et poſt pauca : *Nè poi ſi capiſce*, ſequitur Ceſtarius, *come ſtando in Salerno aveſſe di biſogno di metterſi in mare in Napoli*, *e non nel porto della Città ſua*, *nè come per mare ſi poteſſe andare in Monte Caſino*. *Io ſon di parere*, *che il teſto dell' Anonimo ſia molto mutilato in queſto luogo*, *come lo è in moltiſſimi altri notati dal Canonico Pratilli*. Suſpicari quidem fas eſſet latina Anonymi verba minime intelligi; ac verba *per marinum iter Neapolim proficiſci* per Scriptorem hunc explicari *metterſi in mare in Napoli*, *ed andare per mare in Monte Caſino*, quum, ut tyronibus notum eſt, id ſignificet *Neapolim pergere*, *adire*, *petere*; *andare per mare in Napoli*; quod e Salernitana urbe proficiſcenti maritimo itinere fieri ſolet. Vereor, ne Priſcianus vapulet. Anonymus Salernitanus de itinere Caſinum verſus infra agens nuſquam per maris undas id factum ſomniavit, dixit enim : *Sed cum Coenobium praedictum propera-*

re

XXXII. Ut autem ad nostram modo Principum Seriem redeamus, si undevicesimus Guaiferii annus in octingentesimum octogesimum Christi incidit, & quidem mense Februario; plane efficitur ab anno seculi IX. sexagesimosecundo mense Februarii primum ejus imperii annum esse repetendum, qui ab antecedenti sexagesimoprimo optime potuit exordiri. Sic autem se rem habuisse Cavense Chronicon refert his verbis (a): *Anno* 861. . . . . *Guaiferius in Ademarium Principem insurgit, qui statim, quasi per tanolam captus est, & carceri mancipatus, & ipse Guaiferius cum supsidio Landulfi Episcopi fit Princeps Salerni*. Poterit id ipsum ex Cavensis Tabularii membranis erui, tum nempe ex paulo ante relata Novembris undecimae Indictionis (Arc.87.n.417. *Mon.* LXXXVIII. pag. CLVII.), sive anni octingentesimi septuagesimiseptimi, quo decimusseptimus ejus regni annus numerabatur, sive ex alia Septembris nonae (Arc. 84. n. 11. *Mon.* XCIV. pag. CLXII.), qua quintumdecimum agebat; ex quibus patet a Septembri usque anni sexagesimi primi supra octingentesimum in Salernitano solio ipsum sedisse.

XXXIII. Ex adducto tamen Chronici testimonio Guaiferii Principem decessorem Ademarium audivimus; at nonnulla rerum adjuncta, unde historiae veritas innotesceret, in ipso desiderantur; neque enim Ademarium Principem Guaiferius expulit, sed Dauferius Guaiferii nepos paucos post dies a Guaiferio ipso ejectus. Id praeter nonnullos alios Scriptores asseruit Principum Salerni Catalogus (b) per haec verba: *Dauferius Beneventanus, qui regnavit vix dies* XVIII., *& ab ejus Thio Guaiferio statim dejectus est a suo Principatu*. Sed Lectoribus injucundum fore non arbitror, si ab Anonymo Salernitano (c) integram hac de re historiam decerptam ipsorum oculis subjiciam. *Ademarius* inquit, *jam dictus una cum conjuge sua, Guimeltruda nomine, avaritiae, simulque & discordiae labe foedati erant, atque suos subditos variis casibus cruciabant. In tantum enim Guimeltruda exarserat in avaritiam, ut si quislibet homo sine haerede illo tempore fuisset, & illi intimatum esset, suo viro protinus nuntiabat, & sive praedium, sive supellectilem defuncti, sicuti mos est, per praeceptum statim ab ipso ipsa obtinebat. Et si eam aliquis efflagitaret, ut virum suum rogaret, tale ipsa quid responsum reddebat asserens*: Minime pro vestris partibus res ipsas accipere volui, sed magna postulans res ipsas nos denique a parte viri mei obtinemus. *Dum talia Salernitani manifestius cognovissent, multi ex eis exinde in unum sunt congregati, atque inter se exinde colloquebantur de tanta cupiditate, sed minime valebant mox in eum consurgere, licet an-*

re satageret, in itinere diem clausit extremum. Pratillus a Cestario citatus, ut patriam suam hoc Principis transeuntis decore non privaret, inquit duntaxat: *Terrestri potius itinere Capua ei incedendum fuit*.

(a) *Hist. Pr. Lang.* To. IV. pag. 395.

(b) Ibidem To. V. pag. 8.

(c) Ibidem To. II. cap. 93. et 94. pag. 178. et seq.

ante illius obtutum moesti sistebant. Ipse vero Ademarius saepedictus una cum sua, ut diximus, conjuge, dum plurimas opes congregassent, plus magis ad ipsas congregandas animos accendebant, ita ut pro re denique parva amiserint magna. Quid multa referam? Mortuo bonae memoriae Praesule Bernardo statim suum filium Petrum (1) *electum sublimarunt, & quemadmodum praeerant Laicis, ipsi etiam Clericis praeesse cupiebant. Sed non in longum eorum facinus permansit. Demum Salernitani omnes in unum congregati, & invicem inter se colloquebantur, quatenus in dolo suum Principem comprehenderent annectentes:* Nituntur imponere jugum in cervicibus nostris, & omnia quippe funditus sub ditionibus congregant, & nostros sermones derident . . . . *At Salernitani uno agmine incedentes suum Principem Ademarium comprehenderunt, & in ardua custodia eum incluserunt, omnes enim exosum habebant, & minime unusquisque se perturbat, &, ut diximus, pro exigua re perdiderunt etiam ampla. Cum vero talia patrata fuissent, Dauferius quidam Mayonis filius, qui fuerat Gauferis germanus, omnimodo satagebat una cum collectaneis suis, ut principatum Salernitanum arriperet. Sed dum diu exinde cum suis sodalibus decertaret, quamvis sine effectu principatum gestare maluerit, ipsum Dauferium Principem sublimarunt, & quasi si fuisset firmatum de omnibus, in Palatio manebat. Hoc autem factum est sine Salernitanorum nutu, quia juvenes illi Beneventani fuerunt, & partim a Salernitanis suffragium habuerunt. Sed cum talia Salernitani cognovissent, ut sine eorum suffragio Princeps sublimatus fuisset, exinde in unum conjuncti sunt, & dum simul de praedicta re sermocinarentur, & Gaiferius patruus jam dicti Dauferii inter eos esset, ipse Guaiferius tale fertur dedisse responsum:* Usque nunc partem cum tyranno habuimus, & tyrannum elegerunt. Valde etenim nobis stultum esse videtur, & nobis, nostrisque filiis oppressionem fore, si eum illico non ejicimus foras. *Sed dum Salernitani hujusmodi verba captassent, valde se exinde perturbaverunt, atque in hunc modum verba prompserunt:* Nos pariter super eum irruamus, eumque citius per vim foras ejiciamus, & qualem competentem postmodum nobis Principem sublevemus. *Quid multa dicam? cum magna virtute palatium ascenderunt, atque Dauferium*

(1) De hoc Petro in Episcopum electo post patris Ademarii expulsionem, et Guaiferii exaltationem haec habet Anonymus idem Salernitanus (hoc in loco cap. 94. pag. 182.): *Ademarii filius, qui fuerat ordinatus Electus, Petrus nomine, cum accidisse Patri quae supra jam diximus audiret, etiam ille vero metu percussus Sanctum Angelum, qui situs est in monte, qui Aureus dicitur, cum exiguis Cleris venit. Sed dum Guaiferium Principem fuisse factum innotuit, statim ille misit, quatenus illum apprehenderent. Sed dum illuc bis, terque misisset, & ob loci munitionem eum apprehendere minime valuisset, tandem spontanea voluntate ipse Petrus ipsorum manibus se nimirum tradidit. At illi comprehenderunt eum, Salernumque adduxerunt. Sed quid de illo factum sit penitus ignoramus, videlicet utrum eum damnaverint, an illaesum illum ire permiserint: plura ferunt plurimi*. Haec Anonymus. Petrus, ejusque decessor Bernardus Episcopi apud Ughellum desiderantur.

rium cum ſuis, ut diximus, hinc inde ſtipatum in throno reſidere reperierunt. Cui pro cunctis Guaiferius ſic pectore fatur: Dic mihi, *inquit*, Dauferi, quis tibi temerarius auſus eſt promere, ut in tantam veſaniam curreres? *Et ſtatim cum furore ei praecepit, quatenus ſine mora exinde exiliret. Ille vero quamvis cum timore ei reſpondit:* Iſti Comites fratres quamvis indignus elegerunt me ſibi in Principem. *At illi cum grandi ſtrepitu omnes ſuper eum irruerunt, eumque protinus comprehenderunt, & eos, qui eum adjuvare conabantur, fuſtibus attriverunt, & ſic Dauferium cum ſuis germanis in obſcura carcere recluſerunt. Cum namque talia peracta fuiſſent, omnis populus, necnon & ſublimes una omnes Guaiferium Principem ſublimarunt.* Huc uſque Salernitanus Anonymus, a quo pene ἐφήμερον Dauferii principatum, Guaiferiique exaltationem, & originem noſcimus. Nunc ad expulſi Ademarii Principis, ejuſque in Salernitano ſolio deceſſorum imperium procedamus.

XXXIV. Antequam vero conſueto retrogrado ordine noſtris ex chartis ſingulos eorum annos, totamque reliquam Seriem contexere nitamur, e re eſſe videtur, ut Lectores, ſi quos latet, de tota reliqua Salernitani principatus hiſtoria inſtruantur, quae unum & viginti annos alios complectitur. Nimirum Siconolfus Sicardi Beneventi Principis frater, primuſque, ut oſtendemus, Salerni Princeps morti proximus Siconem filium ſuum infantem Magnatibus ſuis, ac praeſertim Petro, qui puerum ex ſacro fonte ſuſceperat, commendavit. Petrus jurejurando obſtrictus Siconem prius genitore Principe jam extincto in Salernitano ſolio collocavit; biennio vix expleto ſuum in inſtrumentis tamquam ejus Rectoris, & ſimul Principis nomen addidit; quinto inde anno etiam Ademarii filii ſui in principatu ſocietatem admiſit (1); mortuo demum, ſive, ut fama eſt, per venenum ſublato Sicone Petrus cum filio, & eo obeunte Ademarius ſolus ſceptrum retinuit.

XXXV. Ademarius itaque a Dauferio, ut diximus, expulſus annum ſeptimum Salernitani principatus agebat; poſtrema enim ex chartis noſtris, quae nomen illius habent, ea eſt, quae Novembris menſem, nonamque refert Indictionem (Arc. 101. n. 388. *Mon.* xcv. pag. clxii.), quae ſexageſimo ix. ſeculi anno reſpondet, eaque ſeptimo principatus ejus anno ſcripta eſt: quumque Guaiferii primum an-

(1) *Quidam adulatores jam fati Petri premobant, ut principalem honorem ipſe arriperet, atque in illius nomine annales ſcriberet. Illo vero die exinde minime eis obtemperavit; tandem voluntati eorum aſſenſum dedit, & particeps factus eſt tantae dignitatis. Sed cum talia reperiſſet Petri filius Ademarius id ipſum & ille omnimodo ſatagebat exinde, quatenus ad tantae ſublimitatis faſtigium perveniret. Quid multa dicam? Cum patri ſuo fuiſſet cognitum, ille, qui ei minas, indignationeſque opponere, & eum objurgare debuerat propter hujuſmodi ambitionem: jusjurandum, quod pollicitus fuerat, oblitus eſt, eumque ſocium in principalem honorem aſcivit.* Anon. Salern. *Chron.* cap. 88. in *Hiſt. Princ. Lang.* Peregrinii To. II. pag. 167.

annum sexagesimoprimo Christi referri a nobis ostensum sit; patet optime Seriem nostram continuari, Ademariique ultimo anno Guaiferii primum succedere; non enim Dauferii vix paucorum dierum Principis ullam membranam invenio. Quamquam vero primus annus, quo Ademarii nomen nostra referunt instrumenta, quinquagesimusquartus sit post octingentesimum (1); mense enim Februario Indictione secunda (Arc. 84. n. 14. *Mon.* XCVI. pag. CLXIII.), & mense Octobris tertia (Arc. 84. n. 12. *Mon.* XCVII. pag. CLXIV.), quae vulgarem annum octingentesimum quinquagesimumquartum indicant, notae sunt: *anno quinto Siconis, & Petri Rectoris ejus* (2), *& primo Ademarii*, & sequenti anno mense Majl tertiae ejusdem Indictionis (Arc. 82. n. 40. *Mon.* XCVIII. pag. CLXIV.) sextus est Siconis, & Petri, secundus Ademarii (3), quemadmodum & Octobri Indictionis quartae, quae annum quinquagesimumquintum supra octingentesimum adhuc innuit (Arc. 35. n. 32. *Mon.* XCIX. pag. CLXVI.), sextus est Petri, & Ademarii secundus, nulla Siconis (certe jam defuncti) memoria amplius facta; quia tamen Decembri immediate sequenti tum Petrus, tum Ademarius novum inchoant annum, hic tertium, ille septimum (Arc. 87. n. 148. *Mon.* C. pag. CLXVII.); patet a Decembri anni quinquagesimitertii Ademarii annos esse computandos. Reliqui anni Ademarium dumtaxat Principem referant a Februario sequentis anni sexagesimisexti post octingentesimum, quarta videlicet Indictione, quae tertium ejus habet annum, usque ad septimum ab initio indigitatum. Hinc vero facillime conjicitur Petrum eodem Decembri, vel certe ante sequentem Februarium jam notatum fato cessisse. Siconis, & Petri principatus annos pariter hinc cognoscimus; quandoquidem si Decembri quartae Indictionis septimus Petri erat, & Siconis, si adhuc vixisset (Petrus enim eosdem Siconis annos imperii numerabat), eaque Indictio quinquagesimumquintum IX. seculi annum denotat; certe Decembri tertiaedecimae, seu quadragesiminoni primus erat Siconis, quod illius anni membranis perfecte consonat; in iis enim habemus: *In nomine Domini primo anno principatu Domini nostri Siconi filii Siconolfi magno Principis mense December tertiadecima Indictione. Ideoque Ego Leo quondam Johanni habitator sum Noceria bindidi tibi Ermetrude filia quondam Barbandaci, & Johanni,*

 &

(1) Grimaldus, ut ceteros praeteream, a quibus deceptus est (*Ann. Nap.* Ep. II. To. VI. pag. 19.), ad annum 852. Ademarii consortium in Salernitano imperio cum Patre, & Sicone Principe refert, licet ad sequentem annum transferri rem debere ex Muratorii conjectatione, quae ex nostro hoc computo demonstratio evasit, jure optimo autumet.

(2) Additum *Rectoris ejus* neque est in hac membrana Octobris, neque deinceps.

(3) Errat itaque Cavensis Chronologus, dum (*Hist. Princ. Lang.* saepe cit. To. IV. pag. 394.) ait: *A. 854. . . . . Mortuus est quoque Sico Salerni Princeps in Capua venenatus a suis*. Errorem adnotavit Pratillus asserens: *haec namque anno potius insequenti reponenda autumo*; quod non animadvertit Grimaldus (loc. cit. pag. 19.).

& Leomperti, & Angelperti germani filii quondam Leoni terra mea, qui est arbustu bitatu in eodem loco abentes finis de uno latu, & uno capu bia plubica &c. (Arc. 35. n. 254. Mon. 11. pag. x.).

XXXVI. His praelibatis Catalogi Principum a Pratillo editi (a) manifeste deteguntur errores; ibi enim primo legitur, quod regnavit *Ademarius Princeps per annos* IX., *& menses* IX., quum ex demonstratis annum septimum vix expleverit. De Sicone vero haec dicuntur: *Syco ejus* (Siconolfi) *filius puer, qui regnavit annum* I., *menses* VI., *sub tutela Petri Comitis viri illustris de Salerno. Inde in Franciam ab Augusto Ludgoico perductus est. Et in ejus loco supstitutus est filius Petri prefati Comitis Ademarius, qui postea, ne principatum suum amitteret, Syconem Principem de Francia revertentem venenare fecit*. Sico equidem aut nunquam regnavit ob infantiam, quam summam rerum Rector ejus Petrus gerebat, vel si regnasse eum dixeris, quod sub ejus nomine Respublica regeretur; & ipsum sex annis Salernitano principatu potitum esse dicendum erit; tam enim, dum in Franciam perrexerat, quam postquam rediit, ad annum usque sextum nomen ejus in instrumentis notatur. Rursus: Falsum omnino est ipsi Ademarium substitutum, quum Siconi, & Petro comes tantum in principatu fuerit, quem primo cum Patre post Siconis obitum, inde solus retinuit (1). Et haec quidem quod ad Ademarium a Dauferio ejectum, & Guaiferii decessorem attinet, quod ad Petrum ejus patrem, quod ad Siconem denique, qui ejusdem Petri tutelae a Siconolfo ejus genitore fuerat concreditus. Reliquum nunc est, quo tota Langobardorum Salerni Principum Series compleatur, ut tandem de Siconolfo Siconis Patre, primoque inter Langobardos Salerni Principe, imo principatus illius institutore agamus, quem jam ab initio diximus ab exilio revocatum, Salernitanumque solium adeptum.

XXXVII. Quum Siconis ejus filii nomen, Principisque titulus in chartis tertiaedecimae Indictionis, seu anni quadragesiminoni supra octingentesimum inveniatur, idque post genitoris obitum evenisse compertum sit, inde sane sua sponte sequitur, vel anno eodem, vel antecedenti Siconolfum & vitae, & principatus finem vidisse (2).

Po-

(a) *Hist. Pr. Lang.* cit. To. V. pag. 8.

(1) Falluntur ergo Ignotus Casinensis, & Anonymus Salernitanus (apud Peregrinium *Hist. Pr. Lang.* cit.), ac denique, ut alios omittam, Petrus Giannone, qui haec ab iis hausit, ubi dixit (*Ist. Civ. di Napoli* To. I. Lib. VII. pag. *mihi* 440.); *Vedendo* (Ludovico Imperatore), *che Sicone per la tenera sua età era inetto al governo, commettendo il principato di Salerno sotto il governo d' Ademaro valoroso, ed illustre Capitano figliuolo di Pietro sopraddetto, egli tornossene in Francia seco conducendo Sicone ancora infante*.

(2) Corrigendi ii omnes, qui Siconolfi obitum ad annum 851. transferunt, quorum plures veteres, recentioresque supra indicavimus pag. 4. adnot. (1), ubi de pace inter ipsum, & Radelchisium firmata egimus. Imo Grimaldus, qui hanc anno 850. statuit, mortem tamen Siconolfi anno 851. evenisse refert To. VI. pag. 12.

Postrema, quae nobis ex Cavensi Archivo Siconolfi nomine membranacea charta sese offert, mensis est Novembris duodecimae Indictionis (Arc. 32. n. 59. *Mon.* CI. pag. CLXVIII.), quae nonum ipsius principatus annum refert, quaeque proinde Christi anno hujus seculi IX. quadragesimooctavo respondet. Hinc vero rite deducitur Novembri anni quadragesimi primum jam annum Siconolfum Principem numerasse; imo annum hunc a Januario usque quadragesimi memorati anni coepisse ex aliis nostri Tabularii instrumentis deprehenditur. In membrana scilicet (Arc. 32. n. 41. *Mon.* CII. pag. CLXIX.) mensis Januarii septimae Indictionis, sive anni octingentesimi quadragesimiquarti quintus ejus annus notatur his verbis: *In nomine Domini quinto anno principatu Domini nostri Siconolfi mense Januario septima Indictione. Ideoque Orsa filia quondam Alceli, & sum uxor Arniperti filii Cuniperti, dum benior in presentia Brunenguni* &c. Mense igitur Januarii tertiae Indictionis, sive quadragesimi vulgaris anni post octingentesimum primus ejus annus erat. Nobis quidem primi, secundique ejus principatus anni chartae ex Cavensi Archivio minime occurrunt, at tertii (Arc. 32. n. 70. *Mon.* CIII. pag. CLXX.) praesto est membrana, quae notas chronologicas habet Martii mensis, quintaeque Indictionis, quae ad quadragesimum secundum Christi annum dicti seculi IX. refertur. Haec autem, aliaque abunde ostendunt Principis Siconolfi imperii initium (1).

XXXVIII. Jam porro haec, quam felici omine ex Cavensi Ta-

(1) Ex omnibus consentientium Scriptorum auctoritatibus, nostrisque Cavensis Tabularii chartis a Januario anni 840. Siconolfi, ac proinde Salernitani Principatus exordium sumpsimus, & ab eodem chronologicam nostram Tabulam infra producendam instruere curavimus. Hinc ab eadem membranam 86. Arcae 32. *Mon.* CIV. pag. CLXXI. expungere in animo erat, tamquam falsis chronologicis notis vitiatam; ea enim ita incipit: *In nomine Domini quinto anno principatu Domini nostri Siconolfi mense Decembrio septima Indictione.* Si enim Decembri Indictionis VII., quae Christi anno 843. respondet, quintus erat Siconolfi Prinicipis annus, profecto Decembri Indictionis III., seu vulgaris aerae 839., primus ejus annus fuerat. Huic difficultati accedebat, quod mense Decembri XI. Indictionis (Arc. 32. n. 162. *Mon.* CV. pag. CLXXII.) annum Siconolfi octavum inveniamus, quod innueret supradicto Decembri VII. Indictionis non nisi quartum illius imperii respondere, Verum rem diutius cogitanti visum est eam notarum falsitate non laborare; quid enim vetat postremis Decembris diebus anni 839. Siconolfum solium ascendisse, ita ut primis inde ejusdem mensis sequentis anni diebus primum adhuc annum numeraret, ultimis secundum, ut non raro in ceteris Principibus evenit? Eam itaque chartam in Tabula collocavimus putantes membranam XI. Indictionis, quae octavum indicat ejus annum, primis Decembris diebus scriptam fuisse, ac proinde ad finem potius anni 839., quam ad 840. Salernitani imperii initium transferendum, ad eundem nempe annum, quo Sicardus Beneventi Princeps Siconolfi germanus interfectus est. Atque hinc patet longe a vero discessisse Anonymum Mediolanensem, seu Gasparem Beretti Benedictinum in sua Tabula Chorographica Italiae Medii Aevi (To. X. *Rer. Italic. Script. Muratorii*), dum pag. CCLXXIX. n. (130) ad verba Leonis Ostiensis, qui Siconolfi electionem enarrat, ait: *Haec circa annum 841. evenere acciso Sicardo a.* 839.

Tabulario exhibuimus, per octo & triginta ſupra biſcentum annorum ſpatium Langobardorum Salerni Principum inverſo ordine perducta Series ex Giſulphi ultimi Principis ejectione, ipſa per ſe viam aperit, ut confectum iter veluti relegentes ſingulis Principibus ſuum cuique locum recto ordine tribuamus, eorumque annos ad Chriſti annos referamus:

Anno Chriſti 840. Siconolfus nempe Tarento, ubi exul per ſeptennium fuerat, anno quadrageſimo IX. ſeculi menſe Januario, vel anno potius triceſimonono menſe Decembri aufugiens primus Salerni Princeps conſtituitur, ac filium ſuum adhuc infantem Siconem tutelae Petri concreditum heredem, ac Principatus ſucceſſorem relinquit ſub finem anni quadrageſiminoni. SICONOLFUS

849. Sico a Decembri dicti anni regnare incipit; inde vulgari anno quinquageſimoſecundo comitem in principatu habet SICO cum

852. Petrum Rectorem ſuum, qui cum ipſo principatus tertium annum numerat: PETRO

853. ſub finem quinquageſimitertii, dum quintus eorum annus decurrit, Ademarius Petri filius ſocius additur, ejuſque annus primus ſignatur uſque ad Octobrem ſequentis anni & ſic deinceps. Mortuo Sicone ante Octobrem anni quinquageſimiquinti ſextus adhuc habetur Petri, & Ademarii ſecundus menſe Octobri, ſeptimus vero Petri Decembri, ac Ademarii tertius, qui ſolus in imperio ad ſeptimum uſque pervenit anno ſexageſimo Chriſti ſupra octingenteſimum, inde e ſolio ejicitur per Dauferium. & ADEMARIO

861. Dauferium nepotem e throno, quem occupaverat, paucis poſt diebus expellit Guaiferius, qui principatum ad annum uſque octogeſimum IX. hujus ſeculi geſſit, decem & novem imperii annos numerans; poſtquam a ſeptuageſimo ſeptimo Chriſti ſocium Guaimarium filium ſuum aſſumpſerat. DAUFERIUS inde GUAIFERIUS

877. Guaimarius I. paterni imperii conſors anno ſeptuageſimoſeptimo evadit; il- GUAIMARIUS I.

illoque ad monasticam induendam vestem pergente solus throno insidet anno octogesimo mense Augusti quartum principatus annum enumerans, sceptrumque retinens ad annum usque nonagesimum nonum, quo vicesimustertius principatus ejus annus notabatur, & septimus filii cognominis, quem ab anno 893. throni participem constituerat.

893. Guaimarius II. ab anno nonagesimotertio post octingentesimum genitoris comes forte anno nongentesimo solus in Salernitano solio sedit; non enim amplius in Cavensibus instrumentis Patris memoria extat, licet non nisi anno nongentesimosecundo solus in chartis inveniatur decimum imperii annum agens, illudque retinens uno supra quinquagesimum anno, ad annum nempe seculi x. quadragesimum tertium. Filium Gisulphum habuerat comitem a Christi anno nongentesimo tricesimotertio, quo quadragesimusprimus ejus annus decurrebat. GVAIMARIVS II.

933. Gisulphus I. a Patre imperii particeps factus tricesimotertio x. seculi anno, illudque cum Patre per decennium regens ad quadragesimumtertium usque, dum inde quadragesimumsecundum principatus annum ageret, filiis carens cum Gemma conjuge in filium, soliique haeredem adoptat puerum Paldolfum legitimum Paldolfi Capiferrei Capuae, & Beneventi Principis filium, quum Patris virtuti, armisque suam in Salernitano throno stabilitatem deberet. Vixit ad finem usque nongentesimi septuagesimiseptimi vulgaris anni, dum regni quadragesimusquintus numerabatur. Landulfo Atenulfi olim Beneventi Principis filio, qui fraudulenter Gisulphum Principem, ejusque conjugem sceptro orbaverat, arreptum Salernitanum solium paucis dumtaxat mensibus retinere datur. GISVLPHVS I.

Pal-

974. Paldolfus Caputferrei filius ab septuagesimoquarto dicti seculi anno in Gisulphi filium adoptatus una cum eo, & Gemma ipsius Principis uxore regnavit; obeunte Gisulpho uno, alterove mense cum eadem Gemma Salerni imperat, dein cum patre suo Paldolfo Beneventi, & Capuae Principe ad ejusdem usque obitum post Februarium octogesimiprimi anni supra nongentesimum; inde solus clavum tenet toto forte anno eodem, donec a Mansone expellitur. PALDOLFVS

982. Manso Amalphitanus cum Johanne filio suo biennio regnat, a Salernitis inde, qui eum ad principatum extulerant, ejectus. MANSO

983. Sub octogesimitertii anni finem supra nongentesimum Joannes de Lamberto Etruscus Salerni Princeps renuntiatur, qui cum filio Guidone imperare incipit, eoque nondum expleto lustro e vivis sublato plures post menses Guaimarium nominis hujus III. alterum filium sibi in throno comitem advocat, qui ei duo post lustra obeunti in principatu succedit. IOHANNES de Lamberto

989. Guaimarius III. patris primo socius, eoque mortuo solus Johannem filium anno millesimo sextodecimo, suique imperii vicesimoseptimo socium sibi adsciscit, qui tamen Septembri anni decimioctavi supra millesimum decedit, eique die 21. mensis ejusdem Apostolo Matthaeo sacra Guaimarius alter ejus filius solemniter subrogatur. GVAIMARIVS III.

1018. Guaimarius IV. genitore defuncto anno XI. seculi vicesimoseptimo adhuc impubes cum matre Gaitelgrima Salernitano principatu quatuor circiter mensibus potitur; inde ad vicesimum imperii annum, qui Christi erat tricesimusseptimus supra millesimum, perveniens infantem Johannem filium solii consortem declarat; qui vero vix biennio secum imperat fato cedens. Princeps interim GVAIMARIVS IV.

terim Capuae principatu a Caesare decoratur tricesimooctavo ejusdem seculi anno, Amalphim, & Sirrentum adoritur, inque suam redigit potestatem tricesimonono, Apuliam, & Calabriam quadragesimosecundo; harumque etiam provinciarum Dux inscribitur paulo post quam Gisulphum alium filium throni comitem sibi assumpserat.

1077. Cum patre Gisulphus II. quadragesimosecundo XI. seculi anno imperium tenuit, eoque a conjuratis interfecto anno quinquagesimosecundo bellica Guidonis Ducis ejus patrui virtute sceptrum retinuit ad annum usque tricesimumsextum, sive Christi millesimum septuagesimumseptimum, quo a Roberto Guiscardo Normanno leviro suo e solio, ac ipsa civitate ejectus imperio spoliatur. GISVLPHVS II.

XXXIX. Atque haec universa est Salerni Principum Series, qui Langobardorum tempore floruere, quorum successionem ex unis Tabularii Cavensis membranis assecutum me esse tum ex hactenus scriptis, cum ex sequenti chronologica Tabula, quae non modo annos, sed Principis uniuscujusque imperii menses indicat, manifeste patebit. Heic autem mihi temperare nequeo, quin ea omnia breviter repetam, quae aut prius ignota, aut falsa, aut denique dubia meo hoc qualicumque opusculo ad veritatis normam detecta sunt; ut quisquis inde conjiciat, quanta tenebrosis illis seculis lux accederet, si absconditos, aut neglectos Archivorum thesauros emunctae naris homines excuterent, & in ipsarum chartarum materiem, &, ut ita dixerim, viscera penetrarent. Si enim tot, tantaque ex solo ipsarum veluti cortice, ex chronologicis nempe dumtaxat earum notis, nobis colligere datum fuit; immensam profecto maximarum rerum segetem illae praeberent, si diligentibus oculis perlustratae penitius inspicerentur. Quae enim de priscis ejus aetatis ritibus, legibus, consuetudinibus: de ponderibus, mensuris, nummis, sigillis: de judiciorum ordine, instrumentorum formulis, contractuum speciebus: de templorum supellectili, partibus, ministris, deque sexcentis aliis ignorata adhuc, vel certe paucissimis nota e tenebris eruta in litterariae Reipublicae bonum non evenirent? Ex hoc tantum Cavensi Tabulario doctissimus olim Augustinus Venereus hujus Coenobii Cavensis Monachus, ac S.Archangeli de Cilento Abbas, qui sub seculi XVII. initio floruit; praeter omnia ad Monasterium ipsum spectantia sex cedro dignis maximis voluminibus alphabetico ordine disposi-

ta, maximeque a Mabillonio (a) aliisque doctis viris, qui ea inspexere, commendata, sex alia non minora volumina confecerat, tria videlicet de Principibus, Ducibus, Comitibus, Dominis, Regibus, eorumque Ministris, Episcopis, Abbatibus, aliisque dignitate praestantibus, imo omnibus, quorum cognomina in membranis repererat, quae *de Familiis* appellavit; tria vero alia, quae omnia scitu digna quacumque in materia ex instrumentis excerpta continent, quaeque mirum quantum iis in tenebris lucis afferunt. Faxit D. O. M, ut mihi, meisque hujus Asceterii sodalibus vita, incolumitasque supersit; ea enim omnia in aptiorem ordinem digesta partim ex ejus adversariis, partim ex noviter per me collectis, certe eruditis Lectoribus non injucunda, neque sane inutilia praelo ad quatuor annos committentur. Quod jam inde a non paucis seculis Nationum, Ecclesiarum, Coenobiorumque historiae ex aridissimis, atque, ut ita dicam, exsuccis Chronicis dumtaxat confictae sint, sub initium monuimus; neque alia de caussa id evenisse videtur, nisi quia, si quod Diarium, si quod Chronicon, si quod informe Fragmentum alicui praesto est, quod ejus aevi obscurae historiae illustrandae conducat, jam quasi veritatis tesseram invenisset, coelumve attigisset digito, manum operi hic admovet, illiusque aetatis historiam contexit, quae non nisi jejuna, veritatique persaepe opposita obruditur. Peregrinius (1), ac Pratillus frequentissime a nobis memorati (ut a re nostra non recedamus) omnem navarunt operam, ut hujusmodi anecdota compararent, quae tenebrosae Langobardorum aetati lumen perfunderent. Laude quidem maxima, aeternaque memoria digni sunt. At quis eorum, quam flocci ejusmodi opuscula facienda utplurimum essent, animadvertit? Demus profecto ea ad nos non vitiata, sed integra, nullisque Exscriptorum erroribus (quod vix credi potest) interspersa pervenisse. Numquid primus eorum scriptor rem acu tetigit, quaeque ipsemet vidit, per plura, ut Chronicorum mos est, secula scripsit? Si triginta, vel etiam quadraginta ejus historiae annos excipias, quibus plurima suismet oculis forte prospexit, aliave a fide dignis, cordatisque viris, dum viveret, audivit, nulli parcens diligentiae, ut omnium, quae scripturus erat, certior fieret; longam profecto, quae

(a) *Musei Italici* To. I. pag. *mihi* 114.

(1) Peregrinius quidem satis novit, quanti pro Salernitarum Principum historia Cavensis Archivi monumenta essent facienda, ad eaque revolvenda Salernitanos excitavit, ubi de Paldulfis ait in Notis ad Chronicon Anon. Salern. in *Hist. Princ. Lang.* To. II. pag. 311. *In fata jam concesserat Pandulfus Pater in Martio anni* 981. . . . . : *Pariterque obierat Princeps Pandulfus filius, cujus acta, & reliquorum Salerni Principum diligentiores investigent, quaeso, Salernitani viri antiquitatis studiosi, quibus facultas est Cavense Archivum opportunis ad hanc rem chartulis maxime refertum sedulo perscrutari; mihi enim pauculas per horas ibi morari contigit, hasque productas, & nonnullas alias praepropere inspicere chartulas a vigilantissimo eodemque politissimo Archivario Camillo e Capua ejusdem Monasterii Monacho perhumane exhibitas.*

quae superest, annorum, seculorumve seriem, ad quae universa ejus narratio excurrit, nisi ex aliorum codicibus negligenter saepissime conscriptis, atque ex priscorum hominum relationibus raro veris eruere non potuit. Quam vero mehercule fidem mereri poterunt aetatum tam dissitarum narrationes, aut scripta, quae nulli alii fundamento nituntur, nisi viri nescio cujus forsitan somniantis, ineptiasque loquentis, scribentisve testimonio, cujus saepe neque auctoritas, neque dignitas, neque character, neque nomen ipsum nobis unquam innotuit? Nos, qui Cavense Chronicon a Pratillo editum, Principumque Salerni Catalogum illi adnexum, ut erant opuscula ceteris illius aevi anecdotis minus erroribus obnoxia, prout e re nostra erat, consuluimus, examinive subjecimus, in hac una Salerni Principum, eorumque successionis, & annorum imperii Serie, quot in errata eorum vel Scriptores, vel Exscriptores prolapsi fuerint, satis vidimus: quod ergo de ceteris ferendum judicium? Et sane quis eruditorum hominum inficiabitur, membranaceum instrumentum, cui notae omnes chronologicae, ac diplomaticae insunt, nisi apertam de falsitate suspicionem dederit, ejus aetatis putandum, qualem ejus notae indicant; veteres vero codices, qui diaria, chronica, fragmenta, historias continent, quacumque in charta, & quocumque tempore scriptos, quamquam autographi fuerint, tempus dumtaxat illud ad summum enunciare extremorum annorum, quorum facta enarrant, eaque tantum pro veris indubitanter a minus morosis censoribus, non praecedentia haberi posse? Non desunt interea Viri, qui rigidissimos verae artis Criticae, ac Diplomaticae osores sese jactant, suis adeo confictis regulis addicti, ut dum instrumento cum die, & consule, testibusque omni exceptione majoribus roborato fidem negant, chronica omnia, fragmenta, diaria, & quicquid in iis ridiculum etiam, & inverisimile reperitur, juxta ac si certos veritatis geometricae characteres praeseferat a sui initio ad calcem usque libenti animo, apertisque ulnis amplectuntur, & exploratissimarum rerum loco habent. O tempora, o mores! Haec vero omnia obiter dicta sint, ut ii, quibus antiquitatis studium cordi est, veteres eorum temporum chartas, & instrumenta in abditioribus Ecclesiarum, Coenobiorum, nobiliumque aedium scriniis delitescentia rimari satagant, oculosque aliquando in ea, studiumque suum convertant. Ita enim fiet, ut quae obscurissima vocantur secula non adeo spissis involuta tenebris videantur. Verum ad ea, quae labore hoc nostro detecta sunt, redeamus.

XL. 1. Siconolfus primus Salerni Princeps decimum imperii annum nequaquam explevit, nec IX. seculi quadragesiminoni anni finem vidit. Ergo pax inter ipsum & Radelchisium Beneventi Principem per Ludovicum Imperatorem ante hoc tempus firmata est. Ludovicus igitur ante hujus anni finem Romae coronatus est, ac Salernum advenit.

2. Sico ejus filius sub Petro Rectore quidem, non Principe, a

fine quadragesiminoni dicti anni regnavit, fere biennio Petri nomine in instrumentis tunc non apposito, bene vero tertio anno, quo tum Sico, tum Rector ipse Principes nuncupabantur. Additur quinto anno Ademarius Petri filius, & ipse aeque Princeps vocatus.

3. Ademarius Siconi non sufficitur, sed cum eo, & Petro imperat ad mortem usque Siconis, qui sextum tunc principatus annum agebat, inde cum genitore Petro, eoque obeunte solus.

4. Guaiferius novem & decem annos regnaverat, priusquam ad induendum cucullum Casinum versus properaret.

5. Guaimarius II. unum supra quinquaginta annos ad minus Salerni throno potitus est, assumpsitque quadragesimoprimo imperii anno filium Gesolfum, sive Gisulphum comitem.

6. Gisulphus I. non trimus, vel quadrimus Patri successit, sed cum eo duobus lustris regnavit; neque Prisci tutoris ejus ulla in membranis mentio.

7. Gisulpho obeunte Paldolfus Paldolfi Capiferrei Capuae, & Beneventi Principis filius olim ab ipso, & Gemma conjuge in filium adoptatus, primum cum ipsa Gemma ad menses imperat, antequam Paldolfum ipsum suum legitimum genitorem sibi principatus socium assumat.

8. Manso Amalphitanus vix biennio imperat, semper cum filio suo Johanne; neque pax cum Paldolfo per Ottonem Augustum inita Paldolfo thronum restituit, vel ex ea factum, ut ipse unquam cum Mansone simul dominaretur.

9. Johannes de Lamberto ad principatum elatus sedecim in solio annos agit, nec ante annum Christi nongentesimum nonagesimumnonum moritur. Guidone primo ejus filio, quicum per annos fere quinque regnaverat, obeunte solus toto fere anno Salernum regit, antequam Guaimarium III. suum alium filium solii participem faciat.

10. Guaimarius III. ejus filius trigintaocto dumtaxat annis regnat, neque vulgaris anni vicesimiseptimi supra millesimum finem videt. Anno principatus sui vicesimoseptimo, qui sextusdecimus seculi XI. fuit, filium nomine Johannem socium sibi adsciscit, eique post triennium mortuo Guaimarius hujus nominis quartus subrogatus est.

11. Guaimarius hic IV. genitore, dum nonum ipse imperii annum ageret, orbatus cum Gaitelgrima genitrice sua dominatur, eaque forsan quatuor circiter exactis mensibus defuncta solus throno insidet. Vicesimo ejus principatus anno Johannes ejus filius infans imperii fit particeps, & nondum expleto biennio decedit. Infra annum primum supra vicesimum Capuae Princeps etiam constituitur, necnon Amalphis inde Dux, & Sirrenti; iisque titulis anno imperii sui vicesimoquinto Calabriae, Apuliaeque Ducatus additur. Earum tamen civitatum, & provinciarum dominium aliquot post annis vel restituit, vel

vel amittit, ducatus tantum Amalphi, & Sirrenti praeter Salerni principatum ad obitum usque retinens. Ex anno vero supra notato principatus Capuae Conradum Augustum non tricesimoseptimo, sed tricesimooctavo forte potius Christi anno supra millesimum illuc adventasse, imperiique coronam prius ibi accepisse conclusum est. Interim Gisulphum alterum filium anno vicesimoquarto Guaimarius sibi comitem in throno vocaverat. Ex his Guaimariis nemo Cavensis Monachus exstitit, ut Ughellus fabulatus est.

12. Quadragesimosecundo post millesimum anno a Christo nato in paterni principatus partem vocatur Gisulphus nominis hujus secundus, eosque principatuum, & ducatuum titulos aeque assumit; iis vero se exuit quinquagesimosecundo anno, quum interfecto genitore solus dominari incipit, dum imperii sui undecimum annum agebat, sceptrumque illud retinet, quousque a Roberto Guiscardo Sikelgaitae sororis suae viro e throno invitus expellitur.

13. Tricesimosexto principatus sui anno haec ejus ejectio, & totius Langobardici imperii, quod per ducentos trigintaocto annos Salerni floruerat, finis evenit; Christi vero anno septuagesimoseptimo post millesimum; obsidionemque Salerni septem perdurasse menses a Martio ad Septembrem ejusdem anni, vel, si mavis, a Majo ad Decembrem ex instrumentis conjicitur hujus temporis; quo insueta methodo nullius Principis nomine, nullius Judicis, vel alterius subscriptione, contra vero sigillo cereo nunquam in ceteris ejus speciei chartis usurpato, ea munita conspiciuntur.

14. Ad annum usque millesimum septuagesimum nunquam Christi, vel alterius epochae annus in Salerni, aliorumque ei principatui subjectorum locorum instrumentis scribitur; ab hoc autem anno mense Martii primum Christi annus, & quidem septuagesimusprimus notatur, anteverso decem per menses anno communi. Hinc extremum Gisulphi annum anno Christi ab Incarnatione septuagesimooctavo, non septimo post millesimum respondentem Tabelliones instrumentorum initio adnotarunt.

15. Haec ita annos numerandi consuetudo Normannis improbata, ab iisque forte vetita; sub eorumque imperio a prima Januarii die universim annus numerari coepisse videtur.

16. Langobardorum Principum anni a die ipsa, qua solio insidebant, numerabantur; adeo ut alio recurrente vulgari anno primus adhuc eorum innueretur, donec integri duodecim eorum principatus menses impleti essent. Normannorum vero consuetudo opposita, ut paucis aliquando mensibus, vel etiam diebus imperii exactis altero succedente Christi anno Kalendis Januarii eorum secundus annus notari inciperet; qui mos Francis, Alemannis, aliisque Nationibus communis fuerat.

17. Num Gisulphus a Roberto ejectus ad Gregorium VII. Pontificem confugerit, ab eoque Campaniae Dux fuerit constitutus,

du-


dubium valde est; neque enim unquam in vetustis chartis eo titulo decoratur.

18. Nec minus incertum, num Amalphitanorum precibus fatigatus Robertus in eum arma apprehenderit. Certum tamen Gisulphum apud ipsos Amalphitanos decem post annis ipsorum corona stipatum consedisse.

19. Imo (quod majus est) quum jam a decennio Normanni ibi dominabantur, ab Amalphitanis ipsis eorum Ducem in publicis instrumentis fuisse renuntiatum.

20. Ante Junium nonagesimiprimi supra millesimum Christi annum e vivis sublatum hunc Principem veteres chartae ostendunt.

Haec, & sexcenta alia sive olim dubia, modo certa; sive prius pro certis habita, nunc in dubium versa; sive penitus hactenus ignorata, ea sunt, quae ex unis Cavensium tabularum chronologicis notis in apricum producta sunt; unde etiam illius aevi Scriptorum, recentiorumque eos sequentium lapsus detecti. Quare non injuria opellam hac in re meam Neapolitanae, universalique historiae aliquatenus profuturam confidere juverit.



TA-

TABULA CHRONOLOGICA

PRINCIPUM

QUI

LANGOBARDORUM TEMPORE

SALERNI IMPERARUNT

A SICONOLFO AD GISVLPHUM POSTREMUM PRINCIPEM
A NORMANNIS EJECTUM

Singulorum dominii annis ad Chriſti , ſive ad vulgaris aerae annos relatis

EX VETVSTIS SACRI REGII COENOBII TRINITATIS CAVAE

TABULARII MEMBRANIS EXCERPTA

Additis pluteorum locis , in quibus citarae chartae ſervantur , tum nempe Arcarum 120. , tum duplicis Armarii praefati Tabularii .

*Aſteriſcus * denotat , non jam ſignatam ibi membranam notas illas chronologicas habere , ſed aliam in ipſa contentam .*



TABULA CHRONOLOGICA
PRINCIPUM,
QUI
LANGOBARDORUM TEMPORE
SALERNI IMPERARUNT.

ANN. CHR.	INDICTIO	ANN. PRINC. - MENSIS - LOCUS.	a Septembri IND.	ANN. PR. - MENS - LOCUS.
840.	III.	SICONOLFUS	IV.	
841.	IV.		V.	
842.	V.	3. *Siconolfi* Martio-Arca 32. membrana n. 70.	VI.	
843.	VI.		VII.	5. *Siconolfi* - Dec.-Arc. 32. n. 86.
844.	VII.	5. *Siconolfi* - Jan.- Arc. 32. n. 41.	VIII.	
845.	VIII.	6. *Siconolfi* - Jun.- Arc. 11. n. 13.* Julio- Arc. 17. n. 1.	IX.	
846.	IX.		X.	
847.	X.		XI.	8. *Siconolfi* - Dec.-Arc. 31. n. 161.
848.	XI.	9. *Siconolfi* - Majo- Arc. 30. n. 24. Arc. 64. n. 732. Aug.- Arc. 31. n. 227.	XII.	9. *Siconolfi* - Oct.-Arc. 35. n. 183. Nov.-Arc. 32. n. 59.
849.	XII.		XIII.	1. SICONIS - Dec.-Arc. 35. n. 254.
850.	XIII.	1. *Siconis* - Mart.- Arc. 30. n. 91.	XIV.	
851.	XIV.		XV.	
852.	XV.	3. *Siconis* - Mart.- Arc. 86. n. 127. & PETRI *Rectoris ejus*	I.	
853.	I.	4. *Siconis* - Aprili-Arc. 84. n. 211. & *Petri*	II.	4. *Siconis* - Sept.-Arc. 32. n. 362. & *Petri*
854.	II.	5. *Siconis* - Febr.- Arc. 84. n. 14. & *Petri*, & 1. ADEMARII	III.	5. *Siconis* - Oct.- Arc. 84. n. 12. & *Petri*, & 1. *Ademarii*
855.	III.	6. *Siconis* - Majo- Arc. 82. n. 40. & *Petri*, & 2. *Ademarii*	IV.	6. *Petri*, & - Oct.- Arc. 35. n. 32. 2. *Ademarii* 7. *Petri*, & - Dec.-Arc. 87. n. 148. 3. *Ademarii*
856.	IV.	3. *Ademarii* - Febr.-Arc. 84. n. 16. Aprili-Arc. 85. n. 83.	V.	4. *Ademarii* - Dec.-Arc. 21. n. 111. Arc. 84. n. 13.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
856.	IV.	3. *Ademarii*-	Julio- Arc. 32. n. 155.	V.		
			Aug. Arc. 86. n. 164.			
857.	V.	4. *Ademarii*-	Mart.- Arc. 11. n. 8. *	VI.	4. *Ademarii*	Sept. Arc. 32. n. 44.
			Arc. 40. n. 36.*			Oct. Arc. 31. n. 226.
			Arc. 42. n. 203.*			Arc. 35. n. 86.
			Arc. 88. n. 22.*		5. *Ademarii*	Dec. Arc. 35. n. 197.
			Arc. 101. n. 386.			
			& n. 409.*			
			Majo- Arc. 31. n. 239.			
858.	VI.	5. *Ademarii* -	Apr.- Arc. 87. n. 263.	VII.	5. *Ademarii*-	Sept.- Arc. 86. n. 240.
859.	VII.	6. *Ademarii* -	Febr. - Arc. 85. n. 140.	VIII.		
			Majo - Arc. 31. n. 58.			
860.	VIII.	7. *Ademarii*-	Majo- Arc. 31. n. 237.	IX.	7. *Ademarii*-	Nov.- Arc. 101. n. 388.
861.	IX.	DAUFERIUS- inde GUAIFERIUS-		X.		
862.	X.			XI.		
863.	XI.			XII.		
864.	XII.			XIII.	4. *Guaiferii* -	Oct.- Arc. 101. n. 72.*
865.	XIII.	4. *Guaiferii* -	Junio-Arc. 87. n. 113.	XIV.		
866.	XIV.	5. *Guaiferii* -	Febr. -Arc. 31. n. 245.	XV.		
867.	XV.			I.		
868.	I.			II.		
869.	II.			III.		
870.	III.			IV.		
871.	IV.			V.		
872.	V.	11. *Guaiferii* -	Febr. -Arc. 31. n. 238.	VI.		
			Arc. 32. n. 185.			
			Arc. 87. n. 146.			
			Apr. - Arc. 31. n. 244.			
			Jul. - Arc. 86. n. 133.			
		12. *Guaiferii* -	Aug. - Arc. 101. n. 71.			
873.	VI.			VII.		
874.	VII.			VIII.		
875.	VIII.			IX.	15. *Guaiferii*,-	Sept.-Arc. 84. n. 11.
876.	IX.			X.		
877.	X.			XI.	17. *Guaiferii*- & 1. GUAIMARII *ejus filii*	Nov.- Arc. 87. n. 417.

878.

A.C.	IND.	ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.-MENS.-LOC.
878.	XI.	17.*Guaiferii*,- Apr. - Arc. 35. n. 71. *et* 2.*Guaimarii*	XII.	
879.	XII.		XIII.	
880.	XIII.	19. *Guaiferii*,- Febr.-Arc. 31. n.180. & 4.*Guaimarii* 4. *Guaimarii* - Aug.- Arc. 35. n.203.	XIV.	
881.	XIV.	5.*Guaimarii* - Febr.-Arc. 31. n.245. Jun. - Arc.101.n. 72.	XV.	
882.	XV.	6.*Guaimarii* - Febr. - Arc. 5. n. 147. Mart.-Arc. 31. n.246. Arc. 87. n. 18. Arc. 88. n. 25. Armario I.E n.1. Apr. - Arc. 11. n. 55. Arc. 35. n.101. Arc. 83. n. 26. Majo- Arc. 32. n. 90. Jun.- Arc. 32. n.46. Julio - Arc. 32. n. 77. Aug.-Arc. 35. n. 35.*	I.	6.*Guaimarii*- Dec. - Arc. 32. n.78.
883.	I.		II.	
884.	II.	8.*Guaimarii* - Apr.-Arc. 31. n.191.	III.	
885.	III.		IV.	
886.	IV.	10.*Guaimarii* -Majo-Arm. I.G.n. 2.	V.	
887.	V.		VI.	
888.	VI.		VII.	
889.	VII.		VIII.	13.*Guaimarii*-Dec.-Arc. 5. n. 32.*
890.	VIII.	14.*Guaimarii* - Mar.-Arc. 32. n. 97.	IX.	
891.	IX.		X.	
892.	X.		XI.	
893.	XI.	17.*Guaimarii*,- Aug.- Arc. 32. n. 47. *&* 1.GUAIMARII *ejus filii*	XII.	
894.	XII.	18.*Guaimarii*,- Majo- Arc. 31. n. 4. *&* 2.*Guaimarii*	XIII.	18.*Guaimarii*- Sept.-Arc.32. n. 39. *&* 2.*Guaimarii*
895.	XIII.		XIV.	19.*Guaimarii*-Dec.-Arc. 32. n.103. *&* 3. *Guaimarii*
896.	XIV.		XV.	
897.	XV.	21.*Guaimarii*,- Aug.-Arc.101.n.397. *&* 5.*Guaimarii*	I.	

898.

A.C.-IND.	ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.-MENS. - LOC.
898. I.		II.	
899. II.	23.*Guaimarii*,- Aug.-Arm. I. G. n. 3. & 7. *Guaimarii*	III.	
900. III.		IV.	
901. IV.		V.	
902. V.	10.*Guaimarii* - Jun. - Arc. 11. n. 7. Jul. - Arc. 35. n. 35. Aug. - Arc. 32. n. 163.	VI.	
903. VI.	11.*Guaimarii* - Febr. -Arc. 32. n. 31. Arm. II. L. n. 35.	VII.	
904. VII.	12.*Guaimarii*- Febr.-Arc. 85. n. 139.	VIII.	
905. VIII.	13.*Guaimarii*- Junio-Arc. 31. n. 112. Aug. - Arc. 87. n. 312. & n. 333.	IX.	
906. IX.		X.	
907. X.		XI.	
908. XI.	16.*Guaimarii*- Majo-Arc. 32. n. 228.	XII.	
909. XII.		XIII.	17.*Guaimarii*-Nov.-Arc. 86. n. 304.
910. XIII.		XIV.	
911. XIV.	19.*Guaimarii*- Majo-Arc. 86. n. 305.	XV.	19.*Guaimarii*-Sept.-Arc. 101. n. 298.*
912. XV.	20.*Guaimarii*- Febr.-Arc. 84. n. 19. Majo-Arc. 31. n. 1.	I.	
913. I.	21.*Guaimarii*- Junio-Arc. 84. n. 20.	II.	
914. II.		III.	
915. III.		IV.	
916. IV.		V.	
917. V.	25.*Guaimarii*- Mart.-Arc. 83. n. 32.	VI.	
918. VI.	26.*Guaimarii*- Aug.-Arc. 64. n. 773.	VII.	
919. VII.	27.*Guaimarii*- Majo- Arc. 71. n. 323. Aug.- Arc. 87. n. 308.	VIII.	
920. VIII.		IX.	28.*Guaimarii*-Sept.-Arc. 85. n. 143.
921. IX.		X.	
922. X.		XI.	
923. XI.	31.*Guaimarii*- Julio-Arc. 31. n. 73. & n. 110. Arc. 35. n. 250.* Arc. 86. n. 186.*	XII.	
924. XII.		XIII.	
925. XIII.		XIV.	

926.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
926.	XIV.			XV.	34.*Guaimarii*	Nov.-Arc.62.n.539.
927.	XV.	35.*Guaimarii*	Jan.-Arc. 86.n.281. Majo-Arc.84.n.239.	I.		
928.	I.	36.*Guaimarii*	Aug.-Arc. 87.n.198.	II.		
929.	II.			III.		
930.	III.	38.*Guaimarii*	Apr.-Arc. 35.n.140.	IV.		
931.	IV.			V.		
932.	V.	40.*Guaimarii*	Apr.-Arc.59.n.275.* Aug.-Arc.86. n.320. Arc. 87.n.124.	VI.		
933.	VI.			VII.	41.*Guaimarii*, & 1.Gisolfi	Sept.-Arc. 86. n.167. Nov.-Arc. 40.n.86. *filii ejus*.
934.	VII.	42.*Guaimarii*, & 1. *Gisolfi*	Febr.-Arc. 86. n. 87.	VIII.		
935.	VIII.	43.*Guaimarii*, & 3. *Gisolfi*	Jun.-Arc. 85.n.145.	IX.		
936.	IX.	44.*Guaimarii*, & 4.*Gisolfi*	Jun.-Arc. 85. n. 17. Aug.-Arc.32.n.189.	X.	44.*Guaimarii*, & 4.*Gisolfi*	Oct.-Arc. 85. n. 2. Nov.-Arc. 87.n.186.
937.	X.	45.*Guaimarii*, & 5.*Gisolfi*	Jun.-Arc. 5.n. 69.* & n. 197.* Arc.40. n. 18.* Aug.-Arc.101.n.366.	XI.		
938.	XI.			XII.	46.*Guaimarii*, & 6.*Gisolfi*	Nov.-Arc.40.n.145.
930.	XII.			XIII.		
940.	XIII.	48.*Guaimarii*, & 7.*Gisolfi*	Febr.-Arc. 42. n. 53. Arc. 86.n.302. Mart.-Arc. 30.n.64.* Arc. 32. n.105. Apr.-Arc. 86.n.319.	XIV.	48.*Guaimarii*, & 8.*Gisolfi*	Nov.-Arc. 88. n. 3.
		48.*Guaimarii*, & 8.*Gisolfi*	Jun.-Arc.87.n.349.*			
941.	XIV.	49.*Guaimarii*, & 8.*Gisolfi*	Apr.-Arc. 15.n. 71.* Arc. 43. n. 52.* Arc.101.n. 36.*	XV.		
942.	XV.	50.*Guaimarii*, & 9. *Gisolfi*	Apr.-Arc. 43. n. 30.	I.		
943.	I.	51.*Guaimarii*, & 10.*Gisolfi*	Mart.-Arc.44.n.125.*	II.		

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
944.	II.			III.		
945.	III.			IV.		
946.	IV.			V.	14. *Gisolfi*	Oct.- Arc. 87. n. 262.
947.	V.	14. *Gisolfi*	Jan.- Arc. 86. n. 183.*	VI.	15. *Gisolfi*	Sept.- Arc. 11. n. 56.
			Arc. 87. n. 180.			
		15. *Gisolfi*	Majo- Arc. 35. n. 250.			
948.	VI.	15. *Gisolfi*	Apr.- Arc. 88. n. 20.*	VII.		
			& n. 35.*			
		16. *Gisolfi*	Aug.- Arc. 84. n. 220.			
949.	VII.	16. *Gisolfi*	Jan.- Arc. 82. n. 67.*	VIII.		
			Febr.- Arc. 82. n. 67.*			
		17. *Gisolfi*	Majo- Arc. 30. n. 61.			
950.	VIII.			IX.	18. *Gisolfi*	Nov.- Arm. I. G n. 4.
951.	IX.			X.		
952.	X.	20. *Gisolfi*	Aug.- Arc. 87. n. 268.	XI.	20. *Gisolfi*	Sept.- Arc. 15. n. 71.*
						Arc. 43. n. 52.*
						Arc. 86. n. 186.
						Arc. 88. n. 204.
						Arc. 101. n. 36.*
953.	XI.			XII.	21. *Gisolfi*	Sept.- Arc. 35. n. 153.
954.	XII.	21. *Gisolfi*	Jan.- Arc. 6. n. 9.*	XIII.	22. *Gisolfi*	Dec.- Arc. 32. n. 64.
			Arc. 44. n. 81.			
		22. *Gisolfi*	Julio- Arc. 30. n. 47.			
955.	XIII.	22. *Gisulfi*	Jan.- Arc. 35. n. 177.	XIV.		
		23. *Gisulfi*	Majo- Arc. 30. n. 65.			
			Arc. 101 n. 364.			
956.	XIV.	23. *Gisulfi*	Mart.- Arc. 30. n. 287.	XV.		
		24. *Gisulfi*	Julio- Arc. 30. n. 82.			
			Arc. 32. n. 38.			
			Arc. 73. n. 9.			
957.	XV.	24. *Gisolfi*	Jan.- Arc. 85. n. 89.	I.	25. *Gisolfi*	Nov.- Arc. 84. n. 196.*
			Mart.- Arc. 32. n. 54.			& n. 227.
		25. *Gisolfi*	Julio- Arc. 5. n. 8.*			
			Arc. 86. n. 231.			
958.	I.			II.		
959.	II.	26. *Gisolfi*	Jan.- Arc. 85. n. 132	III.	27. *Gisolfi*	Oct.- Arc. 31. n. 236.
			Mart.- Arc. 61. n. 389.			Dec.- Arc. 87. n. 390.
			Arc. 86. n. 90.			
			Arm. I. G n. 6.			

960.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
960.	III.	27.*Gisolfi*	Jan. - Arc. 30. n. 64.	IV.	28.*Gisolfi*	Nov. Arc. 87. n.362.
			Arc. 32.n.262.			
			Arc.101. n. 16.			
			Febr.-Arc. 5. n. 16.			
		28.*Gisolfi*	Aug.-Arc.44. n.125.*			
961.	IV.	28.*Gisolfi*	Apr.- Arc.40.n.220.*	V.	29.*Gisolfi*	Dec.- Arc. 5.n. 32.*
		29.*Gisolfi*	Jun.- Arc. 82.n.67.*			
			Aug.-Arc.101.n.82.*			
962.	V.	29.*Gisolfi*	Apr.-Arc.31.n.225.	VI.	30.*Gisolfi*	Nov.-Arc. 35.n. 59.
			Arc. 35.n.166.			Dec.- Arc. 5. n. 8.*
		30.*Gisolfi*	Julio-Arc.85. n. 87.			
			Aug.- Arc. 18. n. 44.			
			Arc. 31.n.178.			
963.	VI.	30.*Gisolfi*	Jan. - Arc.101.n.316.	VII.	31.*Gisolfi*	Sept.- Arc. 85.n.210.
			Febr. -Arc. 35.n.259.			
			Arc. 86.n.268.*			
			Mart.-Arc.59.n.275.*			
		31.*Gisolfi*	Majo- Arc. 35.n.108.			
			Arc.44.n.125.*			
964.	VII.	31.*Gisolfi*	Jan.- Arc. 87.n.375.	VIII.		
		32.*Gisolfi*	Julio-Arc. 11.n. 23.			
965.	VIII.	32.*Gisolfi*	Apr.- Arc. 63.n.697.	IX.	33.*Gisolfi*	Oct.-Arc. 6. n. 3.*
			Arc. 84.n.236.			
		33.*Gisolfi*	Jun.- Arc. 85.n.127.			
			Aug. Arc.15.n.71.*			
			Arc. 43.n. 52.*			
			Arc.101.n.36.*			
966.	IX.	33.*Gisolfi*	Jan.- Arc. 86. n.108.	X.	34.*Gisolfi*	Oct.- Arc. 31.n.201.
			Arc. 87.n.210.			Arc. 35. n. 97.
			Febr.-Arc. 25. n. 6.			& n.129.
			Arc. 84.n.191.			Dec. -Arc.86.n.237.
		34.*Gisolfi*	Majo-Arc. 32.n.138.			
			Arc. 35.n. 96.			
			Arc. 87.n.279.			
			Junio-Arc.101.n.352.			
			Aug.- Arc. 32.n.183.			
			Arc. 85.n. 94.			
			Arc. 87. n.419.			
967.	X.	35.*Gisolfi*	Julio-Arc. 42.n.203.*	XI.	35.*Gisolfi*	Oct.-Arc.31.n.165.
			Arc. 88.n.22.*			
			Aug.-Arc. 32.n.190.			

968.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	IND. (a Septembri)	ANN.PR.	MENS.-LOC.
968.	XI.	36.*Gisolfi*	Aug.- Arc. 18. n.204.	XII.	36.*Gisolfi*	Sept.- Arc. 35. n. 65.
969.	XII.	36.*Gisolfi*	Mart.-Arc 87. n.159.	XIII.		
		37.*Gisolfi*	Majo- Arc. 11. n. 1.			
			Julio- Arc. 86. n.105.			
970.	XIII.	37.*Gisolfi*	Jan. - Arc.87. n.125.*	XIV.	38.*Gisolfi*	Dec. - Arm. I. E n. 75.
971.	XIV.	38.*Gisolfi*	Jan.- Arc. 18. n.212.	XV.		
			Mart.-Arc. 87. n.411.			
		39.*Gisolfi*	Jun.- Arc.84. n.138.*			
			& n. 193.*			
972.	XV.	39.*Gisolfi*	Mart.- Arc. 11. n. 2.	I.	40.*Gisolfi*	Sept.- Arc. 40. n.102.
		40.*Gisolfi*	Aug. - Arc. 11. n. 63.*			Oct. - Arc. 5. n.159.
			Arc. 87. n.125.*			Arc. 11. n.63.*
						Arc. 87. n.405.
						Dec.- Arc. 87. n.382.
973.	I.	40.*Gisolfi*	Jan.- Arc. 43. n.184.	II.	1.LANDOLFI *filii Atenolfi Principis Beneventi*	Sept.-Arc. 30. n. 95.
			Apr. -Arc. 48. n. 24.			
974.	II.	1.*Landolfi* & LANDOLFI *ejus filii*	Jan. -Arc. 42. n. 65.	III.	42.*Gisolfi*, *et* 1. GEMMAE *Uxoris ejus*, *et* PALDOLFI *optati eorum filii*	Dec.-Arc. 85.n.180.*
		42.*Gisolfi*	Jun.- Arc. 85.n.180.*			
			Aug. -Arc. 85.n.230.			
975.	III.	42.*Gisolfi*, & 1.*Gemmae*, & *Paldolfi*	Febr.- Arc. 35.n.276.	IV.	43.*Gisolfi*, & 1.*Gemmae*, & *Paldolfi*	Sept.-Arc. 87. n.139.
			Apr.- Arc. 42. n.231.			Dec.- Arc. 86. n.132.
			Arc. 44. n.125.*			
		43.*Gisolfi* & 1.*Gemmae* & *Paldolfi*	Majo-Arc. 87. n.125.* & n. 131.			
			Jun. - Arc. 5. n. 8. *			
			Aug. - Arc.84. n.192.*			
			Arc. 87.n.318.*			
976.	IV.	43.*Gisolfi* & 2.*Gemmae* & *Paldolfi*	Jan. -Arc. 87. n.200.	V.	44.*Gisolfi*, & 3.*Gemmae*, & *Paldolfi*	Oct. -Arc. 11. n. 57.
			Febr. -Arc. 5. n. 64.			Nov.-Arc.84.n.193.*
			Arc. 42. n.105.			
			Mart.-Arc. 85.n.179.*			
		44.*Gisolfi* & 2.*Gemmae* & *Paldolfi*	Majo-Arc. 73. n. 18.			

977.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
977.	V.	44. *Gisolfi*, -	Apr.-	Arc. 87. n.406.*
		& 3. *Gemmae*		
		& *Paldolfi*		
		45. *Gisolfi*, -	Aug.-	Arc 86. n.313.
		& 3. *Gemmae*,		
		& *Paldolfi*		
978.	VI.	35. (*Principatus*	Aug.-	Arc. 5. n. 42.
		Capuae, & Be-		Arc. 11. n. 58.
		neventi) PAL-		Arc. 40. n.270.
		DOLFI (*Caput-*		Arc. 87. n.406.
		ferri) & 1.		
		ejus Salerni, &		
		4. *Paldolfi*		
		ejus filii		
979.	VII.	36. *Paldolfi* -	Jan.-	Arc. 86. n.268.*
		& 1. *Salerni*, -	Febr.-	Arc. 31. n.190.
		& 5. *Paldolfi*		Arc. 42. n. 32.
			Mar.-	Arc. 85. n. 26.
				& n.192.
				Arc. 86. n.170.
			Apr.-	Arc. 86. n. 62.
		36. *Paldolfi*	Jul.-	Arc. 59. n.275.*
		& 2. *Salerni*,		
		& 5. *Paldolfi*		
980.	VIII.	37. *Paldolfi* -	Jan.-	Arc. 69. n.291.
		& 2. *Salerni*,		Arc. 87. n.338.
		& 6. *Paldolfi*	Febr.-	Arc. 30. n.175.
				Arc. 32. n.207.
				Arc. 35. n.268.
			Mart.-	Arc. 5. n.182.
				Arc. 59. n.275.*
			Apr.-	Arc. 59. n.218.
				Arc. 86. n. 60.
				Arc. 101. n.82.*
			Majo-	Arc. 18. n.173.
				& n. 175.
		37. *Paldolfi* -	Majo-	Arc. 43. n.166.
		& 3. *Salerni*,		
		& 6. *Paldolfi*		

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
VI.	45. *Gisolfi*, & -	Nov.-	Arc. 5. n.161.
	4. *Gemmae*		& n.210.
	& *Paldolfi*		Arc. 61. n.373.*
			Arc. 85. n.180.*
	4. *Gemmae*, -	Dec.-	Arc. 61. n.331.*
	& *Paldolfi*		
VII.	36. (*Capuae*, & -	Oct.	Arc. 31. n. 57.
	Beneventi) *Pal-*		Arc. 32. n.211.
	dolfi & 1. *ejus* -	Nov.-	Arc. 40. n.229.
	Salerni, & 5.		
	Paldolfi filii		
VIII.	37. *Paldolfi* -	Sept.-	Arc. 5. n. 63.
	& 2. *Salerni*,		Arc. 42. n. 33.
	& 5. *Paldolfi*.		
	37. *Paldolfi* -	Oct.-	Arc. 42. n.203.*
	& 2. *Salerni*,		Arc. 88. n. 22.*
	& 6. *Paldolfi* -	Dec.-	Arc. 5. n. 8.*
			Arc. 40. n. 36.*
			Arc. 42. n.203.*
			Arc. 88. n. 22.*
			Arc. 101. n.386.*
IX.			

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
981.	IX.	38. *Paldolfi*	Febr.-Arc.101.n.297.*
		& 3.*Salerni*,	
		& 7.*Paldolfi*.	
		7.*Paldolfi* -	Apr.- Arc. 87.n.384.
			Majo-Arc.85.n.180.*
			Jun.-Arc. 85. n.180.*
			Jul.- Arc. 35.n.150.
			Aug.-Arc. 31.n.105.
			Arc.85. n.153.
982.	X.	1.Mansonis -	Apr.- Arc. 31.n. 92.
		& Johannis-	Majo-Arc. 32. n.143.
		ejus filii	& n.203.
			Arc. 62. n.572.
			Arc. 85. n. 51.*
			& n.207.
			Arc. 87. n.236.
			Jun.-Arc. 52. n. 58.
			Aug.- Arc. 31. n.175.
			Arc. 86.n.268.*
983.	XI.	2.*Mansonis* -	Mar.- Arc. 87.n.370.
		& *Johannis* -	Apr- Arc. 31. n.174.
			Arc. 40. n.222.
			Arc. 43. n. 16.
			Maio-Arc. 30.n.174.*
			Arc. 86. n.318.
			Jun.-Arc. 32. n.227.
			Arc. 40. n. 76.
			Jul. - Arc. 31. n. 37.
			Arc. 32.n.174.
			& n.223.
			& n.227.
			Arc. 35. n.106.
			Arc.101.n. 82.*
			Aug.-Arc.101.n.348.
984.	XII.	1. *Johannis* -	Jan.- Arc. 86. n.218.
		& *Guidonis* -	Majo-Arc. 82.n. 67.*
			Jul. - Arc. 87. n.182.

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
X.	7.*Paldolfi* -	Sept.- Arc. 5. n. 8.*
XI.	1.*Mansonis* -	Sept.- Arc. 40. n. 36.*
	& *Johannis*	Arc. 42. n.203.*
		Arc.88. n. 22.*
		Arc.101.n.386.*
		Oct.- Arc. 32. n.128.
		Arm. I. E n. 78.
XII.	1 Johannis -	Dec.- Arc.101. n.82.*
	(*de Lamberto*)	
	& Guidonis	
	ejus filii	
XIII.	1.*Johannis* -	Sept.- Arc. 85. n.180.
	& *Guidonis*	
	2.*Johannis* -	Dec.- Arc. 31.n.230.
	& *Guidonis*	Arc. 85.n.29.

985.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS. - LOC.
985.	XIII.	2. *Johannis*	Febr.- Arc. 18. n.182.	XIV.		
		& Guidonis	Mar.- Arc. 85. n.141.			
			Arc. 87. n.153.			
			Majo- Arc. 31. n.193.			
			Jun.- Arc.42. n.203.*			
			Arc. 87. n.349.			
			Arc. 88. n. 22.*			
986.	XIV.	3. *Johannis*	Jan. - Arc. 42. n.166.	XV.		
		& Guidonis	Arc. 85. n. 62.			
			& n. 88.			
			Arc. 87. n.144.			
			Arc. 88. n.228.			
			Febr.-Arc.86. n.125.			
			Mart.-Arc.85.n.222.*			
			Apr.- Arc. 87. n.158.			
			Majo-Arc. 84. n.194.			
			Aug.-Arc. 25. n. 28.			
			Arc. 60. n.695.			
			Arc. 62. n.407.			
987.	XV.	4. *Johannis*	Jan.- Arc. 17. n. 4.	I.	4. *Johannis*	Sept.- Arc. 35. n.181.
		& Guidonis	Febr.- Arc. 87. n.401.		*& Guidonis*	Oct. - Arc. 31. n. 75.
			Aug.- Arc.18. n.183.			
988.	I.	5. *Johannis*	Febr.- Arc.43.n.140.*	II.	5. *Johannis*	Sept.- Arc. 35. n.145.
		& Guidonis	Mar.-Arc.101.n.362.			Oct. - Arc. 35. n.128.
			Apr.-Arc. 40. n.118.		6. *Johannis*	Dec. - Arc. 18. n. 53.
		5. *Johannis*	Jul.- Arc. 73. n. 21.			& n.168.
989.	II.	6. *Johannis*	Jan.- Arc. 5. n. 8.*	III.	6. *Johannis &*	Oct.- Arc.35. n.184.*
			Arc. 40. n. 30.*		1. *Guaimarii*	Arc. 84. n.200.
			Mar. - Arc. 85. n. 47.			Arc. 87. n.415.
		6. *Johannis*	Mar.- Arc. 59.n.275.*			Arm.I.A n.25.*
		& 1. GUAIMA-	Apr.-Arc. 59.n. 186.			Arm. I. E n.63.
		RII *ejus filii*	Majo-Arc. 82. n. 67.*			
			Jun.- Arc.101. n.83.*			
			Jul. - Arc. 74. n. 67.			
			Aug.-Arc. 18.n.214.			
			Arc. 35. n.210.			
990.	III.	7. *Johannis*	Jan. - Arc. 11. n. 60.	IV.		
		& 1. Guaimarii	Arc. 35. n.208.			
			Arc. 40. n. 36.*			
			Arc. 42. n.203.*			

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
990.	III.	7 *Johannis,* & 1. *Guaimarii*	Jan. Arc. 88. n. 22.*
			Arc.101.n.386.*
			Febr.- Arc. 85. n.212.
			Mar.- Arc. 87. n.197.
		7. *Johannis,* - & 2. *Guaimarii*	Apr.- Arc. 86. n.143.
			Arm.II.L n. 34.
			Majo-Arc. 85. n. 39.
			Jun.- Arc.101. n. 83.
			Aug. -Arc. 32. n.43.
			Arc. 35. n.114.
991.	IV.	8. *Johannis,* & 2. *Guaimarii* -	Jan.- Arc.101.n.297.*
		8. *Johannis,* & 3. *Guaimarii* -	Mar.- Arc. 31.n.171.
			Apr.- Arc.101.n.297.*
			Majo-Arc. 35. n. 39.
			Arc. 42. n.127.
			Arc. 86. n.286.
			Jun.- Arc. 18. n. 57.
			Jul.- Arc. 18. n. 57.
			Aug.- Arc. 71. n.371.
			Arc.101. n.370.
992.	V.	9. *Johannis,* & 3. *Guaimarii* -	Jan. - Arc. 31. n.206.
			Febr.-Arc. 38. n. 67.
			Arc.101. n. 47.
		9. *Johannis,* & 4. *Guaimarii* -	Mar.-Arc.85. n.179.*
			Apr.- Arc. 31.n.197.
			Majo- Arc. 11. n. 3.
			Arc.42. n.203.*
			Arc. 88. n. 22.*
			Jun.- Arc. 86.n.183.
			Arc. 87. n.232.
			Jul.- Arc. 85. n.134.
			Aug. - Arc. 88. n. 20.
993.	VI.	10. *Johannis,* & 4. *Guaimarii* -	Jan.- Arc. 30. n. 60.
			Arc. 86. n. 95.
			Arc. 87. n.106.
			Arc.101. n.82.*
			Febr.- Arc. 82. n.67.*
			Arc. 87.n.122.
			& n.302.

a Septembri

IND.	ANN.PRINC.	MENS.-LOC.
IV.	3. *Johannis* & 2. *Guaimarii*	Sept.-Arc. 59. n.275.
		Arc. 87. n.149.
		Oct.- Arc. 86. n.157.
	8. *Johannis,* - & 2. *Guaimarii*	Dec.- Arc. 85. n.131.
V.	8. *Johannis* & 3. *Guaimarii*	Oct.- Arc. 84. n.225.
	9. *Johannis* & 3. *Guaimarii* -	Nov.-Arc. 11. n. 4.
		Arc. 15. n.71.*
		Arc. 43. n.52.*
		Arc.101.n.36.*
VI.	10. *Johannis* & 4. *Guaimarii* -	Nov.-Arc.40.n.220.*
		Dec.- Arc. 87. n.367.
VII.		

993.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
993.	VI.	10. *Johannis*,	Mar.	Arc. 87. n.211.
		& 4. *Guaima-*		
		rii		
		10. *Johannis*,	Mar.	Arc. 82. n. 67.*
		& 5. *Guaima-*		Arc. 87. n.418.
		rii		Arc.101.n.297.*
			Apr.	Arc. 101. n. 82.*
			Majo	Arc. 82. n. 67.*
			Jun.	Arc. 82. n. 67.*
994.	VII.	11. *Johannis*,	Jan.	Arc. 85. n. 96.
		& 5. *Guaima-*		& n.151.
		rii	Febr.	Arc. 32. n.192.
		11. *Johannis*,	Mar.	Arc. 32. n.140.
		& 6. *Guaima-*		Arc.35. n.184.*
		rii		& n.216.*
			Apr.	Arc. 42. n. 89.*
			Jun.	Arc. 85. n.203.
				Arm.I. G n. 7.
			Aug.	Arc. 64. n.864.
995.	VIII.	12. *Johannis*,	Jan.	Arc. 18. n.171.
		& 6. *Guaima-*		Arc. 42. n.191.
		rii		Arc. 85. n. 51.
			Febr.	Arc. 18. n. 39.
				Arc.101. n. 82.*
		12. *Johannis*,	Mar.	Arc. 31. n.211.
		& 7. *Guaima-*		Arc. 35. n.149.
		rii		& n.213.
				Arc. 88. n.147.*
			Apr.	Arc. 86, n. 235.
				Arc.101. n.226.
			Majo	Arc.101. n.502.
			Jun.	Arc. 35. n. 272.
				Arc. 82. n. 67.*
				Arc. 84. n. 242.
996.	IX.	13. *Johannis*,	Febr.	Arc. 85. n. 11.
		& 7. *Guaima-*		& n.154.
		rii		
		13. *Johannis*,	Mart.	Arc. 35. n. 55.
		& 8. *Guaima-*	Apr.	Arc. 5. n. 8.
		rii		

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
VII.	11. *Johannis*,	Nov.	Arc. 82. n.67.*
	& 5. *Guaima-*		Arc. 86. n.126.
	rii		Arc. 87. n.205.
VIII.	11. *Johannis*,	Sept.	Arc.86.n.247.
	& 6. *Guaimarii*		
	12. *Johannis*,	Nov.	Arc.82.n.67.*
	& 6. *Guaima-*	Dec.	Arc. 40. n. 3.*
	rii		Arc. 86. n.284.
			Arc. 88. n. 48.
IX.	13. *Johannis*,	Nov.	Arc.32.n.234.
	& 7. *Guaima-*	Dec.	Arc.82. n.67.*
	rii		
X.			

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC. (a Septembri)
996.	IX.	13. *Johannis*, & 8. *Guaimarii*	Jun.- Arc. 35. n. 140. Aug. - Arc. 87. n. 323.	X.	13. *Johannis*, & 8. *Guaimarii*	Oct. - Arc. 32. n. 76. & n. 158. Arc. 87. n. 328.
					14. *Johannis*, & 8. *Guaimarii*	Dec.- Arc. 87. n. 310.
997.	X.	14. *Johannis* & 8. *Guaimarii*	Jan. - Arc. 11. n. 9. Arc. 32. n. 36. Arc. 40. n. 36.* Arc. 101. n. 386.* & n. 409.* Febr.- Arc. 82. n. 67.* Mart.- Arc. 35. n. 116. & n. 220. Arc. 40. n. 36.* Arc. 87. n. 306. Arc. 101. n. 386.* & n. 409.* Apr.- Arc. 84. n. 218. Majo- Arc. 43. n. 147 * Jun. - Arc. 87. n. 154. Aug.- Arc. 84. n. 201.	XI.	14. *Johannis*, & 9. *Guaimarii*	Sept.- Arc. 7. n. 1. Arc. 59. n. 250.
					15. *Johannis*, & 9. *Guaimarii*	Nov.- Arc. 87. n. 358. Dec.- Arc. 18. n. 189. Arc. 31. n. 90.
998.	XI.	15. *Johannis*, & 9. *Guaimarii*	Jan. - Arc. 85. n. 82.	XII.	15. *Johannis*, & 10. *Guaimarii*	Sept.- Arc. 86. n. 328. Arc. 101. n. 359. Oct.- Arc. 71. n. 307.
		15. *Johannis*, & 10. *Guaimarii*	Jun.- Arc. 5. n. 151. Arc. 11. n. 61. Jul.- Arc. 18. n. 76. Arc. 43. n. 147.* Arc. 44. n. 125.*			
999.	XII.	16. *Johannis*, & 10. *Guaimarii*	Jan.- Arc. 69. n. 312. Arc. 87. n. 261.	XIII.	11. *Guaimarii*	Oct.- Arc. 59. n. 234. Nov.- Arc. 72. n. 239.
		16. *Johannis*, & 11. *Guaimarii*	Aug.- Arc. 40. n. 220.*			
1000.	XIII.	11. *Guaimarii*	Febr.- Arc. 32. n. 130. Arc. 35. n. 126.	XIV.		
		12. *Guaimarii*	Mart.- Arc. 43. n. 4. Arc. 86. n. 324.			

A.C.-IND.	ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR. - MENS.-LOC.
1000. XIII.	12.*Guaimarii*-Mar.-Arc.101. n.386.*	XIV.	
	Apr.- Arc. 69. n. 78.		
	Arc. 83. n. 90.*		
	Majo-Arc. 40. n. 36. *		
	Arc.101.n.386.*		
	& n.409.		
	Aug.-Arc. 85. n. 216.		
	Arm.I. H n.104.		
1001. XIV.	13.*Guaimarii*-Apr. -Arc. 85. n. 152.	XV.	
	Majo-Arc. 43. n. 98.		
	Aug.- Arc. 7. n. 172. *		
1002. XV.	13.*Guaimarii*- Febr.- Arc. 43. n.140.*	I.	14.*Guaimarii*-Oct.- Arc. 85. n.246.
	14.*Guaimarii*-Matt.-Arc. 5. n. 69. *		Nov.-Arc.87.n.100.*
	Arc. 32. n. 89.		Dec.- Arc. 30. n. 66.
	& n.113.		Arc. 31. n. 63.
	Apr.- Arc. 31. n. 142.		
	Arc. 88. n. 84.*		
	Majo- Arc.86. n.262.*		
	Julio- Arc. 85. n. 138.		
	Arc.87. n. 163.		
	& n. 257.		
	Aug.-Arc. 19. n. 97.		
1003. I.	14.*Guaimarii*-Jan.- Arc. 62. n.390.	II.	15.*Guaimarii*-Sept.-Arc.82.n. 67.*
	Febr.- Arc. 86. n.180.		Arc.87. n.372.
	15.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 15. n. 71.*		
	Arc. 35. n. 64.		
	& n.228.		
	Arc. 43. n. 52.*		
	Arc. 63. n.561.*		
	& n. 575.*		
	Arc.101. n. 36.*		
	Apr. - Arc. 31. n. 46.		
	Arc. 35. n. 256.		
	Julio- Arc. 31. n. 86.		
	Arc. 35. n. 264.		
1004. II.	15.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 5. n. 73.	III.	
	Febr.- Arc. 18. n.154.		
	& n. 197.		
	16.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 11. n. 11.		

A.C.-IND.	- ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND.	-ANN.PR. - MENS.-LOC.
1004. II.	16.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 31. n. 154.	III.	16.*Guaimarii*-Sept.- Arc. 19. n. 19.
	Arc.44. n. 237.		Oct.- Arc. 31. n. 68.
	Arc. 86. n. 241.		
	Arc. 101. n. 82.*		
	Apr.- Arc. 19. n. 30.		
	Jun. - Arc. 31. n. 82.		
	Arc. 85. n. 123.		
	Arc. 101. n. 82.*		
	Julio- Arc. 87. n. 309.		
1005. III.	16.*Guaimarii*-Jan.- Arc. 18. n. 1.	IV.	17.*Guaimarii*-Oct.- Arc. 82. n. 67.*
	Arc. 85. n. 128.		Arc. 83. n. 90.*
	Febr.- Arc. 32. n. 106.		Nov. -Arc. 31. n. 153.
	17.*Guaimarii*- Mart.-Arc. 32. n. 197.		Arc. 35. n. 63.
	Majo- Arc. 35. n. 107.		Arm. I. E n. 74.
	Junio-Arc. 87. n. 100.*		
	Julio-Arm. I. G n. 15.		
	& n. 28.*		
	Aug.- Arc. 43. n. 155.*		
	Arc. 101. n. 373.		
1006. IV.	17.*Guaimarii*- Jan.- Arc. 30. n. 39.	V.	18.*Guaimarii*-Sept.- Arc. 5. n. 218.
	18.*Guaimarii*-Mart.- Arc. 42. n. 175.		Oct. - Arc. 86. n. 327.
	Arc. 102. n. 94.		Dec. - Arc. 35. n. 88.
	Majo- Arc. 31. n. 45.		
	Arc. 32. n. 101.		
	Arc. 85. n. 30.		
	Julio - Arc. 5. n. 187.		
	Arc. 42. n. 121.		
	Aug.- Arc. 42. n. 203.*		
	Arc. 88. n. 22.*		
1007. V.	18.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 18. n. 120.	VI.	19.*Guaimarii*-Oct.- Arc. 18. n. 148.
	Febr.- Arc. 85. n. 135.		Nov.-Arc. 18. n. 69.
	19.*Guaimarii*-Jun. - Arc. 31. n. 183.		
1008. VI.	19.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 85. n. 196.	VII.	
	Arc. 86. n. 309.		
	Febr. - Arc. 5. n. 20.		
	Arc. 31. n. 43.*		
	20.*Guaimarii*-Apr.- Arc. 32. n. 139.		
	Arc. 88. n. 147.*		
	Arc. 101. n. 82.		

A.C.	IND.	ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.-MENS.-LOC.
1008.	VI.	20.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 88. n.147.*	VII.	20.*Guaimarii*-Sept.-Arc. 62. n.474.
		Arc.101. n.424.		& n. 493.
		Aug.- Arc. 86. n.221.		Oct.- Arc. 59. n. 659.
				Nov.-Arc. 5. n. 71.
				Arc. 18. n. 52.
1009.	VII.	20.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 5. n. 69.*	VIII.	21.*Guaimarii*-Sept.-Arc. 5. n.197.*
		& n. 197.*		Arc. 35. n. 93.
		Arc. 31. n. 60.		& n.123.
		Arc.35.n.261.*		Arc. 40. n.18.*
		Arc. 40. n. 18.*		Oct. - Arc.44.n.206.*
		Arc. 85. n.95.		Nov.- Arc. 5. n. 69.*
		Arc. 87. n.107.		& n. 197.*
		Febr.- Arc. 35. n.261.		Arc.61. n.419.*
		21.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 35. n.154.		Arc. 84. n.199.
		& n.172.		Dec. -Arc. 30. n. 83.
		Arc. 73. n. 6.		
		Arc. 87. n.167.		
		Arc.101. n.260.		
		Apr. - Arc. 32. n. 56.		
		Arc. 83. n. 90.*		
		Majo- Arc. 35. n. 172.		
		Junio- Arc. 84. n.229.		
		Aug. -Arc. 71. n.102.*		
1010.	VIII.	21.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 84. n.208.	IX.	22.*Guaimarii*-Nov.-Arc. 30. n. 42.
		Arc. 85. n.103.		Arc. 35. n. 46.
		Arc. 87. n.137.		& n. 48.
		Febr.- Arc. 31. n. 40.*		Dec.-Arc. 69. n.316.
		Arc. 72. n. 192.		
		22.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 86. n. 282.		
		Majo- Arc. 11. n. 12.*		
		Aug. - Arc. 30. n.138.		
		Arc.101.n.443.*		
1011.	IX.	22.*Guaimarii*-Febr.- Arc. 44. n.206.*	X.	
		23.*Guaimarii*- Mart.-Arc.32. n.235.		
		Arc. 71. n.102.*		
		& n.293.		
		Majo -Arc. 31. n. 150.		
		Arc. 35. n. 222.		
		Arc. 42. n. 134.		

A.C.	IND.	ANN.PR. - MENS. - LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR. - MENS. - LOC.
1011.	IX.	23.*Guaimarii*-Majo- Arc.101.n.297.*	X.	23.*Guaimarii*-Sept.- Arc. 73. n. 24.
		Julio- Arc. 43. n.140.*		
1012.	X.	23.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 11. n. 62.	XI.	24.*Guaimarii*-Nov.-Arc. 11. n. 63.
		Arc. 62. n. 375.		Arc. 84. n.210.*
		Arc. 87. n.100.*		Dec.- Arc. 85. n. 97.
		& n. 195.		& n. 109.
		Arc.101.n.304.*		
		24.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 87. n. 196.		
		Apr. - Arc. 73. n. 109.		
		Arc. 74. n. 66.		
		Majo- Arc. 5. n. 97.		
		Jun. - Arc. 18. n. 198.		
		Arc.101.n.365.		
1013.	XI.	24.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 35. n. 68.	XII.	25.*Guaimarii*-Oct.-Arc. 73. n. 121.
		Arc. 84. n. 203.		
		25.*Guaimarii*-Majo- Arc. 86. n. 312.		
		Jun.- Arc. 11. n. 64.		
1014.	XII.	25.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 35. n. 81.	XIII.	26.*Guaimarii*-Nov.-Arc.18. n.176.
		& n.184.*		Dec.-Arc.35.n.184.*
		& n.212.		& n. 255.
		26.*Guaimarii*-Mar. - Arc. 35. n. 252.		
		Apr.- Arc. 32. n. 236.		
		Jul.- Arc. 18. n. 54.		
		Aug.- Arc. 32. n. 123.		
1015.	XIII.	26.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 19. n.111.	XIV.	
		27.*Guaimarii*-Mar.- Arc. 84. n. 195.		
		Arc. 88. n.191.*		
		& n.282.		
		Majo- Arc. 59. n. 204.		
		Jun. - Arc. 85. n. 15.		
		Aug.- Arc. 43. n.140.*		
1016.	XIV.	27.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 31. n. 170.	XV.	28.*Guaimarii*,-Oct.-Arc.43. n.140.*
		et 1.JOHANNIS- Arc. 40. n. 36.*		& 1.*Johannis*
		ejus filii & n. 154.		
		Arc. 42. n.203.*		
		Arc. 88. n. 22.*		
		Arc.101.n.386.*		
		28.*Guaimarii*,-Apr.- Arc. 40. n.220.*		
		& 1.*Johannis*		

1017.

A.C.	IND.	ANN.PR.-MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PRINC.-MENS.-LOC.
1017.	XV.	28.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 30. n. 46. & 2.*Johannis* -Febr.-Arc.71. n.122.* Arc. 87.n.325. 29.*Guaimarii*,-Majo- Arc.101.n.342. & 2.*Johannis*	I.	29.*Guaimarii*,-Nov. - Arc.15. n.15. & 3.*Johannis*
1018.	I.	29.*Guaimarii*,-Jan. - Arc.31. n. 81. & 3.*Johannis* Arc.32. n. 61.* Arc.85.n.179.* Febr.- Arc. 5. n. 178. Arc. 85. n.184. 30.*Guaimarii*,-Mar.- Arc. 30. n. 69. & 3.*Johannis*- Apr.- Arc. 13. n. 1. Arc. 82. n. 67.* Aug.- Arc 32. n. 83. Arc. 43.n.183.*	II.	30.*Guaimarii*,-Sept. - Arc.87.n.344. & 3.*Johannis* 30.*Guaimarii*,-Oct.- Arc.6. n. 9.* & 1.GUAIMA-Nov.- Arc.42.n.230. RII *ejus filii* Arc.87.n.142. Arc.101.n.391.
1019.	II.	30.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 69. n.300. & 1.*Guaimarii* Febr. Arc. 83.n.108.* 31.*Guaimarii*,-Mar.- Arc. 5. n. 69.* & 1.*Guaimarii* Arc. 7. n. 2. Apr- Arc. 35. n.274. Jun.- Arc.59.n.275.* Aug.- Arc. 35. n.184. Arc.87. n.112.*	III.	
1020.	III.	31.*Guaimarii*,-Jan. - Arc. 44. n.183. & 2.*Guaimarii* Arc. 87. n.104. 32.*Guaimarii*,-Majo-Arc. 18.n. 116.* & 2.*Guaimarii*- Jun. -Arc. 86. n.276.* Jul. - Arc. 31. n. 38. Arc. 62. n.363.	IV.	32.*Guaimarii*,-Sept.-Arc.32.n.187. & 2.*Guaimarii* 32.*Guaimarii*,-Oct.-Arc. 82. n. 67.* & 3.*Guaimarii* Arc.85.n. 185. Arc.86. n. 314. Nov.-Arc.40.n.220.*
1021.	IV.	32.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 85. n.188. & 3.*Guaimarii* Arc.87. n.318. Febr.-Arc.18. n.116. Arc. 35. n.182. Arc. 85. n. 27. 33.*Guaimarii*-Mar. - Arc. 32. n.131. & 3.*Guaimarii*- Jul. - Arc.43. n.140.* Aug. - Arc.35. n. 52.	V.	33.*Guaimarii*,-Dec.-Arc.85.n.208. & 4. *Guaimarii*

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1022.	V.	34.*Guaimarii*,	Mar.- Arc. 19. n. 110.	VI.	34.*Guaimarii*,	Nov.- Arc. 74. n. 74.
		& 4.*Guaima-*	Apr.- Arc. 35. n. 275.		& 5.*Guaima-*	Arc. 86. n.238.
		rii	Arc.101.n.402.*		*rii*	Dec.- Arc. 82. n. 67.*
			Majo- Arc. 85. n. 86.			
			Junio-Arc. 11. n. 65.			
			Arc.86. n.192.			
			Julio - Arc.59.n.652.*			
			Aug.- Arc. 86. n.303.			
1023.	VI.	34.*Guaimarii*,	Jan.- Arc. 32. n. 80.	VII.	35.*Guaimarii*,	Sept.- Arc. 85. n. 52.
		& 5.*Guaima-*	Arc. 35. n. 28.		& 6.*Guaima-*	Nov.- Arc. 35. n.196.
		rii	Arc. 43. n. 99.*		*rii*	Arc. 38. n. 38.
		35.*Guaimarii*,	Apr.- Arc. 71. n.365.			
		& 5. *Guaima-*	Majo-Arc. 11. n. 12.			
		rii	Arc. 85. n.199.			
			Arc. 87. n.138.			
			Arc.101.n.443.*			
			Aug.-Arc. 30. n. 13.			
1024.	VII.	36.*Guaimarii*,	Marr.-Arc. 5. n. 50.*	VIII.	36.*Guaimarii*,	Dec.-Arc.42. n. 58.*
		& 6.*Guaima-*	Apr.- Arc. 17. n. 5.		& 7.*Guaima-*	
		rii	Junio-Arc.87.n.100.*		*rii*	
			Julio-Arc. 35.n. 61.			
1025.	VIII.	36.*Guaimarii*,	Jan. - Arc.35. n. 170.	IX.	37.*Guaimarii*,	Sept.-Arc. 59. n.224.
		& 7.*Guaima-*	& n.217.		& 8.*Guaima-*	Arc. 86. n.306.
		rii	Arc. 43.n.140.*		*rii*	Nov.- Arc.101.n.383.
			Febr.- Arc. 31. n.250.			
		37.*Guaimarii*,	Mar.-Arc.40. n.220.*			
		& 7.*Guaima-*	Arc. 59. n.652.*			
		rii	Arc. 87. n.120.*			
			Arm. I. G n. 9.			
			& n.28.*			
			Apr.- Arc. 31. n. 208.			
			Arc. 35. n. 215.			
			Arc. 87. n. 100.*			
			Majo- Arc. 35. n.144.			
			Jun.- Arc. 85. n.101.			
			Jul. - Arc. 30. n. 58.			
			Aug.- Arc. 31. n.203.			
			Arc. 84. n.215.			

1026.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS. LOC.
1026.	IX.	37.*Guaimarii*,	Jan.- Arc. 5. n. 50.*	X.	38.*Guaimarii*,	Oct.-Arc.87.n.273.
		& 8.*Guaima-*	Arc. 31. n. 198.*		& 9.*Guaima-*	Nov.-Arc. 86. n.129.
		rii	Arc. 32. n. 93.*		*rii*	Arc.87.n.120.*
			& n.196.			& n. 209.
			Arc. 43. n. 186.*			Dec.- Arc.86.n.171.*
		38.*Guaimarii*,	Mar.-Arc. 43. n.186.*			
		& 8.*Guaima-*	Arc. 44. n.179.			
		rii	Majo-Arc. 32. n. 61.			
			Arc. 87. n.152.			
			Jun. Arc. 87.n.100.*			
			& n.145.			
			Jul.- Arc. 72. n. 205.			
1027.	X.	38.*Guaimarii*,	Jan. Arc. 87. n. 337.	XI.	10.*Guaimarii*	Nov.- Arc. 18. n. 9.
		& 9.*Guaima-*	Febr.- Arc. 35. n. 84.			Arc. 30. n. 51.
		rii	Arc. 88. n.154.*			
		9. *Guaimarii*,	Apr.- Arc.87.n. 100.*			
		& 1.Gaitel-	Jun.- Arc. 11. n. 5.			
		grimae *Geni-*	& n.76.*			
		tricis suae	& n. 92.*			
			Arc.41. n.112.*			
			Arc.43. n.149.*			
			Jul. - Arc. 7. n. 172.*			
			Arc. 11. n. 6.			
1028.	XI.	10.*Guaimarii*	Jan. - Arc. 87.n.395.	XII.	11.*Guaimarii*	Oct.- Arc. 30. n. 63.
			Arc.101.n.402.			Arc. 35. n.138.
			Majo-Arc. 43. n. 99.*			& n.251.
			Arc. 86. n. 174.			Arc. 84. n.207.
			Aug. Arc. 87. n. 392.			Nov.-Arc. 30. n. 54.
						Arc.86. n.239.
						Dec.- Arc. 5. n. 69.*
						Arc.31. n.255.
						Arc.87. n.311.
						& n.327.
1029.	XII.	11.*Guaimarii*	Jan. - Arc. 35.n.207.	XIII.		
			Arc. 85.n.126.			
			Febr.- Arc. 18. n. 75.			
			Arc. 59. n.230.			
			Arc. 73. n. 13.			
			Arc. 87. n. 162.			

A.C.	IND.	ANN.PR. - MENS. - LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR. - MENS. - LOC.
1029.	XII.	11.*Guaimarii*-Mart.-Arc. 31. n.145.	XIII.	
		Arc. 35. n. 77.		
		Arc. 87. n.181.		
		Apr. - Arc. 5. n. 69.*		
		Majo- Arc. 35. n.168.		
		Arc. 87. n.181.		
		& n.265.		
		Jul. - Arc. 35. n. 49.		
1030.	XIII.	12.*Guaimarii*-Febr.- Arc. 11. n. 66.	XIV.	13.*Guaimarii* Sept.-Arc.101.n.296.
		Arc. 31. n. 65.		Nov.-Arc. 32. n.186.
		Arc. 43. n.140.*		Dec.- Arc. 74. n. 73.*
		Apr. - Arc. 5. n. 69.*		
		& n.217.		
		Arc 30. n. 28.		
		Jul. - Arc. 18. n. 37.		
1031.	XIV.	13.*Guaimarii*-Febr.- Arc. 31. n. 168.	XV.	14.*Guaimarii*-Oct.- Arc. 59. n.187.
		Mar.- Arc. 5. n. 69.*		Nov. Arc. 18. n. 86.
		Apr.-Arm.II. L n. 47.		Arc. 87. n.369.
		Majo- Arc. 5. n. 69.*		
		Arc. 43. n. 98.		
		Arc. 86. n.317.		
		Arc. 88. n.154.*		
		Jun. - Arc. 84. n. 213.		
		Aug. - Arc. 42. n. 137.		
		Arc. 87. n. 224.		
1032.	XV.	14.*Guaimarii*-Jan. - Arc. 5. n. 69.*	I.	15.*Guaimarii*-Oct.- Arc. 5. n. 41.*
		Febr.-Arc. 42. n.237.		Dec.-Arc. 5. n. 69.*
		Arc. 44. n.259.*		
		Arc. 84. n. 230.		
		Mart.-Arc. 88. n.154.*		
		Apr. - Arc. 32. n. 108.		
		Arc. 88. n. 84.*		
		Jun. - Arc. 11. n. 26.*		
		Arc. 71. n. 122.		
1033.	I.	15.*Guaimarii*-Febr.-Arc. 43. n.140.*	II.	16.*Guaimarii* Oct.- Arc. 31. n. 134.
		Arc. 87. n. 269.		& n. 209.
		Apr. - Arc. 87. n.203.		Arc. 35. n.156.
		Majo- Arc. 87. n.235.		Nov. Arc. 32. n. 53.
		Jun. - Arc. 71. n. 285.*		Arc. 64. n.897.
				Dec. - Arc. 35. n 95.
				& n.180.

1034.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
1034.	II.	16.*Guaimarii*	Jan.	Arc. 41. n. 35.*	III.	17.*Guaimarii*	Oct.	Arc. 85. n. 179.*
				Arc. 82. n. 67.*			Nov.	Arc. 43. n. 186.*
			Febr.	Arc. 5. n. 69.*				Arc. 85. n. 34.
				Arc. 18. n. 56.				& n. 179.*
				Arc. 60. n. 812.			Dec.	Arc. 59. n. 727.
				Arc. 87. n. 266.				Arc. 61. n. 419.
			Mart.	Arc. 43. n. 186.				Arc. 86. n. 220.
				Arc. 59. n. 615.				
				& n. 739.				
				Arc. 60. n. 866.				
				Arc. 110. n. 8.				
			Apr.	Arc. 17. n. 3.				
				Arc. 43. n. 186.*				
			Majo	Arc. 43. n. 140.*				
				Arc. 44. n. 287.				
				Arc. 87. n. 396.				
			Jul.	Arc. 35. n. 47.				
			Aug.	Arc. 85. n. 163.				
1035.	III.	17.*Guaimarii*	Jan.	Arc. 35. n. 66.	IV.	18.*Guaimarii*	Sept.	Arc. 101. n. 280.*
				Arc. 85. n. 193.			Oct.	Arc. 32. n. 201.
				Arc. 86. n. 307.			Nov.	Arc. 35. n. 37.
				Arc. 87. n. 359.			Dec.	Arc. 32. n. 181.
				Arc. 101. n. 280.*				& n. 361.
			Febr.	Arc. 11. n. 76.*				Arc. 35. n. 91.
				Arc. 35. n. 27.				Arc. 60. n. 574.
			Mart.	Arc. 5. n. 74.				Arc. 86. n. 262.*
			Apr.	Arc. 32. n. 172.				Arc. 87. n. 116.
				Arc. 86. n. 188.				
			Jun.	Arc. 87. n. 193.				
			Julio	Arc. 30. n. 110.				
				Arm. I. G n. 8.				
1036.	IV.	18.*Guaimarii*	Jan.	Arc. 11. n. 14.	V.	19.*Guaimarii*	Sept.	Arc. 11. n. 15.
				Arc. 30. n. 80.			Nov.	Arc. 44. n. 206.*
				Arc. 85. n. 206.				
			Mart.	Arc. 87. n. 112.*				
				& n. 264.				
			Apr.	Arc. 31. n. 33.				
			Majo	Arc. 40. n. 62.				
			Julio	Arc. 40. n. 220.*				
				Arc. 59. n. 196.				

1037.

A.C.-IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.	a Septembri IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1037. V.	19.*Guaimarii*	Jan. - Arc. 5. n. 69. *	VI.	20.*Guaimarii*	Sept.-Arc. 35. n.103.
		Arc. 85. n.190.			Arc.101.n.298.*
		Arc.86.n.171.*		20.*Guaimarii*,	Sept.-Arc. 25. n. 14.
		Mar.- Arc.101.n.81.*		& 1. JOHANNIS	Arc.31.n.138.*
		Apr.- Arc.101.n.304.*		*ejus filii*	Arc. 84.n.224.
		Majo-Arc. 72. n.219.			Dec.- Arc. 84. n. 206.
		Arc. 86. n.219.			Arc. 85.n.220.*
		Aug. -Arc. 31.n.131.*			Arc.87. n.100.*
		Arc. 42. n.48.*			
		&n.168.			
		Arc. 73. n. 10.			
		Arc. 74.n.412.			
1038. VI.	20*Guaimarii*,	Jan.- Arc. 31. n. 219.	VII.	21.*Guaimarii*,	Nov.-Arc.87.n.100.*
	& 1.*Johannis*	Arc. 86. n.262.*		& 2.*Johannis*,	
		Arc.87. n.100.*		& 1.*Principatus*	
		Arc. 88.n.210.		*Capuae*	
		Arc.101.n.516.			
		Febr.- Arc.86.n.262.*			
		Apr.- Arc. 6. n. 9. *			
		Majo- Arc. 6. n. 9. *			
		Arc. 43.n.186.*			
		Arc. 85. n.130.			
		Jun. - Arc. 86. n.276.			
		Arc. 101.n.367.			
		Jul. - Arc. 64. n. 890.			
	20.*Guaimarii*,	Aug.- Arc.84. n.237.*			
	& 1.*Johannis*,				
	& 1. *Principatus* CAPUAE				
1039. VII.	21.*Guaimarii*,	Febr.-Arc. 32. n. 109.	VIII.		
	& 1.*Capuae*	Mar.- Arc.101. n.260.			
		Apr.- Arc. 73. n. 20.			
	21.*Guaimarii*,	Apr.-Arc. 42. n. 199.			
	& 1.*Capuae*	Majo-Arc. 30. n. 67.			
	& *Ducatus*	Arc. 35. n. 26.			
	AMALFIAE	Arc. 82. n. 89.*			
		Jun.- Arc. 85. n.183.			
		&n. 202.			
		Julio- Arc. 18. n.208.			
		Arc. 73. n. 25.			

1039.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.	IND. (a Septembri)	ANN.PR.	MENS.	LOC.
1039.	VII.	21. *Guaimarii*, & 1. *Capuae*, *Amalphiae*, & *Ducatus* Sirrenti	Aug.	Arc. 30. n. 4.	VIII.	22. *Guaimarii*	Sept.	Arc. 71. n. 345.
						2. *Capuae*, & 1. *Amalphiae*, & *Sirrenti*	Oct.	Arc. 35. n. 163. Arc. 87. n. 100.*
							Dec.	Arc. 30. n. 48. Arc. 31. n. 34. & n. 198.* Arc. 32. n. 93.* Arc. 87. n. 339.
1040.	VIII.	22. *Guaimarii*, 2. *Capuae*, & 1.	Jan.	Arc. 30. n. 62.	IX.	23. *Guaimarii*	Sept.	Arc. 82. n. 67.*
		Amalphiae, & *Sirrenti*	Febr.	Arc. 11. n. 11.* Arc. 88. n. 218.* Arc. 101. n. 280.*		3. *Capuae*, &	Oct.	Arc. 85. n. 144.
			Mar.	Arc. 30. n. 174. Arc. 85. n. 179.*		2. *Amalphiae*, & *Sirrenti*	Nov.	Arc. 43. n. 140.* Arc. 61. n. 437.* Arc. 63. n. 561.* & n. 571.* Arc. 87. n. 313.
			Apr.	Arc. 11. n. 69.				
		22. *Guaimarii*, 2. *Capuae*, & *Amalphiae*, & 1. *Sirrenti*	Majo	Arc. 35. n. 216.* Arc. 85. n. 200.				
		22. *Guaimarii*, & 2. *Capuae*, *Amalphiae*, & *Sirrenti*	Jul.	Arc. 35. n. 83.				
1041.	IX.	23. *Guaimarii*, 3. *Capuae*, & 2. *Amalphiae*, & *Sirrenti*	Jan.	Arc. 7. n. 18.* Arc. 11. n. 70. Arc. 42. n. 145. Arc. 82. n. 89.* Arc. 87. n. 105.	X.			
			Febr.	Arc. 25. n. 8. Arc. 32. n. 88. Arc. 59. n. 200.				
			Mar.	Arc. 31. n. 184. Arc. 43. n. 186.* Arc. 85. n. 137.				
			Apr.	Arc. 35. n. 157.				
		23. *Guaimarii*, 3. *Capuae*, & *Amalphiae*, & 2. *Sirrenti*	Apr.	Arc. 59. n. 604. Arc. 86. n. 268.*				
			Majo	Arc. 85. n. 10. Arc. 86. n. 228.				
			Julio	Arc. 87. n. 100.* Arc. 101. n. 304.*				

A.C.-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

1041. IX. 23.*Guaimarii*-Aug.- Arc. 31. n.141.
3.*Capuae*, *Amalphiae*, & *Sirrenti* Arc. 86. n.202.
23.*Guaimarii*-Aug.- Arc.84.n.192.*
4. *Capuae*, 3. *Amalphiae*, & *Sirrenti*

1042. X. 24.*Guaimarii*,-Jan. - Arc. 5. n. 69.*
4.*Capuae*, & 3. *Amalphiae*, & *Sirrenti* Arc. 31.n.259.
Arc. 32.n.184.
Arc. 82.n. 89.*
Febr.- Arc.87. n.100.*
Mart.-Arc.59.n.201.
Arc.86.n.165.
Arc.101.n.304.*
Apr.- Arc.101.n.288.
24.*Guaimarii*,-Apr.- Arc. 31. n. 31.
4.*Capuae*, 3.*Amalphiae* & *Sirrenti*, & 1.GISULPHI *ejus filii*.
24.*Guaimarii*-Majo- Arc. 5. n. 50.*
4. *Capuae*, & *Amalphiae*, 3. *Sirrenti*, & 1. *Gisulphi* & n. 69.*
& n. 97.
& n.204.
Arc. 85.n.181.
Jun. - Arc. 6. n. 9. *
Arc. 31. n.43.
Arc. 62.n.545.
Arc. 85. n. 68.
Arc. 87. n.258.
& n.316.
Julio-Arc. 32. n.115.
24.*Guaimarii*-Julio- Arc. 32. n. 95.
4.*Capuae*, & *Amalphiae*, & *Sirrenti*, & 1. *Gisulphi*. Arc. 35.n.176.*

a Septembri

IND. - ANN.PR. - MENS. - LOC.

X. 24.*Guaimarii*-Sept.- Arc. 32. n. 98.
4 *Capuae*, & 3.*Amalphiae*, & *Sirrenti*. Arc.35. n. 80.
& n.82.*
Arc. 40. n. 55.*
Oct.-Arc.32.n.126.
Nov.-Arc. 31. n.23.
Arc.87. n.377.

XI. 25.*Guaimarii*,-Sept.-Arc.31.n.158.
5. *Capuae*, 4. *Amalphiae*, & *Sirrenti*, & 1.-Nov.-Arc. 35.n.142.
Arc. 74. n. 83.
Arc. 86. n.316.
Gisulphi Arc. 73. n. 79.

A.C. - IND. - ANN.PR.-MENS.-LOC.

1043. XI. 25.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 31. n. 138.
5.Capuae, 4. Arc. 71. n. 124.
Amalphiae, & & n. 306.†
Sirrenti, & 1. Arc. 86. n. 234.
Gisulphi - Febr.- Arc. 85. n. 125.
25.*Guaimarii*,-Febr.- Arc. 84. n. 209.
5.*Capuae*, 4. Mar. - Arc. 35. n. 82.*
Amalphiae, & Arc. 43. n. 47.
Sirrenti, 1. *Gisulphi*, & 1. *Ducatuum* APULIAE, & CALABRIAE.
25.*Guaimarii*,-Apr.- Arc. 101. n. 304.*
5.*Capuae*, &
4.*Amalphiae*,
& *Sirrenti*, 2.
Gisulphi, & 1.
Apuliae, & *Calabriae*.
25.*Guaimarii*,-Apr.- Arc. 5. n. 69.*
5. *Capuae*, & Arc. 40. n. 55.*
Amalphiae, 4. Arc. 44. n. 289.
Sirrenti, 2. *Gi-* Majo- Arc. 84. n. 21.*
sulphi, & 1. Jun.- Arc. 87. n. 226.
Apuliae & *Calabriae*.
25.*Guaimarii*,-Aug.- Arc. 18. n. 41.
5. *Capuae*, *Amalphiae*, & Arc. 87. n. 112.*
& n. 120.
Sirrenti, 2.
Gisulphi, & 1.
Apuliae, &
Calabriae.

a Septembri

IND.- ANN.PRINC..MENS.-LOC.

XII. 26.*Guaimarii*,-Oct.- Arc. 11. n. 16.
6.*Capuae*, 5. *A-* Arc. 85. n. 220.*
malphiae, & -Nov.- Arc. 35. n. 82.*
Sirrenti, 2. -Dec. - Arc. 87. n. 147.
Gisulphi, & 1.
Apuliae, &
Calabriae.
26.*Guaimarii*- Dec.-Arm. I. G n. 67.
6. *Capuae*, 5.
Amalphiae, &
Sirrenti, 2. *Gisulphi* & 2. *Apuliae*, & *Calabriae*.

1022.

† *Advertendum hoc in Instrumento Arc.* 71. *n.* 306. *additum esse in notis anno* 1. *Ducatuum Apuliae*, & *Calabriae, quod neque in ceteris Januarii, nec in primo Februarii instrumento invenitur*.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.	IND. (a Septembri)	ANN.PR.	MENS.	LOC.
1044.	XII.	26. *Guaimarii*, 6. *Capuae*, 5. *Amalphiae*, & *Sirrenti*, 2. *Gisulphi*, & 1. *Apuliae* & *Calabriae* †.	Jan.	Arc. 84. n. 190.* Arc. 85. n. 179.* Arc. 87. n. 100.*	XIII.	27. *Guaimarii*, 7. *Capuae*, 6. *Amalphiae*, & *Sirrenti*, 3. *Gisulphi*, & 2. *Apuliae*, & *Calabriae*.	Sept.	Arc. 35. n. 249.
		26. *Guaimarii*, 6. *Capuae*, & *Amalphiae*, 5. *Sirrenti*, 2. *Gisulphi*, & 2. *Apuliae* & *Calabriae*.	Apr.	Arc. 87. n. 290.				
		26. *Guaimarii*, 6. *Capuae*, & *Amalphiae*, 5. *Sirrenti*, 3. *Gisulphi*, & 2. *Apuliae*, & *Calabriae*.	Majo / & Jun.	Arc. 87. n. 121. / Arc. 18. n. 61.				
1045.	XIII.	27. *Guaimarii*, 7. *Capuae*, 6. *Amalphiae*, & *Sirrenti* 3. *Gisulphi*, & 3. *Apuliae*, & *Calabriae*.	Mart.	Arc. 32. n. 151.	XIV.			

1045.

† *Nisi error in antecedentis anni Diploma* (*Arm. I. G n.* 67.) *mensis Decembris*, *in cujus notis secundus numeratur annus Ducatuum Apuliae*, & *Calabriae*, *irrepserit*, *quem irrepsisse inverisimile est*, *fuit enim scriptum per Cancellarium Sacri Palatii*, *quem latere tempus dominii Principis sui parum credibile est*, *tria haec citata Instrumenta*, *quae mense Januario primum adhuc dictorum Ducatuum annum referunt*, *falsis notis laborant*. *Id vero mirum non est*, *quum intra alias membranas referantur*, *ac proinde falso per Exscriptores forte translata*. *Diplomatis interim annus secundus instrumento Januarii* (*Arc.* 71. *n.* 306.) *superioris anni*, *quod primum annum refert*, *ut advertimus*, *uniformius est*, *ut consideranti patet*.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1045.	XIII.	27.*Guaimarii*, 7. *Capuae*, & *Amalphiae*, 6. *Sirrenti*, 3. *Gisulphi*, & 3. *Apuliae*, & *Calabriae*.	Apr.-Arc. 87. n.100.*
		27. *Guaimarii*, 7. *Capuae*, & *Amalphiae*, 6. *Sirrenti*, 4. *Gisulphi*, et 3. *Apuliae*, et *Calabriae*.	Majo-Arc. 32. n. 142.
		27. *Guaimarii*, 7. *Capuae*, *Amalphiae*, & *Sirrenti*, 4. *Gisulphi*, & 3. *Apuliae*, & *Calabriae*.	Aug.- Arc. 84. n. 210. Arc. 87. n. 112.*
1046.	XIV.	28. *Guaimarii*, 8. *Capuae*, 7. *Amalphiae*, & *Sirrenti*, 4. *Gisulphi*, & 3. *Apuliae* & *Calabriae*,	Jan. -Arc. 5. n. 167. Arc. 11. n. 17. Arc. 31. n. 107. Febr.-Arc. 36. n. 293.
		28. *Guaimarii*, 8. *Capuae*, & *Amalphiae*, 7. *Sirrenti*, 5. *Gisulphi*, & 4. *Apuliae*, & *Calabriae*	Apr.-Arc. 31. n. 55. & n. 87. Arc. 32. n. 40. Arc. 84. n. 190. Arc. 85. n. 178.* & n. 179.* Majo-Arc. 87. n. 66.* Jun.- Arc. 85. n. 179.* Julio- Arc. 87. n. 376.* Arc. 101. n. 507.*

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
XIV.	28. *Guaimarii*, 8. *Capuae*, 7. *Amalphiae*, & *Sirrenti*, 4. *Gisulphi*, et 3. *Apuliae*, et *Calabriae*;	Dec.- Arc. 30. n. 135. & n. 136. Arc. 59. n. 202. Arc. 88. n. 147.*
XIV.		

A.C.-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

1046. XIV. 28.*Guaimarii*, Julio-Arc. 85. n. 92.
8. *Capuae*,
Amalphiae, *&*
Sirrenti, 5. *Gi-*
sulphi, *et* 4.
Apuliae, *&*
Calabriae.

1047. XV. 29.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 40. n. 55.*
9. *Capuae*, 8. Arc. 43. n.186.*
Amalphiae, *et*
Sirrenti, 5. *Gi-*
sulphi, *et* 4.
Apuliae, *et*
Calabriae.

29.*Guaimarii*,-Jan.- Arc. 7. n.172.*
9. *Capuae*, 8.
Amalphiae, *et*
Sirrenti, 5. *Gi-*
sulphi *et* 5.
Apuliae, *et*
Calabriae.

29.*Guaimarii*,-Mar.-Arc. 5. n. 69.*
9. *Capuae*, 8.
Amalphiae, *et*
Sirrenti, *et* 5.
Gisulphi

29.*Guaimarii*,-Mar.-Arc. 84. n. 21.
8. *Amalphiae*,-Apr. - Arc. 72. n.220.
et Sirrenti, *et*
5. *Gisulphi*

29.*Guaimarii*,-Apr. - Arc. 32. n.218.
9.*Amalphiae*, Arc. 87. n.351.
8. *Sirrenti*, - Majo- Arc. 32. n. 60.
& 6.*Gisulphi* & n.137.
Jun. - Arc. 32. n.208.
Arc. 35. n. 74.
Arc. 61. n.378.*
Arc. 63. n.698.
Arc. 64. n.785.*
Arm.I.H n.44.*
Jul. - Arm.I.E n. 31.

a Septembri

IND.- ANN.PR.-MENS.-LOC.

XV. 29.*Guaimarii*,-Nov.-Arc.31. n.196.
9.*Capuae*, 8. -Dec.- Arc. 43. n. 20.
Amalphiae, Arc.87. n.376.
& *Sirrenti*,
5.*Gisulphi*,
& 4.*Apuliae*,
& *Calabriae*.

I.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
1047.	XV.	29. *Guaimarii*,	Jul.	Arc. 44. n. 284.
		9 *Amalphiae*,	Aug.	Arc. 86. n. 169.
		et Sirrenti, et		
		6. *Gisulphi*		
1048.	I.	30. *Guaimarii*,	Mar.	Arc. 84. n. 192.*
		9. *Amalphiae*,		Arc. 87. n. 255.
		et Sirrenti, et		
		6. *Gisulphi*.		
		30. *Guaimarii*,	Apr.	Arc. 83. n. 146.*
		10. *Amalphiae*,	Majo	Arc. 87. n. 100.*
		9. *Sirrenti, &*	Jun.	Arc. 87. n. 179.
		7. *Gisulphi*		
1049.	II.	31. *Guaimarii*,	Febr.	Arc. 25. n. 9.
		10. *Amalphiae*,		Arc. 30. n. 6.
		et Sirrenti, et	Mar.	Arc. 87. n. 5.*
		7. *Gisulphi*		
		31. *Guaimarii*,	Apr.	Arc. 18. n. 108.
		11. *Amalphiae*,		Arc. 73. n. 66.
		10. *Sirrenti, et*	Majo	Arc. 59. n. 235.
		8. *Gisulphi*		Arc. 63. n. 576.
		31. *Guaimarii*	Jul.	Arc. 59. n. 236.
		11. *Amalphiae*,	Aug.	Arc. 35. n. 133.
		et Sirr enti, et		& n. 178.
		8. *Gisulphi*		Arc. 69. n. 317.
				Arc. 86. n. 236.
1050.	III.	32. *Guaimarii*,	Febr.	Arc. 18. n. 191.
		11. *Amalphiae*,		Arc. 31. n. 231.
		et Sirrenti,	Mart.	Arc. 87. n. 315.
		et 8. *Gisul-phi*	Apr.	Arc. 5. n. 45.
		32. *Guaimarii*,	Apr.	Arc. 32. n. 96.
		12. *Amalphiae*.		
		11. *Sirrenti, et*		
		8. *Gisulphi*		

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
I.	30. *Guaimarii*,	Sept.	Arc. 31. n. 198.
	9. *Amalphiae*,		Arc. 32. n. 93.
	et Sirrenti,		Arc. 85. n. 179.*
	et 6. *Gisulphi*		Arc. 87. n. 129.
			& n. 256.
		Nov.	Arc. 32. n. 217.
II.	31. *Guaimarii*,	Oct.	Arc. 18. n. 55.
	10. *Amalphiae*		& n. 143.
	& Sirrenti, &		Arc. 82. n. 115.*
	7. *Gisulphi*		Arc. 87. n. 350.
		Dec.	Arc. 20. n. 80.
			Arc. 30. n. 163.
			Arc. 31. n. 169.
			Arc. 32. n. 173.
			Arc. 43. n. 183.
III.	32. *Guaimarii*,	Oct.	Arc. 6. n. 9.*
	11. *Amalphiae*,		Arc. 86. n. 299.
	& Sirrenti, &	Nov.	Arc. 85. n. 179.*
	8. *Gisulphi*	Dec.	Arc. 25. n. 11.
			Arc. 101. n. 304.*
			Arm. I. H n. 44.*
IV.			

A.C.-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

1050. III. 32._Guaimarii_,-Majo-Arc. 87. n.174.*
12._Amalphiae_,-Julio-Arc. 6. n. 9.*
11._Sirrenti_, Arc. 11. n. 19.
et 9._Gisulphi_ Arc. 35. n.216.
Arc. 85.n.179.*
32._Guaimarii_,-Aug.- Arc. 60. n.303.*
12._Amalphiae_, & n.804.*
& _Sirrenti_, Arc. 62.n.384.*
& 9._Gisulphi_

1051. IV. 33._Guaimarii_,-Jan.- Arc. 84. n.173.
12._Amalphiae_,-Febr.-Arc. 85. n.179.*
& _Sirrenti_, et- Mar.- Arc. 85. n.110.
9._Gisulphi_.
33._Guaimarii_,-Mar. - Arc. 6. n. 9.*
12._Amalphiae_, Arc. 60. n. 317.
& _Sirrenti_,& Arm. I. G n.11.
10. _Gisulphi_ - Apr.- Arc. 59. n.237.
33._Guaimarii_,-Apr.- Arc. 85. n.179.*
13._Amalphiae_,-Majo-Arc. 11. n. 20.
12._Sirrenti_ et Arc. 43. n. 99.*
10._Gisulphi_ Arc. 84. n.138.*
Arc. 85. n. 213.
Arc. 86. n.278.*
Jun.- Arc. 71. n. 125.
Arc. 87. n.100.*

1052. V. 34._Guaimarii_,-Jan.- Arc. 69. n. 304.
13._Amalphiae_,-Febr.- Arc. 31. n.156.
et _Sirrenti_, et Arc. 35. n. 54.
10._Gisulphi_ Arc. 42. n.171.
Arc. 62. n.412.
Arc. 86. n.103.
11._Gisulphi_ - Aug. - Arc. 41. n. 106.*

1053. VI. 11._Gisulphi_ - Jan. - Arc. 40. n.220.*
Arc. 87. n. 100.*
12._Gisulphi_ - Mart.-Arc. 59. n.203.
Arc. 82. n. 67.*
Apr. - Arc. 5. n. 69.*
Arc. 84. n. 237.
Majo - Arc. 11. n. 25.*

a Septembri

IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

IV. 33._Guaimarii_,-Nov.- Arc. 40. n. 2.
12._Amalphiae_, & n.3.
& _Sirrenti_,& Arm. I. E n.85.
9._Gisulphi_

V. 34._Guaimarii_,-Sept.- Arc.86.n.171.
13._Amalphiae_,-Dec.-Arc.85.n.179.*
& _Sirrenti_,& Arc. 86. n.285.
10._Gisulphi_

VI. 11._Gisulphi_ - Sept.-Arc. 87.n.347.
Oct.- Arc. 73. n. 19.
Arc. 85. n. 194.
Arc. 86. n.278.*
Dec.-Arc. 36. n. 43.
Arc. 85. n.179.*
Arc. 87. n. 221.

VII.

A.C.-IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1053. VI.	12.*Gisulphi*	Majo-Arc. 40. n. 3.*
		Arc. 71. n. 134.
		Arc. 82. n. 67.*
		Arc. 87. n. 379.*
		Arc. 101. n. 404.*
		Jun. - Arc. 11. n. 25.*
		Arc. 86. n. 138.
		Arc. 101. n. 404.*
		Jul. - Arc. 101. n. 44.
		& n. 280.*
		Aug. - Arc. 11. n. 25.*
		Arc. 30. n. 84.
		Arc. 32. n. 177.
		Arc. 101. n. 404.*
1054. VII.	12.*Gisulphi*	Jan.- Arc. 11. n. 25.*
		Arc. 101. n. 404.*
		Febr.- Arc. 59. n. 222.
		Arc. 85. n. 142.
		Arm. I. E n. 9.
	13.*Gisulphi*	Apr.- Arc. 30. n. 7.
		Arc. 42. n. 143.
		Arc. 82. n. 67.
		Majo- Arc. 6. n. 9.*
		Arc. 25. n. 10.
		& n. 12.
		Arc. 82. n. 89.*
		Arc. 86. n. 83.
		& n. 232.
		Arc. 87. n. 378.
		& n. 399.*
		Jun. - Arc. 63. n. 658.*
		Arc. 82. n. 78.*
		Arc. 85. n. 201.
		Arc. 86. n. 267.*
		Arc. 101. n. 529.
		Julio Arc. 71. n. 335.
		Aug. - Arc. 86. n. 310.*
1055. VIII.	13.*Gisulphi*	Jan. - Arc. 84. n. 4.
		Febr.- Arc. 72. n. 216.

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
VII.	12.*Gisulphi*	Sept.-Arc. 82. n. 115.*
		Dec. Arc. 87. n. 364.
VIII.	13.*Gisulphi*	Sept.-Arc. 101. n. 347.
		Oct.-Arc. 71. n. 133.
		Arc. 88. n. 147.*
		Nov.-Arc. 40. n. 220.*
		Arc. 43. n. 187.*
		Arc. 87. n. 259.
IX.		

A.C.-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.			a Septembri IND. - ANN.PR. -MENS. - LOC.
1055. VIII.	13.*Gisulphi* -	Mar.- Arc. 41. n. 37.*	IX. 14.*Gisulphi* - Oct.- Arc. 11. n. 25.*
		Arc. 42. n. 68.	Arc. 101. n. 404.*
	14.*Gisulphi* -	Apr - Arc. 32. n. 72.	
		Arc. 35. n. 110.	
		Arc. 84. n. 7.	
		Majo- Arc. 86. n. 158.	
		Arc. 87. n. 365.	
		Junio-Arc. 69. n. 199.*	
		Arc. 70. n. 60.*	
		Arc. 71. n. 106.*	
		Arc. 84. n. 193.*	
		Arc. 101. n. 501.	
1056. IX.	14.*Gisulphi* -	Jan. -Arc. 88. n. 41.	X. 15.*Gisulphi* - Sept.-Arc. 87. n. 100.*
		Febr.-Arc. 35. n. 82.	& n. 151.*
		Arc. 87. n. 127.	Dec.- Arc. 87. n. 207.
		Arc. 88. n. 78.	
		Mar. - Arc. 63. n. 695.	
	15.*Gisulphi* -	Mar.- Arc. 62. n. 384.	
		Apr. - Arc. 82. n. 39.	
		Arc. 86. n. 266.*	
		Majo-Arc. 87. n. 183.*	
		Arc. 101. n. 81.*	
		Junio-Arc. 62. n. 428.	
		Arc. 70. n. 60.*	
		Arc. 71. n. 106.	
		Arc. 84. n. 214.	
		Arc. 86. n. 91.	
		Jul.- Arc. 44. n. 3.*	
		Arc. 48. n. 8.*	
		Arc 62. n. 428.	
		Aug.- Arc. 86. n. 42.	
		& n. 82.	
1057. X.	15.*Gisulphi* -	Jan.- Arc. 87. n. 128.*	XI.
		Febr.-Arc. 40. n. 178.	
		Arc. 63. n. 627.	
		Arc. 64. n. 775.	
		Arc. 73. n. 17.	
		Arc. 85. n. 219.	
		Arc. 88. n. 84.*	

1057.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.
1057.	X.	16.*Gisulphi*	Mar.	Arc. 6. n. 9.*
				Arc. 86. n. 98.*
				Arc. 87. n.151.
				Arc.101.n.360.
			Majo	Arc. 5. n. 10.*
				Arc. 31. n. 40.
				Arc. 40. n.237.
				Arc. 84. n. 6.*
				Arc. 88. n.161.*
				Arc. 101. n.303.
				& n. 360.
1058.	XI.	16.*Gisulphi*	Jan.	Arc. 43. n. 9.
				& n.147.*
				Arc.101.n.361.*
			Febr.	Arc. 11. n.25.*
				Arc. 18. n. 199.
				Arc. 41. n. 73.*
				Arc. 42. n. 117.
				Arc. 84. n. 6.*
				& n.193.*
				Arc.101. n.361.
				& n.404.*
			Mar.	Arc. 84. n. 140.*
		17.*Gisulphi*	Mar.	Arc. 84. n. 193.
				& n. 198.*
				Arc. 86. n. 115.
				Arc. 87. n.119.
				& n. 238.
				Arc.101. n.81.*
			Apr.	Arc. 40. n. 3.*
				Arc. 44. n. 203.
			Majo	Arc. 87. n. 183.
			Jun.	Arc. 85. n. 243.
				Arc. 86. n. 203.
			Jul.	Arc. 11. n. 71.
				Arc. 88. n.218.*
				Arc.101. n.339.
			Aug.	Arc. 44. n. 263.
				Arc. 59. n.652.*
				Arm. I.·G. n. 12.

a Septembri

IND.	ANN.PRINC.	MENS.	LOC.
XI.	16.*Gisulphi*	Oct.	Arc. 62. n.450.
		Nov.	Arc. 7. n. 10.*
			Arc. 40. n.244.
			Arc. 41. n. 58.*
			& n.104.*
			Arc. 42. n. 161.
			Arc. 86. n. 37.
			Arc. 88. n. 248.
		Dec.	Arc. 5. n. 9.
			Arc. 43.n.109.*
			Arc. 88.n.218.*
			Arc. 101. n.306.
XII.	17.*Gisulphi*	Sept.	Arc. 44. n. 4.*
			Arc.59.n. 652.*
			Arc. 85. n. 67.
		Nov.	Arc. 44. n. 3.*
			Arc. 85. n.76.*
			& n.136.
			Arc. 87. n.234.
		Dec.	Arc. 40. n.199.*
			Arc.41. n.37.*
			Arc. 85. n. 14.
			& n. 93.*
			Arc. 87. n.161.
			& n.357.

1059.

A..C-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

1059. XII. 17.*Gisulphi* - Jan. - Arc. 5. n. 32.*
Febr.- Arc. 44. n. 3. *
Arc. 87. n.156.
Arc.101.n.443.
Arm.I. G n. 68.
18.*Gisulphi* - Mart.-Arc. 85.n.179.*
Arc. 87. n. 260.
Apr.- Arc. 5. n. 10.*
Majo- Arc. 85. n. 146.
& n.147.
Jun. Arc. 82. n. 167.*
Arc. 87.n.380.
Jul.- Arc. 42. n. 89.*
& n 122.
Arc. 86. n.262.
Aug. -Arc. 86. n. 130.
Arc. 87. n. 135.

1060. XIII. 18.*Gisulphi* - Jan. - Arc. 88. n.107.
Febr. - Arc. 42. n.89.*
19.*Gisulphi* - Apr. - Arc. 88 .n.193.
Majo- Arc. 40. n. 53.
Jun. - Arc. 40. n. 257.
Julio- Arc. 32. n. 65.
Arc. 35. n. 75.
Arc. 87. n.128.
Arm. I. G n. 69.
Aug.- Arc. 87. n.114.

1061. XIV. 19.*Gisulphi* - Jan. - Arc. 42. n. 90.
& n.203.*
Arc. 88. n. 22.*
Arc.101.n.285.*
Febr. - Arc. 44. n. 226.
Arc. 85.n.179.*
20.*Gisulphi* - Apr.- Arc. 43. n. 99.*
Majo-Arc. 41. n. 69.*
Arc. 44. n.100.*
Arc. 87. n. 5.*
Arc. 88. n. 154.
Jun. - Arc. 40. n. 200.
& n.200.*
Julio- Arc. 5. n. 137.*
Arc.101. n. 36.
Aug.- Arc. 41. n-106.*

a Septembri
IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.

XIII. 18. *Gisulphi* - Sept.Arc. 41. n. 72.*
Arc.43.n.186.
Arc. 44. n.117.
Arc.101. n. 53.
& n.331.
Nov.-Arc. 87. n.379.
Arc.88. n.147.*
Dec.-Arc. 86. n.166.

XIV. 19.*Gisulphi* - Sept.- Arc. 85. n. 72.
Arc. 86.n.268.*
Oct.-Arc. 18. n. 186.
Arc. 60. n.666.
Nov.-Arc. 44. n.154.
Arc.44.n.154.*

XV. 20.*Gisulphi* - Sept.-Arc. 15. n. 71.*
Arc. 43. n. 52.
Arc. 86. n.98.*
Oct.- Arc. 6. n. 6.*
Arc. 15. n. 71.
Arc.43. n.109.*
Arc.44. n.117.*
Arc. 87. n.141.
Arc.88. n.218.*
Arc. 101. n. 22.
& n. 506.
Nov.-Arc.101.n.350.
Dec.- Arc. 30. n. 50.
Arc. 87. n. 125.

1062.

A.C.-IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1062. XV.	20.*Gisulphi*	Jan. - Arc.101.n.356.
	21.*Gisulphi*	Mart.- Arc. 32. n.219.
		Apr.- Arc.35. n. 158.
		Arc.101.n.363.
		Majo -Arc. 43. n. 99.*
		& n.144.*
		Jun. - Arc. 40. n. 263.
		Arc. 43. n.99.*
		Arc.101.n.390.
		Julio - Arc.43. n. 99. *
		Arc. 85. n.148.
		Arc. 87. n. 5. *
		& n. 100.*
1063. I.	21.*Gisulphi*	Jan. - Arc.86. n.120.*
		Febr.- Arc. 5. n. 19.*
		Arc.44. n.113.*
		Arc.101.n.300.
		Mart.- Arc. 40. n. 3. *
		Arc.101.n.149.*
	22.*Gisulphi*	Mar. -Arc. 42. n.113.*
		Apr. - Arc.11. n. 22. *
		& n.26.*
		& n.76.*
		& n. 92.*
		Arc.40. n. 220.*
		Arc.41. n.112.*
		Arc. 43. n.101.
		& n. 149.
		Arc. 85. n. 40.*
		Jun. - Arc. 44.n.117.*
		Arc.101.n.301.
		& n. 304.
		Julio-Arc.101.n.266.
1064. II.	22.*Gisulphi*	Jan. - Arc. 11. n. 21.
		& n.22.*
		& n. 92.*
		Arc. 32. n. 133.
		Arc. 41. n. 112.*
		Arc. 43. n. 46. *

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.- LOC.
I.	21.*Gisulphi*	Sept.- Arc. 101.n.345.
		Oct. - Arc. 87. n.389.
		Nov.-Arc.40.n.261.*
		Arc. 83. n.149.
		Arc.101.n.349.
		Dec.- Arc. 101. n. 9.
II.	22.*Gisulphi*	Sept. - Arc. 83. n. 90.
		Arc. 85.n.179.
		Oct.- Arc.43.n.109.*
		Arc. 84. n.185.
		Arc. 88. n.218.
		Nov.- Arc. 86. n.310.
		Dec. - Arc. 59.n.652.*
		Arc. 62. n.365.
		Arc. 63.n.561.
		& n. 575.
III.		

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1064.	II.	22.*Gisulphi*	Jan.- Arc.63. n.624.
			Arc. 84.n.198.
			Arc. 85. n. 31.
			& n.93.*
			Arc. 88. n. 77.
			Arc.101.n.299.
			et n.505.
			Febr. - Arc. 31. n. 24.
			Arc.41. n.148.*
			Arc. 42. n.203.
			Arc. 86. n. 98.
			Arc. 88. n. 22.*
		23.*Gisulphi*	Mart.- Arc. 11. n. 72.
			Arc. 87. n.305.
			Apr.- Arc. 31. n.248.
			Majo- Arc. 32. n.146.
			Arc. 35. n.127.
			Arc. 84. n.226.
			Jun. - Arc. 43. n. 67.*
			Arc. 85. n.212.
			Arc. 88. n. 98.
1065.	III.	23.*Gisulphi*	Jan. - Arc. 88. n.202.
			Febr.- Arc. 42. n. 89.*
			Mar.- Arc. 88. n. 22.*
		24.*Gisulphi*	Mar.- Arc. 5. n. 69.*
			Arc. 40. n. 36.*
			Arc. 86. n.154.
			Arc.101.n.386.*
			Apr.- Arc. 41. n. 37.*
			Majo- Arc. 35. n.105.
			Aug.- Arc.101. n. 295.
1066.	IV.	24.*Gisulphi*	Febr.- Arc. 40. n. 36.
			Arc. 101.n.386.
		25.*Gisulphi*	Apr. - Arc. 5. n.134.*
			Arc. 40. n. 214.
			Arc. 41. n. 20.*
			Arc. 85. n.241.
			Jun.- Arc. 5. n. 19.*
			Arc. 44. n.113.*
			Julio- Arc. 87. n.212.

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
III.	23.*Gisulphi*	Sept.- Arc.42. n.208.
		Oct.- Arc. 88.n.191.*
		Nov.- Arc. 31. n. 247.
		Arc. 40. n. 36.*
		Arc. 88. n. 22.
		Arc.101.n.386.*
IV.	24.*Gisulphi*	Sept.- Arc. 87. n.421.
		Nov.- Arc. 11. n. 73.
		Arc. 25. n. 47.*
		Arc. 43. n. 26.
		Arc. 62. n. 623.
		Arc. 82. n. 89.*
		Arc. 85. n.235.*
		Arc.101. n.59.*
		Dec. - Arc. 11. n. 74.
V.	25.*Gisulphi*	Oct.- Arc.86.n.120.
		Nov.- Arc. 5. n. 69.*
		et n. 197.
		Arc. 40. n. 18.

1067.

IND.-A.C. -	ANN.PR. -	MENS.-LOC.
1067. V.	25. *Gisulphi* -	Jan. - Arc. 87. n.174.
	26. *Gisulphi* -	Mart. - Arc. 88. n. 208.
		Majo - Arc. 5. n. 19.*
		Arc. 44. n.113.*
		Jun. - Arc. 11. n. 75.
		Arc. 42. n 83.
		Arc. 48. n. 16.
		Aug. - Arc. 35. n. 223.
1068. VI.	26. *Gisulphi* -	Jan. - Arc. 43. n. 46.
		Febr. - Arc. 11. n. 92.*
		Arc. 41. n.112.*
		Arc. 84. n. 53.*
		Arc. 87. n.169.*
		Arc. 101. n 355.
		Mar. - Arc. 62. n.620.
	27. *Gisulphi* -	Mar. - Arc. 40. n. 85.*
		Arc. 101. n.340.
		& n. 474.
		Apr. - Arc. 11. n.80.*
		Arc. 32. n.200.
		Arc. 40. n. 84.
		Arc. 101. n.59.
		Majo - Arc. 11. n. 22.
		& n. 92.*
		Arc. 30. n. 94.
		Arc. 41. n.112.*
		Arc. 48. n. 23.*
		Arc. 101. n.346.
		Jun. - Arc. 11. n 26.*
		& n. 76.
		& n. 92.*
		Arc. 41. n.106.
		et n.112.*
		Jul. - Arc. 6. n. 6.*
		Arc. 62. n.533.
1069. VII.	27. *Gisulphi* -	Jan. - Arc. 101. n.156.
		Febr. - Arc. 5. n. 50.
		Arc. 41. n. 56.*

a Septembri

IND. -	ANN.PR. -	MENS.-LOC.
VI.	26. *Gisulphi* -	Sept. - Arc. 59. n.249.
		Arc. 101. n.332.
		Oct. - Arc. 5. n. 69.*
		Arc. 40. n.189.
		Arc. 43. n 99.*
		Arc. 73. n. 7.
		Arc. 101. n.490.
		Nov. - Arc. 62. n.396.
		Arc. 87. n.314.
		Dec. - Arc. 85. n. 108.
VII.	27. *Gisulphi* -	Nov. - Arc. 11. n. 30.*
		Arc. 43. n.127.*
		Arc. 73. n. 11.
		Arc. 101. n.314.*
		et n.357.
		Dec. - Arc. 41. n. 31.*
VIII.		

1069.

A.C.	IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1069.	VII.	28. *Gisulphi*	Apr.-Arc. 85. n. 170.*
			et n. 220.*
			Arc. 87. n. 112.
			Majo- Arc. 5. n. 18.*
			Arc. 44. n. 113.*
			Jul.- Arc. 87. n. 215.
			Aug.- Arc. 84. n. 192.
			Arc. 88. n. 168.*
1070.	VIII.	28. *Gisulphi*	Jan. - Arc. 87. n. 5.
			Febr.- Arc. 83. n. 77.
1071. *in Principatu* (a) *Salerni*)			
		29. *Gisulphi*	Mar.- Arc. 83. n. 178.
			Apr. - Arc. 85. n. 93.
			Majo- Arc. 88. n. 7.
			Junio- Arc. 5. n. 69.
			Julio - Arc. 30. n. 286.
			Aug. - Arc. 44. n. 3.
			Arc. 48. n. 8.
1071.	IX.	29. *Gisulphi*	Jan.- Arc. 6. n. 6.*
			Arc. 62. n. 400.
			Febr.- Arc. 41. n. 106.
			Arm. I. E n. 12.
1072. *apud Salernum*)			
		30. *Gisulphi*	Mar.-Arc. 101. n. 298.
			Majo-Arm. I. G n. 61.
			Jun. - Arc. 87. n. 237.
			Jul. - Arc. 5. n. 134.
			Arc. 41. n. 20.*
			Arc. 63. n. 693.
			Arc. 84. n. 6.*
			Aug.- Arc. 11. n. 30.*
			Arc. 41. n. 58.*
			Arc. 43. n. 127.*
			Arc. 88. n. 158.
			Arc. 101. n. 314.*

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
VIII.	28. *Gisulphi*	Sept.-Arc. 87. n. 171.
		Oct.- Arc. 87. n. 17.*
		et n. 103.
		Arc. 101. n 319.*
		Nov.- Arc. 41. n. 56.*
		Arc. 87. n. 17.
		Arc. 101. n. 319.
IX.	29. *Gisulphi*	Sept.- Arc. 82. n. 78.*
		Dec.- Arc. 44. n. 4.
X.	30. *Gisulphi*	Dec.- Arc. 84. n. 99.*
		Arc. 88. n. 84.*
		et n. 89.
		et n. 147.*

1072.

(a) *Quum primum Salernitae Tabelliones annis Principum addere Christi, sive vulgaris aerae annos in instrumentis coeperunt, quod Martio communis a Christo anni* 1070. *accidit, annos constanter a Martio communem annum antecedente repetere consueverunt. Hinc Martio vulgaris anni* 1070. *annum ab Incarnatione* 1071. *appellarunt, sicque in posterum, donec Langobardicum subsistit imperium.*

A.C.-IND.	ANN.PR.	MENS.	LOC.	IND. (a Septembri)	ANN.PRINC.	MENS.	LOC.
1072. X.	30.*Gisulphi*	Jan.	Arc.88.n.147.*	XI.	31.*Gisulphi*	Sept.	Arc. 84. n. 6.
		Febr.	Arc. 11. n. 30.*			Oct.	Arc. 62.n.496.
			Arc.59. n.652.*			Nov.	Arc. 30. n.106.
(1073. *apud Salernum*)							
	31.*Gisulphi*	Mart.	Arc. 32. n.134.				
			Arc. 88. n.142.				
		Majo	Arc. 64. n.762.*				
			Am. I. G n. 13.				
			et n. 14.				
		Jul.	Arc. 6. n. 1.				
			Arc. 35. n.234.				
			Arc.40. n.115.*				
			Arc. 44. n. 38.*				
1073. XI.	31.*Gisulphi*	Jan.	Arc.41. n. 35.*	XII.	32.*Gisulphi*	Sept.	Arc. 87. n. 9.
			Arc. 61. n.396.			Nov.	Arc. 59.n.275.
			Arc. 86.n.266.*				
(1074. *apud Salernum*)							
	32.*Gisulphi*	Mart.	Arc.62. n.405.				
		Apr.	Arc. 11. n. 24.				
			et n.77.				
			Arc. 44. n.127.				
			Arc. 84.n.238.				
			Arc. 88. n.108.*				
		Majo	Arc. 11. n. 25.				
			Arc.101.n.404.*				
		Jun.	Arc. 7. n. 3.				
			Arc. 48. n. 23.				
			Arc. 62. n.399.				
			et n. 410.*				
			Arc.101.n.374.				
		Julio	Arc.101. n.215.				
1074. XII.	32.*Gisulphi*	Jan.	Arc. 64. n.793.	XIII.			
		Febr.	Arc. 41. n. 74.*				
			Arc. 62. n.503.				
			& n.529.				
(1075. *apud Salernum*)							
	33.*Gisulphi*	Mar.	Arc. 62. n.458.				
			Arc. 85. n.235.				
			Arc. 86. n.267.*				
			Am. I.H n.95.*				

A.C.-IND. - ANN.PR. - MENS.-LOC.	a Septembri IND. - ANN.PR.-MENS. - LOC.
1074. XII. 33.*Gisulphi* - Majo- Arc. 30. n 79.	XIII. 33.*Gisulphi* - Sept.-Arc. 61.n.386.
(1075. *apud Salernum*) Arc.41.n.114.*	Oct.- Arc. 62. n.536.
Arc. 59.n.652.*	Arc. 88. n. 42.
Arc. 86. n.197.	& n.253.*
Arc. 88.n.147.	Nov.-Arc. 63.n.663.
Jun.- Arc. 11. n. 80.*	Dec.- Arc. 5. n. 92.
Arc. 42.n.235.*	
Jul.- Arc.101.n.358.	
Aug.- Arc. 11. n. 26.	
& n.92.*	
Arc.41. n. 74.*	
& n.112.*	
Arc.101.n.389.	
1075. XIII. 33.*Gisulphi* - Febr.-Arc. 11. n. 78.	XIV.
Arc. 60. n.734.	
Arc. 61.n.382.*	
(1076. *apud Salernum*)	
34.*Gisulphi* - Apr.- Arc. 82. n. 78.*	
Arc. 86. n.267.	
Julio - Arc.41. n. 52.	
Arc. 82. n.87. *	
Aug.-Arc. 43.n.137.	
Arc.101.n.494.	
1076. XIV.	XV. 35.*Gisulphi* - Sept.-Arc. 5. n.177.
(1077. *apud Salernum*)	Arc. 30.n.191.
35.*Gisulphi* - Apr.-Arc.101.n.297.*	Arc. 31. n.205.
Jun.- Arc.101.n.151.*	Arc. 41.n.103.
	Arc. 43. n. 163.
	Nov.-Arc. 85. n. 77.
1077. XV. 35.*Gisulphi* - Jan. -Arc. 35. n. 29.	I.
(1078. *apud Salernum*)	
36.*Gisulphi* - Mar.- Arc.35.n.122.	
Majo- Arc. 31. n.195.	
Arc. 32. n.159.	

A.C. - IND. - ANN.PR.- MENS.-LOC.

A.C. - IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
1077. XV.	*Nullius Principis*	Mar.- Arc.44. n.105.
(1078.	*nomine, sed sigillo*	Arc.88. n.253.
apud Salernum)	(*forte Judicis*)	Majo-Arc.101.n.297.
	nunquam in vulgaribus instrumentis adhibito.	Aug.- Arc. 88.n.190.
	Temporibus -	Jun. - Arc. 85. n. 8.
	ROBERTI *Normanni Ducis*	Aug.-Arc.101.n.404.
1078. I.	*Temporibus* - *Roberti Ducis*	Mart.-Arc. 82.n.167.
1079. II.	3.*Roberti* - *Ducis*	Jul. - Arm. I. G n.23.
1088. XI.	*Temporibus* -	Apr.- Arm. II. P.n. 3.*
	ROGERII *Ducis*	Majo-Arm.II. P. n. 3.*
	Anno Primo	Die 25. Julii
	Ducatus Amalphiae GISULPHI *Principis*.	Arc. 11. n. 86.

a Septembri

IND.	ANN.PR.	MENS.-LOC.
I.	*Nullius Principis nomine, sed sigillo*.	Sept.- Arc.87.n 326.
II.		

SALERNI PRINCIPUM
LANGOBARDORUM AEVO
IMPERANTIUM

SERIES

EX VARIIS VETERUM, RECENTIORUMQUE SCRIPTORUM

CATALOGIS

AD SUPRA EXPOSITAE CHRONOLOGICAE TABULAE NORMAM

AUCTORIS EJUSDEM CASTIGATIONUM OPE

CORRECTIS

ADDITA VERA SERIE

EX IPSIS TABULAE CITATIS INSTRUMENTIS DESUMPTA.

S T E M M A

PRINCIPUM SALERNI LANGOBARDORUM

Per Franciscum Mariam Pratillum

To. V. Historiae Principum Langobardorum Camilli Peregrinii pag. 7.

Siconulfus primus Salerni Princeps frater Sicardi Beneventi Ducis regnavit a mense Majo 840. (1) ad Februarium 851. (2) paucos post menses ab Augusti Imperatoris Ludovici in suo principatu confirmatione (3).

Sico ejus filius a Februario 851. [4] ad Augustum 852., quo in Franciam deportatus (5).

Ademarius Principatum ab eodem Imperatore obtinuit in Autumno

V ejus

(1) A mense saltem Januario 840., quo Indictio erat III., exstat enim in Tabulario Monasterii SS. Trinitatis Cavae instrumentum mensis Januarii Indict. VII., in quo quintus Siconolfi annus notatur (Arc. 32. n. 41.), respondetque Christi anno 844. Primus ergo erat Januario 840. Sed potius a Decembri 839. ut in adnotationibus ad meam Dissertationem ostendi ex membrana (Arc. 32. n. 86.) quintum Siconolfi annum ferente Decembri Indictionis VII., seu anni 843.

(2) Neque annum 851., neque 850. vidit Siconolfus, exstat enim Salerni Princeps ejus filius mense Decembri XIII. Ind. (Arc. 35. n. 254.), sive ultimo mense anni 849. Defunctum vero tunc patrem nemini dubium est.

(3) Confirmationem hanc, quam variis Scriptorum veterum illusus auctoritatibus ad annum 850., sive etiam 851. Pratillus refert, ex Siconolfi morte ante Decembrem 849. supra probata ad annum 848., vel ad summum ad annum ipsum 849. transferendam nemo non videt.

(4) Saltem a Decembri 849. regnasse Siconem ostensum est; idque ceteris hujus Principis annis per membranas notatis mirum in modum respondet; quod videre est in mea Tabula Chronologica.

(5) Fueritne Sico illuc deportatus anno 852., an antecedentibus annis, incertum; variant enim Scriptores; certissimum tamen ex nostris chartis ad Majum usque Ind. III., seu anni 855. Salernitanum principatum tenuisse (Arc. 82. n. 40.); & quidem a tertio anno mense Martii XV. Ind., sive vulgaris anni 852. additum in instrumentis fuisse nomen Petri Rectoris ejus, qui & Princeps dicebatur his verbis: *tertio anno principatus Siconis, & Petri Rectoris ejus gloriosorum Principum mense Martii XV. Ind.* (Arc. 86. n. 127.); quinto vero Siconis anno socius apparet Ademarius Petri filius in nostra membrana (Arc. 84. n. 14.); sed a quarto Siconis anno, sive a Decembri anni quinquagesimitertii Ademarius illi comes putandus est; Decembri enim anni IV. Indictionis, sive anni quinquagesimiquinti (Arc. 87. n. 148.) tertius Ademarii annus notatur.

ejus anni 852. (6) ad Julium 862. [7].

Dauferius per dies 18. a Thio Guaiferio expulsus est.

Guaiferius ejecto Ademario, & Dauferio a mense Augusti 861. (8) ad finem anni 872., quo carceri damnatus, sed postea liberatus, iterum sedit datis obsidibus ab 873. ad Februarium 879. (9), cum filio Guaimario I. ab anno 874. (10).

Guaimarius I. simul cum Patre ab anno 874. (11); solus a Januario 879. (12) ad Junium 897. (13).

Guai-

(6) Ademarius nonnisi anno 853. Principatus particeps fuit, ut modo dictum est, anno nempe quinto Siconis, ejusque sexto anno annum secundum ad Majum usque numerabat (Arc. 82. n. 40.), quum III. erat Indictio, annusque Christi 855. currebat. Eodem vero anno Octobris mense defuncto Sicone solius Petri sextus, Ademarii secundus (Arc. 35. n. 32.), mense Decembri, septimus Petri, tertiusque Ademarii (Arc. 87. n. 148.) notatur. Quod principatum Ademario dederit Ludovicus, refert Cavense Chronicon. Verum quemadmodum in anno, forte etiam in re ipsa Chronographus, a quo id hausit Pratillus, deceptus est, credendumque potius Anonymo Salernitano, qui Ademario id ambienti Petrum ejus genitorem, Siconis Rectorem, Salernique cum eo Principem jusjurandum oblitum, consensisse narrat; id quod nostris instrumentis magis consonum est. Ceterum ex dictis facile est eruere primum Siconis annum Decembri, vel ad summum Novembri anni 849. initium habuisse, dum Petrus, qui eosdem cum eo annos imperii numerabat, Octobri anni 855. sextum, Decembri septimum agebat. Petrus sub anni 856. initium mortuus censendus est, ejus enim nomen non amplius inde in chartis visitur, & Februario IV. Ind. solus Ademarius Princeps dicitur (Arc. 84. n. 16.), qui ad septimum usque annum, Novembri nempe IX. Ind. (Arc. 101. n. 388.) pervenit.

(7) Post laudatum Novembris mensem, anni scilicet 860. nulla mihi suppetunt instrumenta, quae vel annum ejus octavum indicent, vel annos sexagesimumprimum, aut secundum IX. seculi Ademarium attigisse ostendant. Illud in explorato est, mense Augusti anni 861. non quidem Ademarium, sed Guaiferium imperasse, cujus annus duodecimus notatur Augusto V. Indictionis, seu anni 872. (Arc. 101. n. 71.). Primus ergo Guaiferii Augusto anni 861.

(8) Certe ab Augusto anni 861., ut modo probatum est.

(9) Imo ad Februarium 880. (Arc. 31. n. 180.) quo Indictio erat XIII., annusque principatus decimusnonus.

(10) Primum Instrumentum, quod mihi occurrit, in quo patri socius est Guaimarius, ejusque primus annus notatur, est mensis Novembris XI. Ind., seu anni vulgaris 877. (Arc. 87. n. 417.). Si autem ab anno 874. patri in imperio consors fuisset, sextum, & forte septimum cum eo egisset annum regiminis; quum notum sit, & mox ostendemus, quod ex quarto anno solus habenas tractaverit.

(11) Falsum, ut dictum est, sed ab anno 877. solium cum genitore ascendisse dicendum est.

(12) Ad Februarium usque XIII. Ind., sive anni 880. patri in imperio comes invenitur Guaimarius (Arc. 31. n. 180.;) quartum ipse agens annum, decimumnonum vero Guaiferio. Ejusdem inde anni mense Augusto solus primum notatur quartum adhuc numerans annum (Arc. 35. n. 203.)

(13) Ad Augustum usque II. Indictionis, sive Christi anni 899., quo vicesimustertius erat ejus imperii annus, & septimus Guaimarii ejus filii, monumenta invenio (Arm. I. G. n. 3.).

. Guaimarius II. cum Patre ab fine anni 890. (14) usque ad annum 897., quo Pater regimine ob suas nequitias privatus est (15). Solus usque ad Martium 953., quo obiit (16) *ex Necrol. Cav.* (17).

Gisulfus I. puer solus (18) ab anno 933., sed sub tutela Prisci Comitis (19) usque ad annum 945. (20), solus usque ad finem anni 975., quo a Landulfo Beneventano captivatus est (21). A Pandulfo tamen Capuae Principe liberatus ejus filium Paldulfum adoptavit, & cum eodem sedit a mense Junii 974. (22) ad annum 978. mense Julii (*non Junii, ut ait Peregrinus*) quo defunctus est *ex Necrol. Cav.* (23).

V 2 Pal.

(14) Primus ejus annus mense Augusti XI. Ind., seu anni 893. (Arc. 32. n. 47.) in membranis notatur, dum pater decimumseptimum annum domini agebat; neque unquam ante hunc mensem, & annum ulla filii sit mentio.

(15) Id anno 899. accidisse modo adn. (13) notatum est.

(16) Error Typographi; legendum enim ad mentem Auctoris: *usque ad Martium* 933., ut temere Cavense Chronicon, illudque secuti putarunt, sed vere dicendum usque ad annum, sive ad Martium 943., non quidem solus, sed cum Gisulfo filio, quem socium habuit saltem a Septembri Ind. VII., seu anni 933. (Arc. 86. n. 167.), usque ad Martium I. Ind., anni scilicet 943., quo quinquagesimusprimus ejus regiminis annus, & decimus Gisulfi in chartis nostris notatur (intra membr. 125. Arc. 44.), ultra quod tempus Guaimarii nomen desideratur, ipsumque sequentibus anni ejusdem mensibus obiisse putandum est.

(17) Cavensis hujus Necrologii, quod citat Auctor, neque ab ipso, neque ab aliis, quod sciam, in lucem editi ne vola quidem, aut vestigium in Cavensi Tabulario. Forte Necrologium Capuanum ab ipso evulgatum heic intelligendum.

(18) A Septembri anni 33. supra nongentesimum forte quadrimus, sed non jam solus, ut ex Cavensi Chronico Auctori placuit, sed cum Guaimario patre, ut dictum est paulo ante; imo a Majo ex Tabulae nostrae calculo, quum Majo V. Indictionis, anni nempe 947. quintusdecimus ejus annus numeretur (Arc. 35. n. 250.).

(19) Id licet in Catalogo Salernitano Mareschalchi infra referendo dicatur, laudatusque Priscus inter Salerni Principes ideo forte numeretur, nusquam vero dicti tutoris mentio in instrumentis invenitur; quod sub exemplo Petri Siconis Principis Rectoris factum quidem fuisset. Ceterum quum Gisulfus obeunte patre non jam annos quatuor, ut falso nonnullis ejus aevi Scriptoribus visum est, sed quatuordecim habuerit, tutore vix equidem indigebat.

(20) Sub patris tutela ei consocius in principatu fuit usque ad annum 943.; ut ex nostris chartis ostensum est.

(21) Lapsus certe Typographi, tum quia Landolfum referunt instrumenta Ind. II. mensis Septembris (Arc. 30. n. 95.) quae Christi annum 973., & Januarii (Arc. 42. n. 65.), quae 974. denotat; tum quia post pauca legitur cum Paldolfo adoptato filio principatum rexisse Gisulfum a mense Junii 974., quod profecto post Landulfi expulsionem accidit.

(22) Expulso Landulfo post Januarium II. Ind., anni videlicet 974. solus mensibus Junii, & Augusti Gisulfus invenitur (intra membranam 180. Arc. 85., & in ipsa Arca n. 230); mense vero Decembris ejusdem anni, quo tertia coeperat Indictio, Gemmam uxorem, filiumque Paldolfum socios habet (intra membr. 180. Arc. 85.).

(23) Nec Julium, nec Junium anni 978. attigit Gisulfus, sed in fine Novembris, vel sub Decembris initium anni 977. diem extremum ipsum clausisse indubium

Paldulfus Capuae Principis filius cum Giſulfo a menſe Octobris 974. (24) uſque ad menſem Julii 978. (25). Simul cum Patre Pandulfo Capuae ſub tutela Joannis Lamberti (26) ad Aprilem 981., ſolus ab Octobri ejuſdem anni (27), cum Manſone ab exeunte anno 981. ad Auguſtum 983., quo obiit. *Ex Necrol. Cav.* (28).

Manſo Amalfitanus cum Paldulfo ab fine anni 981. ad Septembrem 983. (29) ſolus uſque ad Februarium forte 984., quo principatu exutus eſt (30).

Joannes I. (*maledictus* appellatus) ſolus pulſo Manſone a menſe Martii 984. ad Aprilem 985. (31), cum filio Guidone ad Auguſtum 988. (32), quo obiit, cum altero filio Guaimario III. ad 20. Auguſti 994., quo Joannes mortuus eſt (33). Gui-

bium ex priſcis noſtris inſtrumentis eſſe debet; Novembri enim Ind. VI., quo Chriſti annus 977. decurrebat, eum cum uxore, & filio dominantem invenio (Arc. 5. n. 161.), Decembri vero anni ejuſdem Gemmam, & Paldolfum tantum (intra membr. 331. Arc. 61.); neque amplius Giſulfum. Quod Gemma aliquando defuncto Giſulfo adhuc cum adoptato Paldolfo imperaverit ante diligens Cavenſium monumentorum examen hiſtoricis ignotum. Ubinam vero Cavenſe Necrologium?

(24) Paulo ante dixerat Auctor Giſulfum regnaſſe cum Paldulfo adoptato filio a menſe Junii; nunc ejus, quod dixerat, oblitus aſſerit a menſe Octobris Paldulfum cum Giſulfo imperaſſe.

(25) Uſque ad menſem Novembris anni 977. tantum, neque ultra cum Giſulfo regnaſſe filium hunc adoptivum jam dictum eſt.

(26) Somnium Pratilli, vel *τὶ δύνατος*, a quo illud hauſit, quod ſub tutela Joannis Lamberti Paldulfus filius fuerit.

(27) Imo ab Aprili (Arc. 87. n. 384.).

(28) Nuſpiam cum Manſone Paldulfum invenire eſt. Paldulfum Manſo expulit, uſurpatumque principatum reclamante Paldulfo, ac permittente Othone II. Imperatore, qui ad eum ejiciendum venerat, per biennium retinuit; neque poſt annum 931. Paldulfi uſquam in chartis mentio invenitur. Quo autem anno obierit, ignotum ſaltem ex noſtris membranis.

(29) Nuſquam cum Paldulfo, ut dictum eſt, invenitur Manſo; neque toto anno 981. Manſonis nomen noſtris in inſtrumentis occurrit.

(30) Manſo nunquam ſolus, ſed filium ſuum Joannem ſocium ab initio habuit; ab Aprili nempe anni 982. (Arc. 31. n. 92.): neque poſt Auguſtum annī 983. ejus nomen unquam in noſtris chartis apparet. Id vero certiſſimum eſt, ante annum 984. illum principatu exutum fuiſſe: menſe enim Decembris XII. Indictionis, anni ſcilicet 983. jam Salerni clavum Joannes de Lamberto ejus in principatu ſucceſſor tenebat (intra membr. 82. Arc. 101.)

(31) A Decembri anni 983. regnat Joannes, ut dictum eſt; neque ſolus, ſed cum filio Guidone ab imperii ipsius initio.

(32) Multo ante Auguſtum anni 988. obiit Guido, cujus ad Aprilem uſque, & non ultra, nomen, & anni cum ipſo genitore in inſtrumentis notantur (Arc. 40. n. 118.); a Julio vero anni ejuſdem uſque ad Martium ſequentis anni 989. ſolus eſt Joannes, ut ex noſtrae Tabulae citatis chartis apparet. Eodem Martio inde Guaimarium III. filium ſocium ſibi arceſſit.

(33) Chronici Cavenſis errorem Amanuenſium forte incuria ortum Pratillus hauſit; Joannes enim ad annum uſque 999. imperavit, ac vixit; notatur nempe in veteribus chartis annus ejus ſextusdecimus Januario Ind. XII., quae ad dictum annum pertinet, & decimus filii ejus Guaimarii (Arc. 87. n. 261.), & undecimus menſe Auguſti (intra membr. 220. Arc. 40.)

Guido I. cum Patre Joanne ab Aprili 985. (34) ad Augustum 988., quo defunctus (35).

Guaimarius III. filius Joannis I. cum Patre ab Augusto 988. ad Augustum 994. (36), solus usque ad 1018. mense Septembris *Chron. Cav.* (37), cum filio Guaimario IV. ad 1031. pridie Idus Octobris, quo obiit (38).

Guaimarius IV. cum Patre ab 1018. ad 1031. (39). Solus ad 1037. (40) (quo etiam anno principatum Capuae obtinuit) (41) cum filio Joanne II. ad Augustum 1042., quo obiit (42), cum alter

(34) A Decembri anni 983., quum solium pater ascendit, filium hunc sibi eomitem adsciviſſe superius demonstratum.

(35) Defunctum post Aprilem 988. jam dictum est; neque enim posthae amplius ejus mentio in instrumentis.

(36) A Martio 989. (intus membr. 275. Arc. 59.) ad Januarium saltem 999. genitoris socius fuit, ut paulo superius ostensum est.

(37) Anno 1015. a mense Octobris, aut Novembris alium filium Joannem nomine (quem II. appellare possemus) sibi socium adjunxisse dictum Guaimarium, Pratillo, ceterisque Scriptoribus ignotum. Id vero Tabularii Cavensis vetera instrumenta testantur, quae licet a Januario XIV. Indictionis, seu anni 1016. (Arc. 31. n. 170., aliisque) Guaimarium, & Joannem Principes pro prima vice innuant, quum tamen Septembri II. Ind., seu anni 1018. tertius ejus annus notetur (Arc. 87. n. 344.), ab Octobri, aut Novembri anni 1015., seu XIV. Ind. primum societatis annum inchoasse opus est; non tamen tardius; Novembri enim I. Ind., anni scilicet 1017. tertius etiam ejus annus notatur (Arc. 15. n. 15.).

(38) A Mense Novembris II. Ind., anni videlicet 1018., ut primae nostrae chartae indicant (Arc. 42. n. 230.), seu potius a die 21. Septembris Apostolo Matthaeo sacra, ut Cavensi Chronographo placuit, nec aliae membranae nostrae dissentiunt (ex Arc. 7. n. 1.), cum dicto Guaimario filio dominatus est, ad Februarium, vel Martium tantum anni X. Indictionis, seu 1027., eo enim Februarii mense annus ejus triecesimusoctavus, nonus vero filii notatur (Arc. 35. n. 84.); neque amplius de eo in chartis habetur mentio. Aprili autem proxime sequenti (intra membr. 100. Arc. 87.), sicut & sequentibus Junio, & Julio (Arc. 11. n. 5. & 6.) annum nonum Guaimarii tantum filii, & primum Gaitelgrimae genitricis suae referunt instrumenta, de qua in posterum altum silentium, sed solius Guaimarii filii decimus annus Novembri notatur (Arc. 18. n. 9. & aliis). Hic vero Gaitelgrimae filio consortis principatus unis Cavensibus documentis debetur, nemini Scriptorum hactenus notus.

(39) Non ad 1031., sed ad 1027. dumtaxat, ut probatum est.

(40) Septembri VI. Ind., anni scilicet 1037. socium filium Joannem sibi adjunxit.

(41) Sequenti anno 1038. Capuae principatum habuisse putandum est; neque antiquius de eo mihi occurrit monumentum, quam illud mensis Novembris (intra membr. 100. Arc. 87.) VII. Ind., in quo Guaimarii notatur vicesimusprimus Principatus Salerni, & primus Capuae, secundus vero Joannis, qui nunquam amplius in sequentium mensium, annorumque decursu memoratur.

(42) Obiisse Joannes hic, qui III. potius appellari potest, anno 1038. videtur, quum, ut dictum est, nuspiam postmodum ejus nomen in chartis inveniatur; ac proinde solus regnavit Guaimarius post Joannis obitum ad annum usque 1042., quo ei Gisulfus alius filius sociatus est.

tero filio Gisulfo II. ab 1042. ad 1052. , quo a conjuratis Pater occisus fuit (43).

Joannes II. cum Patre ab exeunte anno 1037. ad Augustum 1042 (44), quo fato concessit Surrenti, ut creditur.

Guido II. Comes Compsiae Guaimarii IV. germanus, Princeps proclamatus est debellatis conjuratis (45), sed statim nepoti Gisulfo II. principatum cessit donata sibi urbe, & terris ad Ducatum Surrenti pertinentibus.

Gisulfus II. Guaimarii IV. filius, Guidonis II. nepos cum Patre ab anno 1042. ad 1052., solus ab 1053. (46) ad annum 1075. quo principatu exutus est a Roberto Viscardo.

STEM-

(43) Mense Aprilis X. Ind., sive anni 1042. (Arc. 31. n. 31.) primum meis in membranis patri consors Gisulfus apparet, anno nempe 24. principatus Salerni Guaimarii, quarto principatus Capuae, & tertio Ducatus Amalphiae, & Ducatus Sirrenti. Februarii inde V. Indict., anni scilicet 1052. ultima apud me membrana est, in qua Guaimarii nomen indicetur, anno videlicet tricesimoquarto principatus Salerni, decimotertio Ducatuum Amalphiae, & Sirrenti, decimo vero Gisulfi (Arc. 31. n. 156., et aliis); Augusto inde sequenti, undecimus est solius Gisulfi (intra membranam Arc. 41. n. 106.).

(44) Ad Novembrem tantum anni 1038., ut dictum est: quo quidem tempore elapso obiisse dicendum hunc Joannem potius III.

(45) Guido hic Compsiae Comes, et Sirrenti Dux vocabatur vivente adhuc Guaimario Principe fratre suo, dum Guaimarius ipse, ejusque filius Gisulfus Sirrenti Duces dicebantur (intra membr. 44. Arm. I. H). Unde verisimile haud videtur, Urbem Sirrenti, omniaque ad eam spectantia ei modo cessisse. Nec minus incertus est ejus principatus Salerni, de quo ne vestigium quidem ullum in membranis nostris reperitur.

(46) Certe ad minus ab Augusto anni 1052. principatum solus regere coepit Gisulfus, ut supra notatum est. Ad annum vero 1077., quo tricesimumsextum principatus annum agebat; quo etiam tempore in instrumentis Christi annus apponebatur; chartae enim Martii (Arc. 35. n. 122.), et Maji (Arc. 31. n. 195. & Arc. 32. n. 159.) XV. Indictionis, vulgarisque anni 1077., qui a Martio in posterum annus *ab Incarnatione* 1078. vocabatur a Salernitis Tabellionibus, Gisulfum Salerni Principem, sextumque supra tricesimum principatus ejus annum innuunt.

STEMMA

PRINCIPUM SALERNI LANGOBARDORUM

Ex duplici Camilli Peregrinii Stemmate.

To. V. Hist. Principum Langobardorum pag. 18.

Siconolfus in Principem fublimatus anno 840., confirmatus a Ludovico II. Lotharii filio anno 850., feu 851. (47) . Obiit eodem anno 851. (48). Sedit annos x. (49).

Sico puerulus fub Tutore Petro anno 852. in Franciam afportatus commiffo Principatu Ademario filio Petri (50).

Ademarius abfolutum nomen Principis ufurpare coepit ab anno 856. (51), mortuo nimirum Sicone quinquennio poft Patrem (52), eandemque Dynaftiam obtinuit annos fex, fed incompletos ad annum ufque 861. (53).

Guaiferius fedit folus ab anno 861. , cum filio Guaimario I. ab anno 877. ad 880., quo anno aegrotans Monachus factus eft , ac ftatim obiit.

Guaimarius I. cum Patre ab anno 877. Solus ab anno 880., cum filio Guaimario II. ab anno 893. ad annum 901.

Guaimarius II. cum Patre ab anno 893. , folus ab anno 901. , cum filio Gifulfo agente annos quatuor in anno 933. , quo etiam obiit (54).

Gifulfus I. cum Patre ab Kalendis Januarii anni 933. (55), quo etiam anno defuncto Patre coepit effe fub tutore Prifco, fuitque annos

(47) Dic anno 848., vel 849., ut fupra adn. (3).

(48) Anno 849. ut fupra adnot. (2).

(49) Incompletos.

(50) Non ante Februarium anni 854. invenitur in noftris chartis Siconis; et Petri Rectoris ejus nominibus additum Ademarii nomen, ut fupra adn. (5) et (6), licet ad Decembrem, vel Novembrem anni 853. initium principatus ejufdem sit referendum, ut ibidem dictum eft.

(51) Nomen Principis simul cum Sicone, et Petro habuit ab anni 853. fine, ut modo diximus: abfolutum vero, feu sine fociis poft Decembrem anni 855., quo mortuus eft pater ejus, ut adn. (6).

(52) Sico mortuus eft poft Majum anni 855., quum Genitor Siconolfus ante Decembrem 849. obierit, ut adn. (2).

(53) Septimus Ademarii annus in chartis Maji, et Novembris anni 860., ut in mea Tabula, notatur, neque ulterius ejus nomen auditur.

(54) Ab anno 933. ad 943., ut dictum eft adn. (16) regnavit Guaimarius II., neque enim alicui innititur fundamento Guaimarii obitus, ftatim ac Gifulfus quadrimus folium afcendit, fed decem annorum fpatio, et ultra cum filio regnavit, ut adn. (16).

(55) A Majo dicti anni principatus ejus initium fumendum, ut adn. (18)

nos decem ad annum usque 943. (56). Solus, atque Graecis foederatus principatum rexit usque ad annum 972., quo in carcerem conjectus, ac principatu exutus est a Landulfo (57) suo consobrino filio Atenulfi II. Principis Beneventi, sed a Pandulfo Caputferreo Principe Capuae, & Beneventi (58) suo pariter consobrino suae dignitati restituitur in anno 974. Postea regnavit cum Pandulfo filio praedicti Principis Pandulfi a se adoptato, pervenitque ad annum 978. (59).

Pandulfus relictus haeres principatus ipsum detinuit una cum Patre usque ad annum 981., dein solus per menses non multos.

Manso Dux Amalfis cum filio Joanne I. sedit ab anno 981. ad 983. (60), quem e Principatu illegitime occupato dejicere fortasse cum destinasset Otho II. Imperator, Urbem Salernum in dicto anno 981. mense Decembris obsedit, sed ei demum concordatus persuasam dynastiam retinere permisit, e qua Othone defuncto in anno 983. ipsum depulsum a Joanne II. fas est credere.

Joannes II. dictus de Lamberto principatum obtinuit anno 983. cum filio Guidone ad 988., & cum filio Guaimario III. usque ad annum 994., quo obiit (61).

Guaimarius III. sedit cum Patre ab anno 988. ad annum 994., solus post Patrem ad an. 1018. (62), cum filio Guaimario IV. ad annum 1031. (63).

Guaimarius IV. cum Patre ab anno 1018., solus ab anno 1031. (64), cum filio Joanne III. ab 1038. (65), quo etiam anno ab Imperatore Conrado II. obtinuit principatum Capuae, detinuitque per annos novem usque ad annum 1047., quem sponte dimisit. Cum filio Gisulfo II. mortuo Joanne ab anno 1042. ad annum 1052., quo

(56) Nec mortuus tunc pater, nec Priscus iste, cujus nulla in veteribus chartis mentio, ejus tutelam in principatu habere unquam potuit, secum usque ad 943. conregnante Guaimario, ut adn. (19).

(57) Usque ad Aprilis mensem anni 973. Gisulfi nomen prae se ferunt instrumenta, nec Landulfus Princeps occurrit, nisi Septembri anni ejusdem, ut adn. (21).

(58) Paldulfum, non Pandulfum, constantissime chartae habent.

(59) Post Novembrem anni 977. obiit Gisulfus, Decembri enim illius anni Gemma, et Paldulfus non amplius memorato Gisulfo notantur, ut adn. (23).

(60) Nusquam anno 981. Mansonis Principis nomen in chartis invenio, ut adn. (28).

(61) Usque ad 999. habentur cum utriusque nomine Instrumenta, neque ejus obitus ante hunc annum evenit, ut adn. (33).

(62) Cum patre ad an. 999., ut dictum est. Solus ad annum usque 1015., sequentibus enim tribus annis usque ad 1018. socium habet filium Joannem, cui mortuo substitutus Guaimarius IV., ut adn. (38).

(63) Ad annum tantum 1027. mense Februarii, aut Martii, succedente proxime filio Guaimario IV. cum Gaitelgrima ejus gen itrice a mense Aprilis, & solo a mense Novembris ejusdem anni, ut adn. (39).

(64) Ab anno 1027., ut modo dictum est.

(65) Cum hoc filio Joanne (potius IV.) a Septembri 1037., ut adn. (40).

quo occisus est. Obtinuit etiam Ducatum Amalfis ab anno 1039. & Ducatum Surrenti ab anno 1040. (66), ac titulum usurpavit Ducis Calabriae, & Apuliae ab anno 1042. (67).

Gisulfus II. cum Patre ab 1042. ad 1052. Solus ad 1075. (68), quo a Roberto Guiscardo Duce Apuliae ejus cognato est principatu dejectus, seque recepit apud Pontificem Gregorium IX. (69), a quo in Romana Campania concessa est ei quaedam regio (70).

PRINCIPES SALERNI LANGOBARDI

Ex Heremperto, Leone Ostiensi, aliisque Recentioribus

PER ANTONIUM CARACCIOLUM CL. REGULAREM

In Propilaeis ad Chronologos antiquos quatuor

Apud Muratorium

Rerum Italicarum Scriptores To. V. pag. 11.

I. Siconolphus Sicardi Beneventani Principis frater.
II. Sico Siconolphi filius.
III. Radelchis Siconolphi filius Siconis frater (71).
IV. Adelchis Siconolphi item filius.
V. Ademarius Petri filius a Lothario Imp. fit Salerni Princeps (72).
VI. Dauferius Majonis filius, Siconolphi affinis.
VII. Guaiferius Dauferii patruelis: eoque Monacho facto
VIII. Guaimarius filius succedit.

X IX.

(66) A Julio 1039. titulum hunc, & Sirrenti dominium habuisse ex universis Tabulae nostrae chartis constat.

(67) Ante Aprilem anni 1043., seu potius Decembrem 1042. nunquam iis titulis usus est.

(68) Ad 1077., quo accidit ejus ejectio, ut adn. (46).

(69) Sphalma Typographi; *lege* VII.

(70) Id nimis dubium, quum apud Amalphim anno 1088. reperiatur, imo eorum Dux ibi renunriatus (Arc. 11. n. 86.).

(71) Hunc, & sequentem Siconolfi filios (si tales fuere) num ex quatuor suis veteribus Chronologis rite deduxerit Caracciolus Salerni (quod falsum omnino est) regnasse, meum non est quaerere. Scio Troylum in Generali Regni Neapolis Historia Tom. III. pag. 288., qui ne latum quidem unguem hac in Serie a Caracciolo discesserat, ab eo in hoc descivisse, potiusque Scipionem Admiratum secutum esse, qui Ademarium Siconi proxime successisse cognovit; quod Tabulae nostrae ad amussim respondet, licet Petrus Siconis Rector ante Ademarium cum eo conregnaverit, inde vero cum filio suo jam dicto Ademario, ut adn. (4).

(72) Fueritne Ademarius ab Imperatore non jam Lothario, sed Ludovico Salerni Princeps constitutus, dubium est adn. (6).

IX. Gisulfus Guaimarij filius (73)
X. Guaimarius II. Guaimarii Senioris filius (74).
XI. Joannes Gisulfi filius (75)
XII. Guaimarius III. cognomento Balbus Joannis filius (76).
XIII. Gisulphus II. ultimus e Langobardis.

TA-

(73) Gisulfus non primi, sed secundi, seu Junioris filius fuit, eique successit, non praecessit eundem. Ei vero praeter Landulfum Atenulfi filium, qui licet ab eo benignissime exceptus ejus imperium dolose usurpavit, successit post obitum Paldulfus Paldulfi Caputferrei Beneventi, & Capuae Principis filius, quem Gisulfus legitimis carens filiis in filium adoptaverat. Paldulfum in principatu secutus est Manso cum filio suo Joanne; de quibus omnibus nullam Caracciolus notitiam habuit.

(74) Gisulfi genitor fuit hic Guaimarius, eique propterea, ut dictum est, praeponendus.

(75) Plures Joannis nomine filios habuere Salernitani Principes, qui tamen vel infantes obiere, nec proinde soli unquam regnarunt, ut Joannes filius Guaimarii III., & alius Guaimarii IV., vel cum patre principatus initium, & finem simul habuere, ut Joannes Mansonis filius. Nusquam tamen Principis Gisulfi filius Joannis nomine occurrit, cum nullum ipse naturalem habuerit, ideoque Paldulfum, ut dictum est, adoptavit. Joannes hic, qui Gisulfo (post Paldulfum vero, & Mansonem) successit, de Lamberto vocabatur, fueratque a Salernitis in Principem assumptus ejecto Mansone.

(76) Fuit post hunc Guaimarium Guaimarius IV. hujus filius, qui ei in principatu successit, ac 24. imperii sui anno Gisulfum adhuc infantem filium suum sibi socium advocavit, qui post eum Salerno praefuit, ultimusque fuit Princeps e Langobardis. Balbi cognomen Guaiferio dicti Guaimarii III. genitori ab aliis datum.

TABULA XII.

PRINCIPUM SALERNI

APUD ABBATEM D. PLACIDUM TROYLI ORDINIS CISTERCIENSIS

In Historia Generali Regni Neapolis To. V. P. II. pag. 134. *in latinum versa.*

1. Sichenolfus electus [Princeps] anno 840. (77) regnavit annos 11. (78), obiit anno 851. (79)
2. Sico electus anno 851. (80) regnavit annum unum (81), expulsus (82) anno 852. (83)
3. Ademarius electus anno 852. (84) regnavit annos 9. (85), expulsus anno 861. (86)
4. Dauferius electus anno 861. regnavit annum unum (87), ejectus anno 862. (88).
5. Gauferius electus anno 862. (89) regnavit annos 17. (90), monasticam vestem induit anno 878. (91).
6. Guaimarius I. electus anno 878. (92) regnavit annos 42. (93): fato cessit anno 920. (94).

X 2 7.

(77) Vel potius anno 839. ex adn. (1).
(78) Vix decem ex adn. (49),
(79) Anno 849. ut adn. (2).
(80) Anno 849. adn. (4).
(81) Annos sex adn. (5. & 6.).
(82) Veneno forte necatus ex Scriptoribus a nobis relatis, non a regimine principatus ejectus.
(83) Moritur anno 855. adn. (6).
(84) Anno 854. adn. (6).
(85) Neque octavum regiminis annum ingressus est adn. (7).
(86) Sive etiam anno 860. adn. (7).
(87) Dies 18., ut ex Chronicis.
(88) Anno 860., vel 861, eodem, quo solium ascendit, ut dictum est.
(89) Anno ad summum 861. adn. (8).
(90) Annos 19, adn. (9).
(91) Anno 880. monasticam vitam amplexurus Casinum properat, nam usque ad Februarium ejusdem anni principatu potitur adn. (9).
(92) Ab anno 877. cum Guaiferio genitore principatus comes est adn. (11); solus regnat ab Augusto 880. adn. (12).
(93) Annos 23. adn. (13).
(94) Anno 899. adn. (13), eique successit Guaimarius ejus filius, qui patris in principatu socius ab anno 893. fuerat adn. (14).

7. Gisulphus electus anno 920. (95) regnavit annos 20 (96), obiit anno 940 (97).

8. Guaimarius II. electus anno 940. (98) regnavit annos 24. (99) defunctus anno 964. (100).

9. (101) Johannes electus anno 964. (102) regnavit annos 21. (103), obiit anno 985. (104).

10. Guaimarius III. electus anno 985. (105.) regnavit annos 32. (106), interfectus (107) anno 1027.; postquam Beneventi etiam Princeps (108) a cognato Guidone Spoleti Marchione renuntiatus jam fuerat.

11. (109) Gisulphus anno 1027. (110) regnavit annos 47. (111), & ejectus a Roberto Guiscardo leviro suo, qui Apuliae Ducatui Salerni Principatum adnexuit anno 1074. (112).

PRIN-

(95) Guaimario II., cujus filius erat, postponendus, ut dictum est adn. (63), dictique Guaimarii comes in regimine ab anno 933. adn. (18).

(96) Annos 45., ut ex Catalogo Ducum Beneventi, & Principum Salerni Cavensi Chronico olim praefixo supra relato, & ex mea Tabula chronologica.

(97) Anno 977. adn. (23).

(98) Gisulpho, ut dictum est adn. (74) ejus filio praeponendus, patri Guaimario I. in principatu socius ab anno 893. adn. (14).

(99) Annos 51. adn. (16).

(100) Anno 943. adn. (16).

(101) Desunt intermedii Principes Landolfus, Paldolfus, Manso, ut dictum est adn. (73).

(102) Anno 983. adn. (31).

(103) Annos regnavit sedecim adn. (33).

(104) Anno 999. adn. (33).

(105) Anno 989. patri fit socius adn. (36).

(106) Annos 38. imperavit adn. (38).

(107) Non hic, sed ejus filius Guaimarius IV. ab hoc Sciptore omissus impiorum gladiis occubuit.

(108) Somnium; nusquam enim ipsum, aut alium Salerni Principem (si Pandulfum Capiferreum demas) Beneventani Principatus titulo chartae veteres decorarunt.

(109) Omissus hac in Chronotaxi Guaimarius IV. filius Guaimarii III., genitorque Gisulphi, ut adn. (76) dictum est.

(110) Anno 1042. ex Pratillo, Peregrinio, Chronicis, & nostris membranis.

(111) Annos 36. adn. (46).

(112) Anno 1077., quem a Martio Salernitae annum 1078. vocarunt, adn. (46).

PRINCIPES SALERNI LANGOBARDI

EX CATALOGO DUCUM BENEVENTI, ET PRINCIPUM SALERNI

Olim Cavensi Chronico

praefixo

Et To. V. Historiae Principum Langobardorum Camilli Peregrinii a Francisco Maria Pratillo editae pag. 5 - 7.

SYconulfus primus Salerni Princeps, qui ab Augusto Ludgoico postea confirmatur in suo Principatu. Regnavit per annos x. Menses ix. (113).

Syco ejus filius puer, qui regnavit an. I. menses VI. sub tutela Petri Comitis Viri illustris (114) de Salerno. Inde in Franciam ab Augusto Ludgoico perductus est, & in ejus loco supstitutus est filius Petri prefati Comitis Adimarius (115), qui postea, ne principatum suum amitteret, Syconem Principem de Francia revertentem venenare fecit.

Adimarius Princeps per anno IX., & menses IX. (116).

Dauferius Benev., qui regnavit vix dies XVIII., & ab ejus Thio Guaiferio statim dejectus est a suo Principatu.

Guaiferius Balbus filius Daiferi exulis Ben. principatum usurpavit per an. x. menses IV. Ab eodem Aug. Ludgoico carceri mancipatur. Sedit A. XVI. mens. III. (117) & Monachus factus est.

Weimarius ejus fil. per an. XXIII. mens. VI.

Weimarius alter gybbosus dictus ejus fil. per an. XLII. mens. III. (118).

Gesulfus fil. Gybbosi per A. XLV. mens. III., qui principare quoque fecit Priscum Comitem suum Tesaurarium, & Magistrum Pa-

(113) Decimum regiminis annum non complevit, & forte nec inchoavit Siconolfus, ut supra adn. (2).

(114) Etsi post annum unum, & menses sex forte fuerit in Franciam perductus, adhuc Salerni Princeps, quoad vixit, in instrumentis vocatus est, sextusque ejus annus numeratur, ut ex adn. (5) & (6) colligitur.

(115) Ademarius quinto Siconis anno ei in principatu sociatur n. (5).

(116) Vix annum septimum complevisse chartae vetustae innuunt; certissimum autem est ex successorum serie ne octavum quidem, nedum nonum, inchoasse adn. (7).

(117) Decimumnonum imperii annum egit Guaiferius, ut adn. (9).

(118) Annis 51. hic Guaimarius regnavit adn. (16).

Palatii (119), & postea Paldulfum fil. Pandulfi Capue Principis ejus affinis, quem adoptavit in filium, & Principem Salerni.

Paldulfus prefatus Pandulfi Capue Principis filius post mortem Gesulfi principavit cum Patre per an. II. Mens. VII. sub tutela Joannis filii Lambert Comitis ejus atfinis (120). Postea Manso Malfitani Ducis fil. eum depellere conatus est, sed pacificati ab Octone Aug. principatum simul tenuerunt (121). per A. II. Mens. VII.

Manso cum Joanne (122) regnavit A. III. menses II. (123), & pulsus est a Joanne altero fil. Joannis Lamberti Comitis.

Joannes cognomine maledictus fil. Joannis per A. XI. (124) Wido ejus fil. A. III. mens. VI. cum Patre suo Joanne (125), antequam in igne damnatus periisset (126).

Weimarius Princeps ejus frater benignus, & clemens per A. XLIII. mens. IX. (127).

Weimarius alter ejus filius per A. XXXIV. dies XVII. Optinuit Principatum Capue a Chuonrado Imp. Theotonico, & Ducatum Malfitanum, & Surrenti. Sed ab eisdem postea occisus est.

Joannes ejus fil. regnavit cum Patre A. IV. mens. IX. (128), qui Ducatum Surrenti tenuit secum, postquam Patrem espulerunt ab illo (129).

Wido alter Weimarii frater per mens. II. [130], & ipse erat Thius Gesulfi Principis.

Ge-

(119) Prisci nulla in membranis mentio. Gisulfus autem 45. imperii annum non complevit adn. (13).

(120) Joannis hujus, qui Princeps deinceps fuit, tutelam nec instrumenta, nec Auctor alius, quod sciam, asserit.

(121) Nunquam Mansoni Paldulfum socium, simulque regnantem invenio adn. (28).

(122) Filio suo adn. (30).

(123) Vix duos in imperio annos duxisse chartae nostrae ostendunt adn. (30). Quae vero ad Paldulfi, & Mansonis principatum huc commenta, imo paradoxa suis observationibus intulit Pratillus, nec locus, nec mihi otium impugnandi; sans in Dissertatione.

(124) Per annos sedecim adn. (23).

(125) Quintum etiam annum in principatu cum Joanne genitore suo egit adn. (31), & (32).

(126) Flammas evomente Vesuvio forte, quum Joannes obiit, vulgus, quod sceleftos ejus mores noverat, id ejus damnationi tribuit. *Quandocumque in illis partibus*, ait Petrus Damianus, *reprobus dives moritur*, *ignis erumpere de praedicto monte videtur*. Opusc. 19. de Abdicatione Episcopatus cap. 9.

(127) Annum imperii tricesimumoctavum non excessit adn. (38).

(128) Nec secundum annum complevit adn. (41).

(129) Nec pater Sirrento, ut arbitror, expulsus, quum ad obitum usque Sirrenti Ducatus titulum retinuerit, nec filius Joannes ei praemortuus in infantia, ut dictum est, & in biennali forsan aetate Ducatum illum potuit retinere.

(130) Nusquam Guido Princeps in instrumentis notatur adn. (45).

Gesulfus fil. Weimarii A. xxxiv. (131) nondum completis a suo Principatu per R. Viscardum Ducem cognatum suum dexpoliatus est A. Mlxxii. (132) postquam in Salerno Civitate dominati sunt Langobardi per A. ccxxvii. (133).

PRINCIPES SALERNI LANGOBARDI

EX CHRONICO DUCUM, ET PRINCIPUM ALIQUOT BENEVENTI, ET PRINCIPUM SALERNI CUM APPENDICULA &c.

apud Peregrinium To. V. Hist. Principum Langobardorum pag. 16. - 18.

Siconulfus frater ejus [Sicardi] ann. x. Iste Siconulfus cum fratre (134) Radechesi Principe Principatum divisit. Siconulfus tenuit Principatum Salerni. Radechesi Principatum Beneventanum.

Sico filius supradicti Siconulfi regnavit an. v. (135).

Ademarius an. vi. (136).

Guaferius Balbus an. xvi. (137).

Guaimarius male memorie filius ejus an. xvi. (138).

Guaimarius bone memorie filius ejus an. xlx. (139).

Priscus an. X. (140).

Gisulfus III. Magnus Princeps an. xl. (141), introduxit corpus B. Matthei in Salern. Civitatem.

Pandulfus optatus an. III. (142).

Mansus Patritius an. ii.

Joannes de Lamberto an. xiii. (143). Guai-

(131) Tricesimumsextum principatus annum agebat Gisulfus, quum Salerno expulsus, & imperio exutus est adn. (46).

(132) Anno 1077. adn. (46).

(133) Per annos 237., imo 238. Salerni regnarunt Langobardi, quot scilicet ab anno 840. ad 1077. numerantur.

(134) Radechesi, sive Radelgisii Beneventi Principis, qui Siconis Thesaurarius fuerat, Siconulfum fratrem fuisse nemo dixerit.

(135) Sextum etiam notant membranae (Arc. 82. n. 40.).

(136) Ad septimum pervenit adn. (6).

(137) Annos decem & novem imperavit adn. (9).

(138) Tres & viginti principatus ejus annos numerant chartae adn. (13).

(139) Quinquagesimumprimum annum in imperio egit adn. (16).

(140) Prisci imperium nullum adhuc instrumentum innuit, neque in non interrupta Principum serie ullus ei locus superest adn. (19).

(141) Gisulfi hujus, qui numeratis ejus nominis Beneventi Principibus III. dicitur, regimen ad quadragesimumquintum annum pervenisse vetera instrumenta indicant ex adn. (23), licet Landulfi male usurpato imperio nonnullis mensibus interruptum.

(142) Septimum Paldulfi annum in chartis IX. Indictionis, seu vulgaris anni 981. (Arc. 87. n. 384. & aliis) invenimus.

(143) Sedecim Joannis de Lamberto anni dicendi sunt adn. (33).

Guaimarius ejus filius an XLIII. (144).
Guaimarius filius ejusdem Guaimari an. XXXIII. (145).
Gisulfus IV. Princeps ultimus an. XXXIII. (146).

PRINCIPES SALERNI LANGOBARDI

Ex Ughellii Italia Sacra To. I. pag. (mihi) 344.

ANno Christi 839. (147).
I. Siconolfus Sicardi Beneventi Principis frater.
II. Sico ejus filius.
III. Radelchis Siconis frater (148).
IV. Adelchis Siconulphi item filius.
V. Ademarius Petri filius a Ludovico II. Imp. fit Salerni Princeps an. 852. (149).
VI. Daupherius cognomento Balbus, seu Mutus, Majonis filius, Siconulphi affinis, qui obiit 861. (150).
VII. Guaipherius Dauferii filius (151) successit Patri eodem anno (152), Monachus obiit Casinensis Coenobii (153).
VIII. Guaimarius I. Princeps ab anno 880. (154) ad 901. (155), quo se abdicavit (156).
IX. Guaimarius II. Guaimarii filius Patri fueceffit, regnavit ad annum usque 933 (157).
X. Gisulphus I. Guaimarii filius ætate triennis salutatus est Princeps an.

(144) Tricesimusoctavus Guaimarii hujus extremus est annus adn. (38).

(145) Tricesimumquartum etiam attigit ad Februarium usque anni 1052. (Arc. 31. n. 156. & aliis).

(146) Tricesimumsextum imperii agebat annum, quum principatum amisit, (n. 46.)

(147) Optime, ut adn. (1).

(148) Hunc, & Adelchim nunquam Salerni dominatos, quod a Caracciolo forte Ughellius didicit, jam animadvertimus adn. (71).

(149) Ante annum 854. Ademarius neque in principatu socius observatur adn. (5) & (6).

(150) Vix solium ascenderat, quum ex eo ejectus est, neque ulla de eo nostris in Instrumentis memoria. Ejectus vero hoc anno, non defunctus.

(151) Alium Daupherium Guaiferii hujus patrem cum modo relato confundit Auctor. Hic vero Guaiferius Princeps ejecti Daupherii patruus fuit, ut ex Catalogo praefixo Cavensi Chronico supra relato.

(152) Succefsit nepoti, si unquam regnaverit, vel certe Ademario.

(153) Dum in Casinum properat monasticam vestem induturus in Teano moritur. *Erchempertus*, & *Anon. Salern.*

(154) Cum patre ab anno 877. adn. (11), solus ab 880. adn. (12).

(155) Potius ad an. 899. adn. (13).

(156) Guaimarius I., sive senior a Guaimario filio fuit a principatu suspensus, & ad Ecclesiam S. Maximi Salernitanae civitatis relegatus. *Chron. Cav.* a Pratillo editum.

(157) Ad annum usque 943. cum filio Gisulfo regnavit (16).

an. 933. (158); varia fortuna Principatum gessit ad annum usque 983. (159).

XI. Joannes a Gisulpho adoptatus est (160) anno 983 Princeps Salernitanus. Obiit anno 994. (161).

XII. Guaimarius III. Princeps major dictus ad discrimen minoris Guaimarii filii ejus successit Gisulpho (162), excessit annò 1031. [163].

XIII. Guaimarius junior hujus nominis IV. Patri successit. Occisus est an. 1052. Amalphitanorum, suorumque cognatorum, & Salernitanorum quorumdam conjuratione.

XIV. Joannes Guaimarii filius cum Patre regnavit ab anno 1038. ad 1042. quo obiit (164) superstite Patre.

XV. Gisulphus ultimus Princeps e Longobardis cum Patre Guaimario ab an. 1042. ad an. 1052. Sedit solus ad annum usque 1075. (165) quo a Roberto Guiscardo Apuliae Duce ejus cognato est Principatu dejectus.

Y LAN-

(158) Patri sociatus per decennium principatum gessit adn. (16) & (20).

(159) Ejectus a Landulso Atenulsi Beneventi Principis filio, inde per Paldulsum Caputferreum Capuae, & Beneventi Principem restitutus Paldulsum patri cognominem ejus filium in filium adoptavit, cum eo, & Gemma uxore suà principatum regens ad annum usque 977. adn. (23). Id variae fortunae nomine Ughellum intellexisse putandum est. At quae de Paldulso adoptato filio prius per menses cum Gemma Gisulsi uxore, inde cum Paldulso Caputferreo naturali ejus genitore, vel denique solo in Salerni principatu dominante, indeque per Mansonem ejecto, deque Mansonis imperio cum filio Joanne evenere ad annum usque 983., de quibus siluit, variae Gisulsi fortunae ab eo tributa non credam, sed potius ignorata,

(160) Paldulsus, non Joannes, a Gisulso adoptatus, ut dictum est.

(161) Annus mortis Joannis fuit 999. Christi adn. (33).

(162) Successit Joanni.

(163) Obiit an. 1027. adn. (36).

(164) Anno 1038. potius ejus obitus signandus adn. (42), quam assumptio ad solium, quae antecedenti anno 1037. evenit adn. (40).

(165) Ad annum usque 1077. tricesimumsextum principatus annum agens regnavit Gisulsus ultimus Langobardorum Princeps, ut demonstratum est adn. (47).

LANGOBARDICA-AERA

SALERNI PRINCIPUM

Ex Tabularii Monasterii Ss. Trinitatis Cavae

Synchronis Monumentis.

Additis cujusque Principis imperii annis ad Christianae Aerae annos relatis.

Anno Christi

840. I. Siconolfus a Januario 840., vel potius a fine anni 839. usque ad Novembrem, vel Decembrem anni 848., vel ad annum sequentem.

849. II. Sico saltem a Decembri 849., cum Petro Rectore ejus in membranis expresso saltem a Martio 852., addito Ademario Petri filio a Decembri 853. usque ad Majum saltem anni 855., quo sextum adhuc imperii annum agebat.

852. III. Petrus cum Sicone Principe annos eosdem Siconis numerans, seque Principem saltem a Martio 852. in instrumentis nuncupans, cum solo filio Ademario ab Octobri saltem 855. ad Decembrem saltem ejusdem anni.

853. IV. Ademarius cum Sicone Principe, & Patre suo Petro a Decembri 853., cum solo Patre ab Octobri saltem 855. ad Decembrem saltem ejusdem anni, solus saltem a Februario anni 856. ad Novembrem usque 860. et forte amplius.

861. V. Guaiferius solus ab Augusto 861. ad Decembrem 876., cum Guaimario filio a Januario, vel Februario 877. usque ad Februarium saltem 880.

877. VI. Guaimarius I. cum Patre a Januario, vel Februario 877. ad Februarium saltem 880., solus dehinc ad totum annum 892., cum filio Guaimario II. a Januario 893. ad Augustum saltem 899.

893. VII. Guaimarius II. cum Genitore a Januario 893. ad Augustum saltem 899., solus saltem a Junio 902. ad Aprilem 933., cum filio Gisulfo a Majo 933. saltem usque ad Martium 943.

933. VIII. Gisulfus cum Patre a Majo 933. ad Martium usque saltem 943., solus inde saltem ad Aprilem usque 973., denuo solus saltem a Junio 974. ad Septembrem ejusdem, cum Gemma uxore, & Paldolfo adoptato filio ab Octobri anni ejusdem ad Novembrem usque 977.

973. IX. Landolfus filius Atenulfi Beneventi Principis saltem a Septembri 973. ad Januarium saltem 974., quo ei socius est Landolfus ejus filius.

Lan-

Landolfus filius Landolfi Patri socius in principatu mense Januarii 974.

Gemma cum viro Gisolfo, & Paldolfo adoptato filio ab Octobri 974. ad Novembrem 977., cum solo Paldolfo mense Decembri ejusdem anni, & forte aliis mensibus anni sequentis.

974. X. Pandolfus cum adoptivo Patre Gisolfo, & Gemma uxore ejus ab Octobri anni 974. ad Novembrem 977., cum sola Gemma Decembri ejusdem anni, & forte aliis mensibus sequentis; cum genitore suo Paldolfo Caputferreo Beneventi, & Capuae Principe a Julio 978. ad Februarium, vel Martium 981., solus a Martio, vel Aprili hujus anni saltem usque ad ejusdem Septembrem.

Paldolfus Pater Beneventi, & Capuae Princeps Paldolfo filio in principatu Salerni socius a Julio 978. ad Februarium vel Martium 981.

982. XI. Manso Amalfitanus, & Joannes ejus filius saltem ab Aprili 982. ad Augustum 983; & forte ad Octobrem.

Joannes filius ejus eodem temporis spatio.

983. XII. Joannes de Lamberto cum filio suo Guidone a Novembri 983. ad Aprilem saltem 988., solus saltem a Julio 988. ad Martium 989., cum alio filio Guaimario a dicto Martio 989. ad Augustum saltem 999.

Guido cum Joanne Patre a Novembri 983. ad Aprilem, sive etiam Junium 988.

989. XIII. Guaimarius III. cum Patre Joanne a Martio 989. ad Augustum, vel Septembrem 999; solus saltem ab Octobri ejusdem anni ad Septembrem anni 1015., cum filio Joanne ab incepto Octobri 1015. ad Septembrem 1018., cum alio filio Guaimario a Septembri 1018. ad Februarium, vel Martium 1027.

Joannes cum Patre Guaimario ab incepto Octobri 1015. ad Septembrem 1018.

1018 XIV. Guaimarius IV. cum genitore Guaimario III. a Septembri 1018. ad Februarium, vel Martium 1027., cum Matre Gaitelgrima ab Aprili saltem ejusdem anni ad Julium saltem ejusdem, solus a Novembri saltem ipsius anni 1027. ad Septembrem 1037., cum filio Joanne a Septembri 1037. ad Novembrem saltem 1038., Princeps Capuae ab Augusto 1038. ad aliquos dies Martii 1047., Dux Amalphiae ab Aprili 1039., & Dux Sirrenti ab incepto Julio ejusdem anni ad mortem usque anno 1052., Dux Apuliae, & Calabriae a Februario 1043., & forte a fine 1042. ad Januarium saltem 1047., cum filio Gisulfo II. ab Aprili 1042. ad interitum 1052.

Gaitelgrima Guaimarii III. uxor cum filio Guaimario IV. ab Aprili saltem 1027. ad Julium saltem ejusdem anni.

Joannes cum Patre Guaimario IV. a Septembri 1037. ad Novembrem saltem 1038.

1042.

1042. XV. Gisulfus II. cum genitore Guaimario IV. ab Aprili 1042. ad Februarium saltem anni 1052., solus a Septembri saltem ejusdem anni ad Majum saltem anni 1077., quo anno a Normannis expulsus.

FINIS.

APPENDIX
MONUMENTORUM
QUAE
IN DISSERTATIONE CITANTUR.



I.



Loara filia Romoaldi Comitis; uxor Petri Comitis simul cum filiis suis promittit defendere Theodorae filiae Gregorii Consulis, & Ducis Romanorum, & quondam uxori Paldulfi filii Guaimarii Principis, ejusque filiis terras, & casas extra Salernum a muro Civitatis usque ad viam publicam, quae secus littus maris ducit, quas olim simul cum dictis filiis tunc infantibus vendiderat Johanni Comiti fratri suo filio Romoaldi, a quo, & a Purpura ejus uxore dicto Paldulfo olim viro Theodorae venditae fuerant. anno 18. *Gisulphi Salerni Principis mense Julii* 12. *Indictione* (*Christi anno* 1059.) *Arca* 86: *num.* 262. in membrana.



IN nomine Domini octabodecimo anno principatus Domini nostri Gisulphi gloriosi Principis mense Julio 12. Indictione. Dum coram presentia Domine Theodore filie Domini Gregorii Consulis, & Ducis Romanorum, que fuerat uxor Paldulfi, qui fuit filius Domini Guaimarii gloriosi Principis, essem ego Johannes Judex, & ibidem aderant Aloara filia quondam Romoaldi Comitis, que uxor denique Petri Comitis, & Referendarii fuerat, & Lando, & Johannes Comites, & Referendarii germani, hac filii ipsorum Petri, & Aloare, & Alferada olim filia Guaiferii Comitis, que est uxor ipsius Landonis, & Benzolana filia quondam Petri, & uxor est ipsius Johannis, & Johannes Clericus filius quondam Rainerii, in cujus manu paruit unum scriptum, quod scriptum est per Dauferi . . . . . octabodecimo anno principatus Domini Guaimarii filii Domini Guaimarii mense Decembri quarta Indictione. Ipse Petrus Comes maritus ipsius Aloare, sicut ei congruum fuit, sua voluntate ante Ademarium Comitem, & Judicem, & aliorum novilium donaverat Malfredo, & Johanni Comitibus germanis predicte Aloare inclitum mundium, quod ei pertinebat in ipsa Aloara uxore sua. Tali hordine ut ab obitum ipsius Petri in antea inclitum ipsum mundium in illorum esset potestate, seu de illo Viro, cui scriptum ipsum in manu pareret, illud habendum, & faciendum quod vellent, sicut ipsum scriptum continet, in quo ipse Ademari Judex subscriptus est. Et ipsa Domina Theodora ostendit duas cartulas, quarum una continebat. In nomine Domini vicesimo anno principatus Domini nostri Guaimarii, & primo anno principatus Domini Johanni ejus filii gloriosi Principibus mense Januarius sexta In-

Indictione . Cum autem supradictus Dominus gloriosus Princeps secundum gloria dignitatis sue more solito resideret in sacro Salernitano Palatio, & ante eum adessem Ego Grimoaldus Comes, & Judex, ibique in eadem presentia venerunt Mulier nomine Aloara filia quondam Romoaldi Comitis, & relicta quondam Petri Comitis cum duobus filios suos, unum ex illis nomine Lando, et ipso alio nomine Johannes, qui sunt infantes infra etatem, et humo prostrati clamaverunt suaque necessitate intimare volentes, et ipsa gloriosa Potestas precepit michi suaviter ipsi infantes erigere, et illis interrogare, quodnam esset causa, pro qua venissent; illis autem dixerunt, ut ipse Petrus Pater eorum mortuus esset, et devitum ad salvandum dimisit, et non aberet pretium, unde devitum ipsum salvare poterent, et a Creditoribus, et fidejussoribus suis valde essent angustiati, et venissent illud notificare supradicti Domini Magni Principis, ut venundare poterent de rebus suis, quantum ipso devitum est. Ego autem interrogavi illis qnanrum esset ipso devitum, et que de rebus sua venundare volerent; illis autem dixerunt, ut ipso devitum esset solidos quingentos, et volerent venundare terris, et casis illorum a foras hac predicta Civitate Salerno a muro de ipsa Civitas usque via puplica, que secus litus maris ducit. Ego vero supradictus Judex reduxi ipsi infantes ante supradicta gloriosa Potestas, et sicut illis nobis dixerunt, per ordinem illud narravi eidem magnifice Potestati. Ille autem Magnificus Dominus Princeps propter Domini, et mercedis anime sue cum ipsi infantes de sua presentia direxit personam Deum timentem ad ipsa terra, et casis, qui hoc ipsum opus sapienter consideraret, ut ad ipsi infantes aliqua damnietas propter onere solidorum, aut contra ratione, et neglegentia minime perveniret, et dum cum illis abiit, et reversus est, nuntiavit eidem Domini Magni Principis, ut ipsa terra cum casis diligenter, et sapienter cum plures aliis idonei hominibus considerassent, et adpretiassent, sed non plus quam ipso devitum valeret, et ipse supradictus Dominus gloriosus Princeps licentiam ad ipsi infantes dedit ipsa terra, et casis venundare cui voleret, et solidos ipsos inde acciperent, et devitum ipsum salvarent, et michi supradicto Grimoaldi Comiti, et Judici precepit cum illis ad ipsa vindítione faciendum essem. Et ante mea presentia venit Vir nomine Johannes germanus predicte Aloare, qui dixit ipsa terra, et casis ab ipsi infantes, et ab ipsa Genetrice illorum emere voleret, et ipsos solidos inde eorum daret. Et ipsa Aloara ibique ante nos secum habentem duos germanos, et parentes suos, et sic me ipsa mulier rogavit, et dixit, quia omnia, quod in ipsa terra, et casis ei pertineret, voleret vindere, et ipsi parentes ejus in ipsa venditione manus suas posuerunt, et se ipsa inde vinditricem fecit. Et ipsis filiis, et Mundoalę suis ei inde consenserunt, ut quod vindiderit semper stabile sit. Et Petrus Scriba per notitia ipsorum parentibus, et meaque Judici hanc cartulam vinditionis inde scribere jussi. Sic itaque acta ipsis mater, et filiis per hanc cartulam ante me, qui supra, Grimoaldi Comiti, et Judici presentia, et ante ipsis parentibus eidem mulieri comuniter ipsis mater, et filiis venundederunt, atque ad semper habendum venundederunt ipsius Johanni Comiti ipsa terra, et casis. Unde ibique ante nos ostenderunt duobus preceptora, unum vetere, et alium nobum; ipsum vetere continentem. Siconolfus Dei providentia Langobardorum gentis Princeps per rogum Siconis Thesaurarii sui concesserat Radechis Castaldeo filio Moncolani inter aliud terra vacua inter murum, et muricinum de hac noba Salernitana Civitate, ipsa terra in longitudinem passuum septuaginta ab ipsum dissusurio, qui exit de intus Curte S. Michaeli per ipsum murum, adveniente ab inde contra Sacrum suum Palatium una cum Turre, que erat in ipsu muru prope ipsa posterula in capu de ipse scale, et in latitudo ab eodem muro usque in ipso muricino, et a fore ipso muricino per exinde mensura usque ad mare, pro eo quod ipse Radechis eidem Domini Siconolfi dederat unam Curtinam valientem solidos mille, que pro salvatione Gentis, et Terre sue direxerat salutem in Franciam ad ipsum Imperatorem, sicut ipso preceptum continet, quod scriptum est per Toto Notarium, et ab utile anulo est sigillatum. Et ipso preceptum nobum continentem. In nomine Domini Dei Eterni Salvatoris nostri Jesu Christi Guaimarius divina protegente clementia Langobardorum Gen-

Gentis Princeps concedo tibi Petri Comiti Thio, et Referendario nostro per postulationem Laidolfi Comitis socero nostro terra vacua ad mare a foras murum nostre Civitatis Salerno, que est per has fines, et mensuras. A parte occidentis erga ipso diffusurio, qui exiet de parte S. Michaelis usque ad litore maris, et erga mare; in parte orientis passus decem et octo, et saliente a mare in parte septentrionis usque muro nostre Civitatis, et erga ipso muro usque in priore fine, unde exiet aqua de predicto diffusurio passus decem et octo. Hec vero terra tibi, tuisque filiis, et eredibus concedimus, ut faciatis in ea edificium qualiter volueritis; et potestatem habeatis vos in ipso muro apprehendere, et rumpere, ut posterola ibi habere debeatis ad ingrediendum, et regrediendum exinde cum vestris congruitatibus, simulque potestatem habeatis in predicta terra edificia in altum levare, et operare qualiter volueritis. Et neque a nostris Comitibus, Judicibus, Castaldeis, vel a quibuscumque hagentibus habeatis aliquam contrarietatem exinde, vel requisitione, sed faciatis de predicta nostra concessione vos, et vestros filios, et heredes quicquid volueritis absque omnibus puplicis requisitionibus. Textum vero hujus firme, hac stavilis nostre concessionis scribere precepimus te Truppualdum Abbatem, et Scribam nostri Sacri Palatii, anuloque nostro insigniri jussimus de mense Magio concurrente Indictione quintadecima anno Deo propitiante nostri principatus quartodecimo. Et cum fuerunt lectos supradicta preceptora, sicut dictum est, supradicta Aloara, et Lando, et Johannes germani filii ipsius Aloare benundederunt, atque ad semper habendum confirmaverunt jamdicto Johanni filio supradicti Romoaldi ipsa terra, et casa per supradictas fines, et mensuras, et omnia, que, et quantum, qualiterque per supradictum preceptum nobum eidem Petri Comitis virum, et genitor illorum, et ad filios, et heredes illius concessum fuit cum omnes vices, et pertinentiis, quas ipsius Petri pertinuit per supradictum preceptum nobum in ipsum murum de jamdicta Civitas. Iterum ipsis mater, et filiis venundederunt predicto Johanni omnia quantum, et quomodo, & qualiter ipsius Petri virum, et genitor illorum pertinuit per supradictum preceptum vetere ab ipso murum de jamdicta Civitas usque ad ipsa via, que juxta ipso litus maris ducit, et quantum pertinuit ipsius Petri in ipsa Turre, que ipso proceptum continet. Ad securiter et firmiter amodo, et semper ipse Johannes, et illius heredes cunctas supradictas vinditiones, qualiter superius legitur, quas superius ipsis mater, et filiis eidem Johanni venundederunt cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de vie, et andita sua, et cum totum ipso preceptum nobum, et cum omnia, quas inde continet, et cum omnes pertinentias, quas ipsius Petri virum, et genitor illorum pertinuit in ipsum preceptum vetere de ipsa terra ab ipsum murum de jamdicta Civitas usque ad mare, totum illud ipse Johannes, et illius heredes habendum, dominandum, posſidendum, et omnia exinde faciendum quod voluerint. Et pro ipsa vinditione eorum confirmandam ipsi Lando, et Johannes acceperunt exinde toti ipsi solidi, quod pro ipso devitu dare debuerunt. Et ipsa Aloara accepit inde pretium suum, quantum de ipsa terra, et casis ei pertinuit, et de ipsa illius pertinentia de jam dictum murum in omnes deliveratione, sicut finitum totum ipso pretium aput illos est; de qua ipsis mater, et filiis comuniter guadiam inde dederunt predicto Johanni, et mediatore ei posuerunt supradictos Madelfrit, et Rodelgrimus Comitibus filios jamdicti Romoaldi; quia ipsa mulier has omnia, quas in hac cartula legitur, fecit per voluntatem de ipsis filiis, et de Mundoalt suis, et pro eadem guadia obligaverunt se ipsi Aloara, et Lando, et Johannes filios suos, et illorum heredes amodo, et semper defensandum jamdicto Johanni ad illius heredes totas, et inclitas supradictas vinditiones, quas superius eidem Johanni venundederunt, ab omnibus hominibus, omnique partibus, preter quando ipse Johannes, et illius heredes per se inde auctores esse voluerint, potestatem habeant qualiter voluerint, cum quale monimen, et rationem inde habere potuerint. Nam quando ipsis mater, et filiis, et illorum heredes inde auctores habere quesierint, per omnes vices dent ipse Johannes, et ejus heredes ipsorum mater, et filiis, et ad illorum heredes ambo ipsa preceptora ad

ha-

habendum illos per omnes vices diebus sexaginta, et ipsis mater, et filiis semper defensent predicto Johanni, et ad illius heredes cunctas supradictas vinditiones, sicut superius legitur. Et post complete ipse dies ambo ipsa preceptora salva, quales illam eorum dederit, ipsis mater, et filiis dent illos ipsius Johanni, et ad illius heredes ad habendum eos semper in predicta ratione. Et si taliter illud ipsis mater, et filiis, et illorum heredes predicto Johanni, et ad illius heredes non defensaverint, aut si illud vel exinde eorum tollere, aut contrare quesierint, et suprascripta vel exinde contradixerint, aut removere quesierint, vel quolivet causationes inde preposuerint, tunc per ipsam guadiam componere obligaverunt se ipsi Aloara, et Lando, et Johannes mater, et filiis, et illorum heredes ipsius Johanni, et ad illius heredes mille auri solidos Constantinos, et sicut dictum est illud eorum defendent, et omnia suprascripta per supradicto hordine eorum adimpleant, et questio, et causatio illorum semper sit inde tacita et vacua. Veruntamen ipsi germani Lando, et Johannes pro tribus partibus illorum de tota ipsa vinditione acceperunt ab ipsum Johannes ipsos solidos aureos quingentos, sicut supra legitur, et ipsa Aloara genitrice illorum accepit ab ipsum Johannes pro quarta sua de tota ipsa vinditione auri solidos centum sexaginta sex, et duo auri tarì; toti ipsis solidis habentes quattuor auri tarì boni per unumquemque solidum. Et taliter scribere fecimus te supradictus Petrus Notarius. Ego qui supra Grimoalt Comes, et Judex. Altera vero continebat. In nomine Domini vicesimo anno principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filii gloriosi Principibus mense Februarius sexta Indictione. Nos Johannes Comes filius quondam Romoaldi Comitis, et mulier nomine Purpura filia quondam Radelchisi, que sum uxor istius Johanni, clarefacio ego supradictus Johannes, quoniam ante os *annos* per firmam cartulam secundum legem scriptam venundederunt michi mulier nomine Aloara germana mea, et relicta quondam Petri Comitis, et Lando, et Johannes germani filii ipsius Petri Comitis, et istius Aloare terris, et casis illorum a foras hac Salernitana Civitate a muro de ista Civitas usque via puplica, que secus litus maris ducit, quantum fuit pertinens ipsius Petri. Unde ipsi mater, et filiis ostenderant duobus preceptora, unum vetere, et alium nobum, ipso preceptum vetere continentem. Siconolfus Dei providentia Langobardorum gentis Princeps per rogum Siconis Thesaurarii sui concesserat Radechis Castaldi filii Moncolani inter alia terra vacua inter murum, et muricino de hac noba Salernitana Civitate, ipsa terra in longitudinem passuum septuaginta ab ipsum disusurio, qui exiit de intus Curte S. Michaeli per ipsum murum adveniente ab inde contra sacrum suum Palatium, una cum Turre, qui erat in ipsum murum prope ipsa pusterola in capu de ipse scale, et in latitudo ab eodem muro usque in ipsu muricino, et a fore muricino per eadem mensura usque ad mare, pro eo quod ipse Radechis eidem Domini Siconolfi dederat unam curtinam valientem solidos mille, que pro salvationis Gentis, et Terre sue direxerat salutem in Francia ad ipsum Imperatorem, sicut ipso preceptum continet; quod scriptum est per Toto Notarium, et ab utile anulo est sigillatum. Et ipso preceptum nobum continentem. In nomine Domini Dei eterni Salvatoris Nostri Jesu Christi. Guaimarius divina protegente clementia Langobardorum gentis Princeps. Concedo tibi Petri Comiti Thio, et Referendario nostro per postulatione Laidolfi Comiti Socero nostro terra vacua ad mare a foras murum nostre Civitatis Salerno, qui est per has fines, et mensuras. A parte occidentis erga ipso disusurio, qui exiet de Curte S. Michaelis usque ad litore maris, et erga mare in parte orientis passus decem et octo, et saliente a mare in parte septentrionis usque muro nostre Civitatis, et erga ipso muro usque in priore fine, unde exiet aqua de predicto dissusurio passus decem et octo. Hec vero terra tibi, tuisque filiis, et heredibus concedimus, ut faciatis in ea edificium qualiter volueritis, et potestatem habeatis vos in ipso muro apprehendere, et rumpere, ut posterola ibi habere debeatis ad ingrediendum, et regrediendum exinde cum vestris congruitatibus, simulque potestatem habeatis in predicta terra edificia in altum levare, et operare qualiter volueritis. Et neque a nostris Comi-

mitibus, Judicibus, Castaldeis, vel a quibuscumque agentibus habeatis aliquam contrarietatem exinde, vel requisitione, sed faciatis de predicta nostra concessione vos, et vestros filios, et heredes quicquid volueritis absque omnibus puplicis requisitionibus. Textum vero hujus firme ac stabilis nostre concessionis, scribere preceptmus te Truppoaldum Abbatem, et Scribam nostri Sacri Palatii, anuloque nostro insigniri jussimus de mense Magio concurrente Indictione quintadecima. Anno Deo propitiante nostri principatus quartodecimo. Et cum fuerat lectos supradicta preceptora, sicut dictum est, supradicta Aloara, et Lando, et Johannes mater, et filiis venundederant michi jamdicti Johanni ipsa terra, et casis per supradictas fines, et mensuras, et omnia, que, et quantum, qualiterque per supradictum preceptum nobum eidem Petri Comitis virum, et genitor illorum, et ad filios, et heredes illius concessum fuit cum omnes vices, et pertinentias, quas ipsius Petri pertinuit per supradictum preceptum nobum in ipsum murum de jamdicta Civitas. Iterum ipsis mater, et filiis venundederunt michi predicto Johanni omnia quantum, et quomodo, et qualiter ipsius Petri virum, et genitor illorum pertinuit per supradictum preceptum vetere ab ipso muro de jamdicta Civitas usque ad ipsa via, que juxta ipso litus maris ducit, ad faciendum exinde omnia, quod voluerimus, sicut ipsa mea cartula continet. Et ego jamdicta Purpura palam facio, quia in totum illud, quod iste Vir meus emit ab ipsis mater, et filiis, sicut supra declaratum est, pertinet michi inclita quarta parte per meum scriptum Motgincap, quod ipse vir meus michi emisit in die nostre copulationis. Et congruum est nobis supradicto Johanni, et Purpura vir, et uxor comuniter venundare Paldulfi Comiti filio quondam Domini Guaimarii Principis, ac germani supradicti Domini nostri Guaimarii gloriosi Principis omnia, quantum in supradicta cartula ego nomine Johannes emit ab ipsis mater, et filiis. Et ut ego jamdicta Purpura vinditione ista comuniter cum isto viro meus facere possam, feci exinde notitiam ad tres propinquiores meos parentes, et una simul cum ipso viro meus, et cum ipsis parentibus meis pariter perreximus in presentia Johanni Judici, cui hæc omnia nota fecimus. Et ipse Judex secundum mandatum legis me nominatam mulier diligenter interrogavit, et inquisivit, ne forte aliqua violentia paterem. In illius presentia, et de ipsis meis parentibus manifesta sum nullam paterem violentiam nec ab isto viro meus, nec a quacunque homo, nisi voluntate mea ipsa res dico venundare. Et ipse Judex cum ipsis meis parentibus in hac cartula suis manibus posuerunt, et Petrus Notarius per notitiam de ipso Judex, et de ipsis meis parentibus cepit hanc cartulam vinditionis inde scribere, ut absque damnatione legis securus inde maneret. Sic itaque omnia hec per ordine acta nos superius nominati Johannes, et Purpura vir, et uxor per hanc cartulam ante ipsum Judex, et ipsis meis parentibus comuniter venundedimus, atque ad semper habendum confirmavimus tibi supradicto Paldulfi Comiti filio jamdicti Domini Guaimarii gloriosi Principis ipsa terra, et casis per supradictas fines, et mensuras, et omnia, que, et quantum, qualiterque per supradictum preceptum nobum eidem Petri Comiti, et ad filios, et heredes illius concessum fuit cum omnes vices, et pertinentias, quas ipsius Petri pertinuit per supradictum preceptum nobum in ipsum murum de jamdicta Civitas. Iterum venundedimus tibi predicto Paldulfi . . . . qualiter ipsius Petri pertinuit per supradictum preceptum vetere ab ipsum murum de jamdicta Civitas usque ad ipsa via, que juxta ipso litus maris ducit. Ad securiter, et firmiter amodo, et semper tu supradictus Paldulfus, et tuos heredes cunctas supradictas vinditiones cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de vie, et andito . . . . cum omnia, quas inde continent, et cum omnes pertinentias, quas ipsius Petri Comiti pertinuit in ipsum preceptum vetere de ipsa terra ab ipsum murum de jamdicta Civitas usque ad mare, totum illud tu nominatus Paldulfus Comes, et tuos heredes habeatis, et dominetis, et possideatis, et omnia exinde faciatis quod volueritis. Seu venundedimus tibi Paldulfi Comiti ipsa . . . .

et

et Johannes mater, et filiis de ipsa vinditione michi predicto Johanni confirmaverunt cum omnia, quas de ipsa vinditione continet, que scripta est cartula ipsa per Petrus Notarius, et ibidem scriptus Grimoalt Comes, et Judex. Emissa vero de anno vicesimo principatus Domini nostri Guaimarii, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filii gloriosi Principibus mense Januarius sexta Indictione; ad faciendum tu supradictus Paldulfus, et tuos heredes de ipsa cartula omnia quod volueritis. Unde pro confirmandam, et stabilissendam vobis supradicta venditione nos jamdictus Johannes, et Purpura vir, et uxor comuniter accepimus a te supradictus Paldulfus statutum pretium aureos solidos numerum mille quingentos, ana quattuor auri tari boni per solidum, sicut inter nos statutum fuit in omnes deliverationes, finitoque pretium aput nos, de qua nos supradicti vir, et uxor comuniter guadiam inde tibi predicto Paldulfi Comiti dedimus, et mediatore tibi posuimus Madelfrit Comes germanus, et cognatum nostrum, quia has omnia, que in hac cartula legitur, ego predicta Purpura feci per voluntate istius Johanni Viri mei, in cujus mundium sum, et comuniter cum illum, sicut supra legitur, et per eandem guadiam obligamus nos nominati Johannes, et Purpura, et nostris heredibus amodo, et semper defensandum tibi supradicto Paldulfi Comiti, et ad tuis heredibus totas, et inclitas supradictas vinditiones, quas superius tibi venundedimus, ab omnibus hominibus, omnique partibus, preter quando per vos ipsis volueritis inde auctores fieret, potestatem habeatis, qualiter volueritis cum quale monimen, et ratione inde habere potueritis. Nam quando nos nominati Johannes, et Purpura vir, et uxor, et nostris heredibus . . . . re, tu nominati Paldulfus, vel tuos heredes per omnes vices detis Nobis predictus vir, et uxor, et ad nostris heredibus ambo supradicta preceptora, et ipsa cartula salvos habendum nos illos, et nostris heredibus per omnes vices diebus sexaginta, et nos predicti Johannes, et Purpura vir, et uxor, et nostris heredibus semper defensemus tibi predicto Paldulfi Comiti, et ad tuis h. . . . . vinditiones, sicut superius legitur. Et post complete ipse diebus sexaginta ambo ipsa preceptora, et ipsa cartula salvos, quales illos nobis dederitis, demus illos tibi supradicto Paldulfi Comiti, et ad tuis heredibus ad habendum eos semper in predicta ratione; et si taliter illud nos, et nostris heredibus tibi, tuique heredibus non defensaverimus, aut si illud nos inde vos tollere, aut contrare quesierimus, et suprascripta vel exinde contradixerimus, aut removere quesierimus, vel quolivet causationes inde preposuerimus, per ipsam guadiam componere obligamus nos nominati Johannes, et Purpura, et nostris heredibus tibi predicto Paldulfi Comiti, et ad tuis heredibus tribus milia auri solidos Constantinos, et sicut dictum est illud vobis defensemus, et omnia suprascripta per supradicto hordine vobis adimpleamus, et questio, et causatio nostra semper sit inde tacita, et vacua, et taliter scribere rogavimus te supradictus Petrus Notarius. Actum Salerno. Ego qui supra Johannes Judex. Ut autem suprascripte cartule fuerunt ostense, atque perlecte, per meam inquisitionem ipsi Aloara, et Lando, et Johannes, et Alferada, et Benzolana, tamen ipsa Aloara cum voluntate ipsius Johannis, in cujus manu, ut supra scriptum est, predictum scriptum paruit, cum qua omnia, que in hac cartula scripta, et scribenda sunt, fecit, dixerunt ipsas cartulas, que tote superius per hordinem declarate sunt, veraces in omnibus, quod continent, esse, et nichil de eo, quod continere visum est, removere, aut contradicere posse, et de toto et integro eo, quod ipsi Johannes, et Purpura vir, et uxor eidem Paldulfo venundederant, sicut suprascripta cartula, in qua ipse Johannes Judex subscriptus est, continere dixit ipsa Domina Theodora sibi pertinere integram quartam partem per suum Morgincap sibi datum ab ipso Paldulfo Viro suo alio die copulationis eorum, et tres partes Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni germanis Comitibus filiis ipsorum Paldulfi, et Theodore. Et mox Johannes filius quondam Petri, qui in presentia ipsius Domine Theodore adetat, dedit ipsis Aloare . . . . ipsorum Domine Theodore, et Guaimarii, et Gregorii, et Guidonis, et Johannis duocen-

centos auri folidos ad faciendum ex eis illi, et illorum heredes quod voluerint. Ob hoc ergo ipsi Aloara, et Lando, et Johannes, et Alferada, et Benzolana, predicte Alferada, et Benzolana, cum voluntate jamdictorum virorum, ac Mundualdorum earum, cum quorum voluntate omnia, que in hac cartula fcripta, fcribendaque funt, fecerunt, bona illorum voluntate per convenientiam guadiam ipsi Johanni filio Petri pro parte fuprafcriptorum Domine Theodore, et Guaimarii, et Gregorii, et Guidonis, et Johannis dederunt, et fidejuffores ei pro eorum parte pofuerunt Johannem Comitem filium quondam Alfani Comitis, qui poftmodum Monachus fuit, et per ipfam guadiam ipsi Aloara, et Lando, et Johannes obligaverunt fe, et fuos heredes femper defendere ipsis Domine Theodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus integrum illud, quod ipsi Johannes, et Purpura vir, et uxor, ipsi Paldulfo venundederunt, ficut fuprafcripta cartula, in qua ipfe Johannes Judex fubfcriptus eft, continet, preter fuprafcripta cartula, in qua ipfe Grimoalt Comes, et Judex fubfcriptus eft, ab omnibus hominibus. Hac videlicet ratione, ut quotiens ipsi Domina Theodora, et Guaimarius, et Gregorius, et Guido, et Johannes, et illorum heredes defenfores de eo ipfos Aloaram, et Landonem, et Johannem, et illorum heredes habere quefierint, totiens ipfa Domina Theodora, et predicti Guaimarius, et Gregorius, et Guido, et Johannes, et illorum heredes dent eis, et eorum heredibus ambo fuprafcripta precepta, de quibus in fuprafcriptis cartulis, ut prefcriptum eft, declaratum eft, iufta ratione falva habenda diebus fexaginta, et per omnes vices illi, et illorum heredes ipsis Domine Teodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus illud, ficut fupra fcriptum eft, defendant; et poft completos ipfos dies per omnes vices ipfa precepta falva, quales eis data fueriut, ipsis Domine Theodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus reddant, et tribuerunt licentiam, ut quando ipsi Domina Theodora, et Guaimarius, et Gregorius, et Guido, et Johannes, et illorum heredes voluerint, poteftatem habeant illud per fe defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo oftenderint. Et fi, ficut fuperius fcriptum eft, ipsi Aloara, et Lando, et Johannes, et illorum heredes ipsis Domine Theodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus non adimpleverint, et fuprafcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere prefumpferint, per ipfam guadiam obligaverunt fe, et fuos heredes componere ipsis Domine Theodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus tria milia auri folidos Conftantinos, et, ficut fuperius fcriptum eft, adimplere. Et ipfe Alferada, et Benzolana per fuprafcriptam guadiam obligaverunt fe, et fuos heredes, fi fuprafcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere prefumpferint, componere ipsis Domine Theodore, et Guaimario, et Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus tria milia auri folidos Conftantinos, et taciti ex hoc adverfus illos, et eorum heredes permaneant, et tacere ex hoc faciant omnes homines, qui pro illorum parte, & dato quafcunque caufationes de eo ipsis Domine Theodore, & Guaimario, & Gregorio, et Guidoni, et Johanni, et illorum heredibus prepofuerint per fuprafcriptam guadiam, et obligationis pena. Quod fuperius difturbatum eft in uno loco legitur fupra, et in alio de curte Sancti, et in altero parenti. Et taliter te Ademarium Notarium, qui interfuifti, fcribere precepi.

✠ Ego qui fupra Johannes Judex.

II.

Leo quondam Johannis habitator Nuceriae vendit Ermetrudae filiae quondam Barbandaci, & Johanni, & Leomperto, & Angelperto filiis quondam Leonis terram, sive arbustum vitatum in eodem loco Nuceriae pro quatuor solidis aureis Beneventanis anno 1. Siconis filii Siconolfi Mense Decembris 13. Ind. (Christi an. 849.) Arc. 35. n. 254. in membrana.



IN nomine Domini primo anno principatu Domni nostri Siconi filii Siconolfi magno Principis mense December tertiadecima Indictione. Ideoque Ego Leo quondam Johanni habitator sum Noceria bindidi tibi Ermetrude filia quondam Barbandaci, et Johanni, et Leomperti, et Angelperti germani filii quondam Leoni terra mea, qui est arbustu bitatu in eodem loco, abentes finis de uno latu, et uno capu bia plubica, et de alio latu, et alio capu cum terra mea, qui supra, binditori conjuntu est, et ad mensura per longu passi nobe, et per latu de subter pede erga bia passi sex, et gubita dua, et desuper capite passi quinque, et gubita trea ad passu Ragimperti filii Dacuperti klauso, seu quatenus fini posite sunt, et mensura contine. Hunde nec mihi, qui supra, binditori, neque ad nullus homines nihil reserbabi portione, set totum in integrum tibi, qui supra, bindidi possidendum cum bece de bia sua. Hunde pro hanc mea binditione de presentes recepi a te, qui supra, fenitum pretiu aurum Beneventanos solidos numero quactro eam ratione, ud amodo, et semper vos, et vestri heredes abere, et posidere baleates, de quibus me obligo ego, qui supra, Leo, et me usque colligo heredes vobi, qui supra, emtori, bel ad vestri heredes, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare, et defendere promictemus, et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondemus, hoc est solidos hocto, et insuper quod fueri aput vos milioratu in quabis parte sub istimatione pretiis nos vobi restituere spondemus, et de calludio vobi iuremus, et han cartula, ut supra, sit firme, et te Cumpertu Notario scribere rogabit. Actu Noceria mense Indictione suprascriptis feliciter.

✠ Ego Petrus teste subscripsi
✠ Ego Raudipertu teste subscripsi
✠ Ego Stefano teste
✠ Ego Ildepertus teste subscripsi
✠ Ego Radipertus Presbiter teste subscripsi
✠ Ego Truppoaldo teste subscripsi
✠ Ego Erchenperto filius Ermeperti teste subscripsi
✠ Ego Richardo teste subscripsi
✠ Ego Berenardus Presbiter teste subscripsi

III.

SEx Deputati Ecclesiae de Columna Civitatis Trani promittunt Abbati Cavensi, quod Fratres, quibus ad tempus cum domicilio Ecclesia SS. Trinitatis Trani, quae est Grancia Monasterii Cavensis, concessa fuerat, die 15. Januarii proxime venturi septimae Indictionis illinc discedent. anno 1515. Arc. 53. n. 243.

NUi infrascripti sey Ordinati Gentilhomini & Citatini per la Magnifica Universita De Trano specialiter deputati circa la Reforacione de la Veneranda Ecclesia de Colona de epsa Cita & providere de trovare loco ydoneo alli Venerandi Patri de epso Convento secondo appare per patte posti in epso Concilio Declaramo che essendo stato equa lo Reverendo Don Vincencio de Mantua Abbate de lo venerando Monasterio de la Santissima Trinita de la Cava da Trano Grancia de epsa veneranda Abbacia ha recerchato che sincomo essa Universita nce ha posto dicti Fratri & facto instromento de levarne quelle ad omne simplice requisicione de epso Abbate o altro per suo nome ne li habia al presente farnili andare & perche nui Deputati non havemo per fini al presente possuto trovarle loco comodo havemo adomandato ad epso Reverendo Abbate alcuno jorno & termino che ce havesse graciosamente concesso fra lo quale havessimo possuto provederli de idoneo loco ad epsi Patri el quale nce ha dato termino per li quindici de lo mese de jennaro proximo de lo presente anno VII. indicione de fare dicta provisione quantunche li havessemo adomandato piu termino in fine del quale dicti fratri habiano da andarsene con Dio da dicta Ecclesia & case et pero nui infrascripti Deputati promectemo, et ne obligamo al dicto Reverendo Abbate presente che per li quindici del mese de jennaro proximo dicti Fratri habiano da partirse da epsa Ecclesia della Trinita et may piu alla dicta Ecclesia per epsi Fratri dare altra molestia, ne farle receptare in essa Ecclesia altramente non seguendose lo predicto con effecto ne contentamo essere incorsi ad omne Excomunicacione et interdicto contenti alli privilegij Bulle et Pontificie che epso Reverendo Abbate et sua Religione teneno presente alle cose predicte li infrascripti Venerandi Patri Guardiano et Fratri de epso Venerando Convento de Colonna del Ordine de Santo Francisco de la Observancia et promectino venuto dicto termino effectualmente haverse partiti da dicta Ecclesia de la Trinita et in quella ne sue stancie retornare. Altramente declaramo et volemo essere incursi ad omne interdicto et excomunicacione et suspensione contenta alle dicte Bulle Privilegii et Scripture de epsa Santissima Religione de dicto Reverendo Abbate ipso facto renunciandono ad omne loro privilegio che havessero et per observancia de le cose predicte havem facto far lo presente per mano de Notario Nicola de Fabriciis uno de nui sey deputati supscripto de nostre proprie mane presente epso Patre Abbate et acceptante la promissione obligacioni predicte et subscripto de li predicti Venerandi Patri Guardiano et Fratri et Supscrito de li infrascriti testimonij videlicet de lo Reverendssimo Episcopo de Lisula I. U. D. donno Paulo Mosca donno Pirhro Antonio de Fabriciis et Francisco Porcello de Trano. Trani die j. Decembris 1515. VII. Ind. secundum Trani usum ubi anno Domini semper primo die Mensis Septembris anni cujuslibet una cum Indictione mutatur.

Io Fra Francisco de Asula Guardiano accepto ut supra per me et tucti li Fratri.

Io Vincencio Pagano de Neapoli accepto quanto de sopra e scripto.

Nicolaus Antonius Lambertinus unus ex Deputatis fateor ut supra.

Io Petro Campitello de Trano Ordinato ut supra accepto quanto de sopra se contene.

Io Notario Nicola de Fabriciis uno de epsi sei Deputati accepto ut supra.

Io Francesco de la Porta per Rencza de Sanctolo subscripsi.

Io Petrucio de Gennasparro de mastro Petrucio de Trano accepto ut supra.

Io Fra Francisco de Vigiliis accepto ut supra.

Ego Frater Berardinus de Liliis accepto ut supra.

Cesar Lambertinus J. U. D. Episcopus Insulanus testatur.

Ego Donnus Pirhrus Antonius de Fabricij Canonicus Tranensis testis predictis omnibus interfui.

Ego Franciscus Porcellus de Trano testis sum.

Ego Donnus Paulus Mosca Canonicus Tranensis testis sum.

Ego Nicolaus de Fabriciis de Trano puplicus Apostolicus, et Regia autoritatibus Notarius fidem facio presens Cirographum manu mea propria scripsi de voluntate omnium retroscriptorum sex Ordinatorum Magnifice Universitatis Trani, ac venerabilium Guardiani et Fratrum subscriptorum, presencium, volencium, et se contentancium, ut in ipso cirographo presenti continetur et ad fidem signum meum apposui consuetum.

Et Ego Pyrrhus Antonius de Fabriciis Canonicus Tranensis Apostolica auctoritate Notarius confiteor predictam copiam exemplasse a suo originali manu alterius fideliter scriptam ex aliis meis prepeditus negociis cum qua facta collactione de verbo ad verbum concordat, et in fidem omnium et singulorum premissorum me subscripsi signoque meo solito et consueto signavi.

Locus-Sigilli.

IV.

Stephanus filius quondam Johannis, & Dumnanda uxor ejus offerunt Monasterio S. Nicolai de Palma Salerni medietatem terrarum ad ipsos pertinentium in loco Propiciano, ubi Preturu, & Contra dicitur; aliam vero medietatem eidem Monasterio vendunt pro 50. solidis aureis anno 28. Gisulphi Principis mense Januarii 8. Indictione (Christi 1070.) Arc. 87. n. 5. in membrana.



IN nomine Domini vicesimooctabo anno principatus Domini nostri Gisulphi gloriosi Principis mense Januario octaba Indictione. Dum coram presensia Domini Leonis Reverentissimi Abbatis Monasteriorum Sancte, et Individue Trinitatis, quod conditum est foris hanc Salernitanam Civitatem in loco Metiliano, et Beati Patris Nicolai, quod constructum est intra hanc Civitatem in plaia montis, ubi Palma dicitur, essem Ego Petrus Judex cum pluribus hominibus, tunc in eandem presentiam Stephanus filius quondam Johannis, et Dumnanda uxor ejus filia cujusdam . . . . . ostenderunt tres cartas, quarum prima scripta per Johannem Notarium vicesimo anno principatus suprascripti Domini Principis mense Majo quartadecima Indictione, qualiter ante me conjuncti fuerant cum suprascripto Stephano Adelascia filia Ursi Notarij, qui Alcoinus dicebatur, que fuerat uxor Johannis filii Amati, et Amatus, et Petrus, et Ademarius, & Johannes germani filii ipsorum Johannis, et Adelascie, et Alferada uxor predicti Amati, quique ostenderant unam cartam de tricesimoprimo anno principatus Domini Guaimarii, et decimo anno ducatus ejus Amalfi, et Sirrenti, et septimo anno principatus, et ipsorum ducatuum suprascripti Domini nostri Gisulphi ejus filii eximii Principis, et Ducis mense Marcio secunda Indictione, quomodo Meraldus filius Petri clarificaverat se habere res in loco Propiciano, ubi Preturu, et Contra dicitur, que erat per fines, et mensuras. A parte orientis finis via convenzaria, et passus decem et septem et medium, et revolvebat in partem occidentis passus quinque, et iterum revolvebat in partem meridi-

ridiei usque in alia via convenzaria, quam communem habebat cum Johanne, et Lademario consobrinis fratribus suis, et passus octo; et iterum revolvebat in partem occidentis usque viam illius, et erga ipsam viam mensurati passus nobem, et cubitum; ab ipsa parte occidentis finis suprascripti Maraldi, ab ora de ipsa via saliente in partes septentrionis passus viginti octo. A parte septentrionis fines rebus Ecclesie Sancti Cipriani, et descendente per ipsa fine usque in aqua, que vibola dicitur, ubi prius inceperat, mensurati passus viginti quattuor; ista erat prima pecia, in qua fuerat sedilia. Alia pecia de terra cum vinea ibique loco Contra per fines et mensuras. A parte orientis passus decem et nobem, a parte meridiei finis suprascripti Maraldi, et passus triginta quinque, a parte occidentis passus viginti minus palmum, a septentrione passus trigintaquinque et medium. Alia pecia de terra cum vinea ibi, ubi Contra dicitur, per fines, et mensuras; a parte orientis passus sex, et cubitum, a septentrione passus triginta unum et medium, a parte occidentis finis termiti, et passus tredecim et medium, a meridie passus triginta unum, et cubitum. Alia pecia cum saliceto communi, ibique sortio ipsius Maraldi, que ibi habebat per fines, et mensuras; ab oriente passus duodecim minus palmum, a meridie finis suprascripti Maraldi, et passus octo, ab occidente fines ipsorum Maraldi, et Johannis, et Lademari, et passus undecim, a septentrione passus septem. Alia pecia cum ortale ibique loco Contra per fines, et mensuras; a meridie finis via antiqua, et passus quinque, et revolvendo per ipsam viam in partes septentrionis passus triginta septem; ab ipsa parte septentrionis laxante ipsa via antiqua, et pergente per viam illorum communem passus vigintitres, et medium; a parte orientis finis ipsius Johannis, et passus triginta unum totum mensuratum justo passu hominis; et ipse Maraldus venundederat ipsi Johanni filio suprascripti Amati consobrino fratri suo inclitam suprascriptam rem per suprascriptas fines, et mensuras, et inclitam medietatem de omnibus rebus stabilibus, quas ipsi Maraldo tunc erat pertinentes extra suprascriptas fines, et mensuras in suprascripto loco Propiciano, et per fines, et vocabula de ipso loco in montibus, et in planis, quas communes habebat cum ipsis Johanne, et Landemario, quas divisam inter se non habebant, cum omnibus intra ipsam venditionem habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis, ad faciendum ex eo ipse Johannes, et ejus heredes quod vellent, et Lusicza uxor suprascripti Maraldi dederat, et tradiderat ipsi Johanni quartam partem suam sibi datam de suprascriptis rebus ab ipso viro suo ad faciendum ex ea ipse Johannes, et ejus heredes quod vellent, sicut ipsa carta continebat scripta per Trappoaldum Notarium, in qua Amatus Judex subscriptus erat. Cum autem fuerat ostensa, ipsi Adelascia, et Amatus, et Petrus, et Ademarius, et Johannes, et Alferada venundederant ipsi Stephano integrum illud, quod ipsi Johanni viro, et genitori, ac socero eorum per suprascriptam cartam venundatum fuerat, sicut suprascripta carta continebat, extra ipsam quintam peciam de terra cum hortale, quam sue reservaverant potestati, et venundederant ipsi Stephano integram medietatem de tota terra cum castaneto, et insiteto, quam communiter clarificaverant se habere in ipso loco, ubi Barbaritum dicitur, qualiter ipsi Johanni genitori, et viro, ac socero eorum quocumque modo pertinuerat cum omnibus intra suprascriptam venditionem habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum omnibus, que ipsa carta continebat extra ipsam terram cum ortale, ea ratione, ut ipsa venditio, sicut supra scriptum est, semper esset in potestate ipsius Stephani, et heredum ejus ad faciendum ex ea quod vellent, sicut ipsa carta continet, in qua ego subscriptus sum. Secunda carta scripta per Romualdum Notarium vicesimoprimo anno principatus suprascripti Domini nostri Gisulfi mense Julio quartadecima Indictione, qualiter ante Johannem Judicem Guisenolfus filius quondam Guisenolfi Castaldei, et Ursa uxor ejus filia Alderisii Notarii conjuncti fuerant cum suprascripto Stephano, et ipsa Ursa clarificaverat sibi pertinere terras cum vineis, et olibeto, et vacuo, et silbis foris hac civitate in ipso loco Propiciano, quas ipsi Urse in sortem evenerant a Johanne nepote suo filio Alderisii Notarii germani ipsius Urse, sicut continet castula divisionis,

quas

quas ipsa Ursa tunc ostenderat, scripta per Grimoaldum Notarium de suprascripto vicesimoprimo anno, et quintadecima Indictione; qualiter ipse Johannes filius predicti Alderisii conjunctus fuerat cum ipsa Ursa, que fuerat primum uxor cujusdam Madelmi abunculi ipsius Johannis, ac filii Petri Judicis; et quoniam de omnibus rebus stabilibus foris hac civitate, quas ipsi Madelmo fuerant, quartam partem dixerant pertinere ipsi Urse, ipse Johannes per convenientiam tradiderat ipsi Urse pro inclita ipsa quarta parte, quam ei pertinuerat, de rebus suprascripti Madelmi ex locis Propiciano, et Montana, et Nucerie integram terram cum vinea, et castaneis de predicto loco Propiciano, que curte de Amori dicebatur, et erat per fines, et mensuras. A parte orientis finis via, et per eam recte mensurati passus triginta et medium; a parte septentrionis finis ipsius Stephani, et aliorum, et recte mensurati passus quadraginta duo; a parte occidentis finis aliorum, et passus viginti duo, et cubitum; a parte meridiei finis via, que ducit inter hanc terram, et terram ipsius Stephani, et aliorum, et passus quadraginta octo, et integram terram cum vinea, et olibeto de eodem loco per fines et mensuras. A parte occidentis finis via, et passus quadraginta octo, a parte orientis finis medio ribus, que aqua vivola dicitur, et prope eum intra ipsam terram mensurati pasus quinquaginta tres et medium, a parte meridiei finis media sepes, et juxta eam intra ipsam terram mensurati passus triginta quattuor, et integram terram cum vineola ibi propinqua per fines, et mensuras. A parte orientis finis ipsa via, et pasus sex, a parte meridiei similiter finis ipsa via, et passus quattuor; a partibus vero occidentis, et septentrionis finis ipsius Stephani, et integram octabam partem, quam suprascripto Petro Judici habere pertinuit in omnibus montibus de suprascripto loco Propiciano, et de finibus, et vocabulis, et pertinentiis ipsius loci excepto monte, qui Tebenna dicitur. Jam dictas vero terras per jam dictas fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas, et ipsam octabam partem ipse Johannes, ut dictum est, ipsi Urse tradiderat ad faciendum ex eis quod vellet, sicut ipsa carta continebat, in qua ego meum nomen descripseram. Et cum ostensa fuerat, sicut ipsi Urse congruum fuerat, venundederat ipsi Stephano integrum illud de ipso loco Propiciano, qualiter, ut supra scriptum est, ipse Johannes eidem Urse pro ipsa quarta tradiderat, sicut ipsa carta continebat, cum omnibus intra ipsam venditionem habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis, et de aliis viis suis, et cum suprascripta carta extra munimina, quas in ipsa carta continebant, ea ratione ut semper ipsa venditio esset in potestate ipsius Stephani, et heredum ejus ad faciendum ex ea quod vellent, sicut ipsa carta continet, in qua Johannes Judex subscriptus est. Tertia vero carta est illa, que per ipsum Grimoaldum Notarium scripta est. Cum autem suprascripte carte fuerunt ostense, dixerunt ipsi Stephanus, et Dumnanda, ut de toto illo, quod ipsi Stephano per ipsas primam, et secundam cartulas venundatum, ut suprascriptum est, fuerat, quartam partem pertinere ipsi Dumnande per datum suprascripti matiti sui, et tres partes pertinere ipsi Stephano. Et ipsi Stephanus, et Dumnanda, sicut eis congruum fuit, bona illorum voluntate per convenientiam, per hanc cartam secundum legem, et consuetudinem illorum Romanorum, pro amore omnipotentis Dei, et salutis animarum suarum optulerunt in ipso Monasterio Sancti Nicolai integram medietatem de toto, et integro illo, quod ipsi Stephano per suprascriptas primam, et secundam cartulas venundatum fuerat, quemadmodum ipse cartule continere videntur, et integram alteram medietatem de toto, et integro illo venundederunt Johanni Monacho pro parte suprascripti Monasterii Sancti Nicolai. Jam dictas vero res, quas ipsi Stephano, ut supra scriptum est, venditas fuerat, ipsi Stephanus, et Dumnanda, sicut suprascriptum est, in ipso, et pro parte ipsius Monasterii Sancti Nicolai optulerunt, et vendiderunt cum omnibus, que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, et cum vice de ipsis viis, et de aliis viis suis, et cum suprascriptis tribus cartulis, quas, ut suprascriptum est, ostenderunt, et nihil sibi ex eo, quod ipse cartule continunt, reserbaberunt, ea ratione ut semper omnes ipsas res sint in predicto Monasterio San-

cti

cti Nicolai, et licentiam habeant partes supraſcripti Monaſterii Sancti Nicolai ex eis facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipſi vir, et uxor ſuſceperunt ab ipſo Johanne Monacho pro parte ejuſdem Monaſterii ſtatutum pretium auri ſolidos quinquaginta, quorum quiſque habebat tarenos quattuor in omni deliberatione. Et per convenientiam ipſi vir, et uxor ſecundum eandem legem, et conſuetudinem Romanorum guadiam ipſi Johanni monacho pro parte ſupraſcripti Monaſterii Sancti Nicolai dederunt, et fidejuſſores ei pro ipſius Monaſterii parte poſuerunt ſemedipſos, et per ipſam guadiam obligaverunt ſe, et ſuos heredes ſemper defendere in ipſo Monaſterio Sancti Nicolai, et partibus ejus totas, et integras ſupraſcriptas res, quas ipſi Stephano per ſupraſcriptas primam, et ſecundam cartulas venditas fuerant, quemadmodum ipſe cartule continere dinoſcitur, quas, ut prelegitur, in ipſo, et pro parte ipſius Monaſterii optulerunt, et vendiderunt, ab omnibus hominibus cum omnibus, que intra eas ſunt, cunctiſque ſuis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis, & de aliis viis ſuis, et cum ſupraſcriptis cartulis; ſic tamen ut, quando pars ipſius Monaſterii ipſos Stephanum, et Dumnandam, et illorum heredes defenſores de ſupraſcriptis rebus habere queſierint, dent eis ſupraſcriptas tres cartas juſta ratione ſalvas habendas diebus ſexaginta, et per omnes vices illi, et illorum heredes integras ſupraſcriptas res, quas, et qualiter in ipſo, et pro parte ipſius Monaſterii optulerunt, et vendiderunt, ſicut ſupraſcriptum eſt, partibus ipſius Monaſterii Sancti Nicolai, ſicut ſupra dictum eſt, defendant. Et poſt completos ipſos dies per omnes vices ipſi vir, et uxor, et illorum heredes cartulas ipſas ſalvas, quales eis date fuerint, partibus ipſius Monaſterii reddant, et tribuerunt licentiam, ut quando pars ipſius Monaſterii Sancti Nicolai voluerint, poteſtatem habeant ipſas res per ſe defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eis oſtenderint. Et ſi, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ipſi Stephanus, et Dumnanda, et illorum heredes non adimpleverint, et ſupraſcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere preſumpſerint, per ipſam guadiam obligaverunt ſe, et ſuos heredes componere partibus ſupraſcripti Monaſterii Sancti Nicolai trecentos auri ſolidos Coſtantinos. De ſupraſcripto vero Monaſterio Sancti Nicolai pertinet prefato Monaſterio Sancte Trinitatis integram medietatem, et Vivo Vicecomiti filio quondam Petri pertinet alteram medietatem, et taliter tibi Johanni Notario ſcribere precepi

✠ Ego qui ſupra Petrus Judex.

V.

Caſtelmannus Comes filius quondam Adelferii Comitis concedit ad annos 29. Eliae filio quondam Johannis Greci terram cum caſa lignea ſolerata intra Salernum prope Eccleſiam S. Maximi pro tarenis auri quinque annualibus anno 1071. (vulgari 1070.) & 29. Giſulphi Principis menſe Martii 8. Ind. Arc. 83. n. 178. in membrana.



IN nomine Domini anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimoprimo, & viceſimonono anno principatus Domini noſtri Giſulfi glorioſi Principis menſe Martio octaba Indictione. Ante me Petrum Judicem Caſtelmannus Comes filius quondam Adelferii Comitis conjunctus eſt cum Elia filio quondam Johannis Greci, et per convenientiam ipſe Caſtelmannus tradidit ipſi Elie ad tenendum integram terram cum caſa lignea ſolarata, et aliquanto edificio fabricata, quam ei habere pertinet intra

tra hanc Salernitanam Civitatem prope Ecclesiam Beati Confessoris, adque Pontificis Maximi, de qua etiam Ecclesia eidem Castelmanno portionem habere pertinet, et dixerunt totam ipsam terram esse per fines, et mensuras justo pede manus hominis mensuratam. A parte occidentis est finis anditum, in quo stillicidium istius case fluit, et pedes undecim, et medium. A parte septentrionis est finis via, qua itur ad ipsam Ecclesiam, super quam mineaneum istius case factum est, et per ipsam viam juxta suprascriptam casam mensurati pedes decem et octo. Et revolvit in parte meridiei juxta ipsam viam, in qua alterum stillicidium istius case fluit pedibus tribus, et medium. Et revolbit in parte orientis erga ipsam viam, et per eam mensurati pedes septem, et planta. A parte orientis finis ipsius Castelmanni, et pedes septem. A parte meridiei est finis altera terra cum casa fabricata ipsius Castelmanni, qualiter facie parieti fabricati ipsius altere case jam dicti Castelmanni discernit, et mensurati pedes vigintiocto usque suprascriptum anditum. Jam dicta vero terra cum casa, et edificio, et cum jamdicto mineaneo super ipsam viam constructum est, et cum scala lignea in eadem via secus ipsam casam positam per jam dictos fines, et mensuras, qualiter prescriptum est, & cum ipsis stillicidiis a foras ipsas mensuras, ut dictum est, fluentibus ipse Castelmannus eidem Elie tradidit ea ratione; ut a Kalendis Octubri mense in antea usque completos annos vigintinobem ipse Elia, et suos heredes integram suprascriptam traditionem teneant cum vice de ipsis via, et andito, fobeas, et omnes suas utilitates ibidem faciant, qualiter voluerint justa ratione; et ipsam casam, et super ipsum edificium casam bonam solatatam concient, et faciant bonam, qualiter meruerit justa ratione, et intro ipsum parietem jamdicte altere case suprascripti Castelmanni, si voluerint, ipse Elia, et suos heredes justa ratione rumpant, et capora trabium in eum mittant, et configant, et habeant, et in summitate ipsius parietis ipse Elia, et suos heredes fabricent, et canalem bonum construant, per quod legitime fluant aqua, que de ipsa altera casa ipsius Castelmanni fluxerint, et per ipsum canalem in eodem andito decurrant; et super ipsum parietem ipse Elia, et suos heredes, si voluerint, potestatem habeant fabricare, et elebando eum fabricando extollant in altum, quantum voluerint, et in eo, quod, ut dictum est, fabricaverit, potestatem habeant ipse Elia, et suos heredes capora trabium ponere, et suas utilitates facere, qualiter voluerint, et in altum super ipsam alteram casam suprascripti Castelmanni potestatem habeant, si voluerint, mineaneum facere, et habere de latitudinem pedum trium, et de longitudinem pedes vigintiocto, ita ut per eum nullam causam in eadem altera casa cecidat. Et si voluerint in eodem edificio justa ratione rumpere, et necessarium ibidem constituant, & per ipsi necessarii fluant sterquilinium in ipso edificio, quod per ipsum Eliam, et suos heredes, et hominum, quos voluerint, jactatum fuerint, et ipsum mineaneum super ipsam viam conciare, et ipsam scalam conciare, aut mutare, qualiter voluerint; et intro ipsam traditionem resideant, et habitent, si voluerint, et aliis, quibus voluerint illam, vel ex ipsa ad residendum prebeant, qualiter voluerint, et omnem censum, et tributum, et quicquit ex ea, ut dictum est, usque completos ipsos annos tollere, et habere potuerint, totum illud ipse Elia, et suos heredes sibi habeant, et nunc pro primo ex ipsis annis ipse Elia eidem Castelmanno tribuit quinque auri tarenos bonos, et a completo ipso primo anno in antea per omnem annum ipse Elia, et suos heredes dent ipsi Castelmanno, et ejus heredibus censum pro ipsa traditione quinque auri tarenos bonos de presenti moneta, et per convenientiam ipse Elia guadiam ipsi Castelmanno dedit, et fidejussorem ei posuit Johannem filium quondam Maraldi, qui fuit filius Guisenardi, et per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes adimplere ipsi Castelmanno, et ejus heredibus omnia, sicut suprascriptum est, usque ipsos annos, completis vero omnibus ipsis annis ipse Elia, et suos heredes, et homines ab eis ibidem missos licentiam habeant de ipsa traditione abstraere omnes res suas, et medietatem de tota lignamina ipsius case, et ducere illud ubi voluerint. Et integram ipsam terram cum reliqua medietate

tare de ipsa lignamina, et cum integra edificia fabricata, quod intra eam constructa sunt, justa ratione salba ipsi Castelmanno, et ejus heredibus remittant ad faciendum quod voluerint; ita ut tunc ipse Castelmannus, et ejus heredes medietatem de toto pretio, quod tunc ipsa edificia, que per eos ibidem construncta fuerint, estimata eidem Elie, et illius heredibus dent. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Elia, et suos heredes ipsi Castelmanno, et ejus heredibus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut conrradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Castelmanno, et ejus heredibus triginta auri solidos Constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere; et taliter tibi Johanni Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

VI.

Mirandus filius quondam Johannis Ussiti, & Cecera ejus uxor vendunt Johanni filio Machenolfi terras. in Nuceria, ubi Floccanu dicitur, pro tarenis sedecim anno Christi 1078. (*vulgari* 1077.), & 36. *principatus Gisulphi mense Martii* 15. *Ind. Arc.* 35. *n.* 122. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnationis ejus millesimo septuagesimohoctabo, et tricesimosexto anno principatus Domini nostri Gisulfi glorioso Principi mense Martio quintadecima Indictione. Nos Mirandus filius quondam Johanni, qui clamatur Ussitum, et . . . . et Cecera, qui sumus vir, et uxor, clarificamus, quoniam nobis est pertinentes avere due pecie de terra, quod aveo in locum Nucerie, ubi Floccanu dicitur. Prima pecia est campense, ubi alu Milu dicitur, que est per ec finis, et mensura; a parte meridiei passus sex, a parte occidentis passus decem er octo, et medium, a parte sebtentrionis passus tridecim, revolbi in ipsa parte sebtentrionis passus sebtem, revolbi in parte orientis passus sex, er ab ipsa parte orientis passus alii sex, et inde revolvente in partem occidentis passus tridecim, et inde revolvente in parte meridiei usque at priora fine passus quindecim. Alia pecia cum abellanetu est per ec finis, et mensuras in dictum locum, ubi alu Ulmum dicitur, a parte orientis fine via caba passus sebtem, a parte meridiei fine Johanni filii quondam Machenolfi passus viginti quinque, et a parte occidentis passus alii sebtem, a parte sebtentrionis passus alii vigintiquinque; ambe suprascripte pecie de terris per jam dictos finis, et mensuras, qualiter mensurate fuerunt ar justo passus ominis, pertinet inde michi Mirandi tres partes, et michi Cecera quarta parte, quod michi pertinet per datum suprascripti viro meus, et congruum est nobis communiter illut exinde vindere ipsius jam dicti Johanni filii suprascripti Machenolfi. Ego Cecera obserbans ea, que Langovardorum Regum edicto scriptum est de mulieres, que rex suas consentiente viro suo, aur communiter vendere voluerit, mecum exente viro meus, in cujus mundium sum, et duo parentibus meisque michi Cecera propinquiori sunt, et una cum ipsis perreximus coram presentia Petri Judici, et in presentia ipsorum parentum meorum, et Judex nullam me reclamavi patere violentia, nisi vona mea voluntate inclitum illut, sicut suprascriptum est, cum suprascripto vir meus dixit vendere, ut semper oc, quod vindiderimus, stavilem sit, er ipse Judex in ac carta manum ponet, quam Petrum scribere cum notitia ipsorum parentum meorum, er Judex ac carta scrivir, et vone nostre voluntatis ambe suprascripte peciis de terris per suprascriptis locis benundedimus tibi suprascripti Johanni cum omnibus, que intro ipsis rebus abentibus, cuntisque earum pertinentiis, et cum vice

de vie sue, ut semper sit in potestati tue, et de tui eredes faciendi ex eo quicquit volueritis: et probter confirmationem ujus venditionis suscepimus a te auri tarì voni sidecim in omni deliverationem. Et per convenientiam nos suprascripti Mirandus, et Cecera guadiam tivi Johanni dedimus, et fidemjuxorem tivi posuimus nos ipsis, et per ipsam guadiam obligavimus nos, et nostris eredibus semper defendere tivi, tuique eredibus integra suprascripta nostra venditione, sicut suprascriptum est, av omnibus ominibus, omnique partibus; et quando volueritis, tu, et tui eredes potestatem aveatis modis illut defendere, sicut bulris, cum omnibus moniminibus, et rationibus, quas inde ostendere volueritis. Et si, sicut superius scriptum est, illut tivi, tuique eredibus non adimpleverimus, et de omnibus suprascriptis quicquam removere, aut contradicere presumserimus per quemlivet modum, per ipsam guadiam obligavimus nos, et nostris eredibus componere tivi, tuique eredibus de integra suprascripta nostra venditione, sicut suprascriptum est, cum vice de vie sue ab omnibus ominibus, et cui ec carta in manum patuerit; triginta auri solidos Constantinos, & suprascripta vobis adimpleamus; quam te Petrus Protonotarius scrivere rogavimus. Actum Nucerie.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

VII.

Mirandus filius quondam Johannis Gualperti vendit Johanni filio quondam Machenolfi terram cum avellaneto in finibus Nuceriae, ubi Floccanum, & proprie ad Ursu dicitur, pro tarenis auri 17. *anno* 1078. (*vulgari* 1077.), & 36. *principatus Gisulphi mense Maii* 15. *Ind. Arc.* 31, *n.* 195. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnationis ejus millesimo septuagesimohoctabo, et tricesimosexto anno principatus Domini nostri Gisulfi glorioso Principe mense Majo quintadecima Indictione. Ego Mirandus filius quodnam Johanni Gualpetri vona mea voluntate ante Petrum Judicem venundedit tivi Johanni filio quodnam Machenolfi unam peciam de terra mea cum abellaneto, quod aveo in finibus Nucerie, ubi Floccanum, et propio ad Ursu dicitur, qui est per eas fines, et mensuras justo passu ominis mensurata. Da parte sebtentrionis passus octo, a parte orientis passus triginta duo, a parte meridiei passus quinque, et a parte occidentis passus alii triginta duo. Predicta pecia de terra per jam dictas fines, et mensuras tota, et integra illam tivi jam dicto Johanni venundedit cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque earum pertineutiis, et cum vice de vie sue, ut semper sit in potestati tue, et de tui eredes faciendi ex eo quicquit volueritis, et probter confirmationem ujus venditionis suscepi a te nominatus Johannes auri tarì voni decem et septem in omni delverationem . . . . per convenientiam Ego Mirandus guadiam tivi Johanni dedit, et fidemiuxorem tivi posuit me ipsum, et per ipsam guadiam obligo me, et meis eredibus semper defendere tivi, tuique eredibus integra suprasctipta nostra vindictione, sicut suprascriptum est, per jam dictas finis, et mensuras, sicut suprascriptum est, cum vice de vie sue da partibus uxoris mee, et ab omnibus ominibus, omnique partibus, et quando volueritis, tu, et tui eredes potestatem aveatis modis illam defendere, sicut bultis, cum omnibus moniminibus, et rationibus, quas inde ostendere volueritis. Et si, sicut superius scriptum est, semper taliter illut tivi, tuique eredibus non adimpleverimns, et de omnibus suprascriptis quicquam removere, aut contradicere presumserimus per quemlivet modum, per ipsam guadiam obligo me, et meis eredibus componere tivi, tuique eredibus, et cui ec carta in manum parue-

paruerit triginta auri solidos Constantinos, et suprascripta vobis adimpleamus: quam te Petrus Protonotarius scrivere rogavimus. Actum . . . Nucerie.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

VIII.

Lidtus filius quondam Musandi dat mutuo ad annos sex Ademario filio quondam Petri duodecim tarenos auri, habetque ab eo loco pignoris terram cum arbusto vitato in finibus Nuceriae, ubi Rusticieto dicitur; quam restituere post sex annos tenetur, si tareni praedicti ipsi restituantur, vel nisi ipse eam emat addendo reliquum pretii, quo tunc a peritis aestimabitur; secus tenebit eam, donec ipsi tareni duodecim fuerint restituti. anno 1078. (vulgari 1077.), & 36. principatus Gisulphi mense Maii 15. Ind. Arc. 32. n. 159. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnationis ejus millesimo septuagesimoboctabo, & tricesimosexto anno principatus Domini nostri Gisulfi glorioso Principe mense Majo quinradecima Indictione. Ego Lidto filius quodnam Musandi ante Perrum Judicem prestitui Ademari filio quodnam Petri duodecim auri tarì voni, ut amodo, et usque sex anni completi illis sivi abendum, & faciendum quicquit volueric, et probter oc per conveuientiam probter fidem de ipsi tarì tradidir michi una pecia de terra sua cum arbusto vitatum, quod illut aber in finibus Nucerie, ubi Rusticieto dicitur, qui est per ec finis, et mensuras justo passu ominis mensuratas. A parte meridiei fine via passus viginti dui, a parte occidentis passus quadraginta quinque, a parte sebtentrionis passus quinquaginta, a parte orientis passus triginta sebtem, revolbi in partem occidentis passus quindecim, et medium, revolbi in partem sebtentrionis passus nobem, revolbi in partem occidentis passus quindecim, et medium, revolbi in partem meridiei, et conjungente se in ipsa via priora fine passus vigintirrex, inclitum illut per jam dictas finis, et mensuras nobis tradidit cum omnia infra se abentes, & cum vice de vie sue, ut amodo, & usque ipsi sex anni completi nustre potestatis illut aveamus, fovee omnes nostre utilitatis ibi faciamus, et quicquit fructus, quod inde tollere potuerimus de super, & de subtus, inclitum illut nobis aveamus faciendi ex eo quicquit voluerimus. Completi vero ipsi anni obligavit se ipse Ademari, et eredum illius retdere nobis, nostrisque eredibus de propria sua causa alii duodecim auri tari voni ex moneta Amalfitanorum, ut fine junta illut dare possamus, & ipsa tradictio ad omnes frugia secollecta ei remidtamus, et si ipsi tarì minime nobis reedere potuerit de propia sua causa, et illut nobis dandum venerit, atjungamus ei pretium a super ipsi tarì, sicut ipsa rebus abpretiata fuerit per doctos omines, et Deum timentes, et firma nobis carta emtionis secundum legem facta, et cum pena obligata, & usque ipso constitutum ipsa tradictio in suprascripto ordine nobis, nostrisque eredibus cum vice de vie sue defenset ab omnibus ominibus, omnique partibus. Et per convenientiam guadiam nobis dedit, et fidejuxorem nobis posuit se ipsum per abposita nobis, nostrisque eredibus at pinguerandum, et compreendendum omnes rebus, et causa sua legitima, et inlegituma, et per suprascripta guadia obligavit se, et suis eredibus, quod si taliter omnia suprascripta nobis, nostrisque eredibus non adinpleverint, et aliquit exinde contradixerint per quemlivet modum, per ipsam guadiam obligavit se, & suis eredibus componere nobis, nostrisque eredibus, et cui oc scriptum in manum paruerit, triginta auri solidos Constantinos, et suprascripta nobis compliret. Et si

in predicto constitutum ipsi tari de propia sua causa, sicut suprascriptum est, nobis non retdiderit, et nobis placet, abeamus ipsa traditio in anrea usque ipsi tari ab illut recolligere quesierimns, et defensatum illut aveamus in suprascripto ordine per jam dictam guadiam, et pena obligata hab omnibus ominibus: quod scripsi ego Petrus Protonotarius.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

IX.

Robertus Dux Normannorum interveniente Sikelgaita conjuge sua concedit Monasterio SS. Trinitatis in Metiliano Ecclesiam S. Matthaei Apostoli in plaga montis loci Nuceriae cum omnibus ipsius bonis stabilibus, & mobilibus, datque potestatem hominibus terrae suae, ut offerre, vel largiri valeant eidem Monasterio quidquid de rebus suis mobilibus, & stabilibus voluerint; possintque fieri ipsius Asceterii Monachi, eique sese offerre, & tradere cum bonis suis. anno tertio principatus sui Salerni, Christi 1079. mense Julii 2. Ind. Arm. I. G. n. 23. in membrana cum pendente sigillo plumbeo.



IN nomine Sanctę & individue Trinitatis. R. divina favente clementia Normannorum, Salernitanorum, Amalfitanorum, Surrentinorum, Apuliensium, Calabriensium, atque Siculorum Dux. Nos ab omnium Conditore dignas mercedes credimus accepturos, si sanctis, ac venerabilibus locis curam, et sollicitudinem impenderimus, et quod ab eorum cultoribus postulati fuerimus, in eisdem locis, pro ut possumus, adimpleamus. Idcirco amore, et timore ipsius Conditoris, ac nostris Redemptoris compulsus, qui pro salute nostra carnem sumere, et patibulum crucis subire non dedignatus est, ut nos a morte liberaret, et perpetuam vitam tribueret, et pro salute Gentis, ac patrię nostrę, et per interventum Domnę S. Ducis dilectę conjugis nostrę concedimus in Monasterio Sanctę et individue Trinitatis, quod constructum est foris hac nobis a Deo concessa Salernitana Civitate in loco Metiliano, cui videlicet Monasterio Domnus Petrus venerabilis Abbas preest, integram Ecclesiam Beati Apostoli et Evangelistę Mathei nobis pertinentem, quę cuncta est in plaga montis loci Nocerię, in cujus montis cacumine Rocca Sancti Cirici habetur, cum omnibus stabilibus, et mobilibus ipsi Ecclesię pertinentibus in quibuscumque locis, ea ratione, ut hoc totum, et integrum, quod, ut dictum est, concedimus, semper sit in potestate prefati Domni Abbatis, et successorum ejus, et partium ipsius Monasterii, et ille, et successores ejus, et pars ipsius Monasterii licentiam habeant de eo facere quod voluerint; et concedimus etiam in eodem Monasterio, ut si quis hominum nostrę tierrę cujuscumque sexus, vel condicionis pro salute animę suę de rebus suis stabilibus, vel mobilibus in prefato Monasterio offerre, seu alio modo largiri voluerit, potestatem habeat qualiter voluerit omni publica requisitione, et contradictione remota. Et si quislibet etiam homo monachus fieri voluerit, licentiam habeat cum omnibus rebus suis in eodem sancto Monasterio se offerre, et tradere, qualiter voluerit, et quod in eodem Monasterio oblatum, seu quolibet modo datum paruerit, semper ipse Domnus Abbas, ejusque successores, et pars istius Monasterii securiter habeant, et ex eo quod voluerint faciant; et neque a nostris Judicibus, Comitibus, Gastaldeis, neque a quibuscumque auctoribus nostrę Rei publice habeant ex hoc, quod in ipso Monasterio, ceu supra legitur, concedimus, ipse Domnus Abbas, eiusque successores, et pars ipsius Monasterii quolibet tempore aliquam contrarietatem, sed imperpetuum

petrum securiter illud habeant, et faciant ex eo quod voluerint. Hoc autem factum est tertio anno Regni principatus Salerni R. Ducis. Textum vero hujus nostre concessionis scribere precepimus tibi Ursoni nostro Notario anno Dominice Incarnationis millesimo septuagesimonono mense Julio concurrente Indictione secunda.

X.

JOhannes Clericus, & Abbas Ecclesiae S. Mariae intra Salernum pertinentis ad ipsum, aliosque haeredes Johannis Principis pro parte ejusdem Ecclesiae tradit Alfano Clerico, & Medico filio quondam Arechisii terram cum casa lignea prope dictam Ecclesiam, necnon aliam terram cum casa, & toto aedificio, quam ad 29. annos tenent ab ipsa Ecclesia Nicolaus de Juranaria filius quondam Johannis cum Maria genitrice ejus, completo scilicet numero dictorum annorum, utramque nempe terram ad annos 22. in beneficium concedit dicto Clerico Alfano; ut eandem Ecclesiam officiet. anno 1078. temporibus Roberti Ducis mense Martii 1. Ind. Arc. 82. n. 167. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni & Salbatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo temporibus Domini nostri Robberti gloriosissimi Ducis mense Martio prima Indictione. Ante me Siconem Judicem Johannes Clericus, & Abbas Ecclesie sancte semperque virginis Dei Genitricis Marie pertinentis sibi, et aliorum heredum Domini Johannis Principis, que constructa est intra hanc Salernitanam Civitatem inter murum, & muricinum, per convenientiam, dum idonei interessent homines, pro parte suptascripte Ecclesie tradidit Alfano Clerico, et Medico filio quondam Arechisii terram cum casa lignea solarata cum meniano, et scala lignea pertinentem ipsius Ecclesie a super, et prope ipsam Ecclesia, que est per fines. A parte occidentis fine platea, super quam ipsum menianum, et in ea ipsam scalam factum, et posita est. A parte meridiei fine alteram plateam. A parte orientis fine ipsius Ecclesie. A parte septentrionis fine aliorum, et qualiter conciata, et edificata est, et qualiter illam nunc ipse Alfanus tetinere videtur. Ea vero ratione, ut integra ipsa traditio, qualiter suprascriptum est, et cum vice de ipsis plateis amodo, et usque vigintiduos annos completos sit in potestate ipsius Alfani, et homines, quos voluerit, eam tenendi, et dominandi, foveas, et omnes illorum utilitates justa ratione ibi faciant tam ille, seu et homines, quos eis placuerint. Item et ipse Abbas pro jam dicte Ecclesie parte tradidit ipsi Alfano in beneficio integram aliam terram cum casa fabricata solarata cum totum alium hedificium, qualiter eum insimul cum ipsa terra cum casa fabricata retinere videtur per brebem ab ipsa Ecclesia Nicolaus, qui appellatur de Juranaria, filius quondam Johannis, et Maria Genitrix ipsius Nicolai usque vigintinobem annos completos, quos ipsum brebem continet; & ipsum brebem est scriptum per Johannem Notarium octabodecimo anno principatus Domini Gisulfi mense Junio duodecima Indictione, in quo subscripti sunt Johannes Abbas, & Petrus Presbiter, et Landolfus Notarius, et alii. Et per ipsum brebem ipsi Nicolaus, et Maria, et illorum heredes daturi sunt pro tributo ipsius traditionis partibus ipsius Ecclesie per omnes ipsos vigintinobem annos octo aureos tarenos bonos, ut per caput vadat. In tali vero ordine ipse Abbas istam alia suprascripta traditio ipsi Alfano tradidit, ut a completum constitutum, quod ipsum brebem continet, in antea usque completos ipsos vigintiduos annos sit in potestate ipsius Alfani, vel et homines, quos ei placuerit, illam tenendi, et dominandi, foveas, et omnes illorum utilitates justa

justa ratione ibi faciant, et habeant tam ille, seu et omnes, quos voluerint, et si in ipsis traditionibus aliquit necessu fuerit conciandi, ipse Alfanus illud faciat conciare qualiter voluerit justa ratione, et quicquit censu ex eadem prima traditione amodo, et de ipsam alteram posteriorem traditionem, ab ipso constitutum completum ipsius brebem in antea, et usque completos ipsos vigintiduos annos tollere, et abere potuerit, ipse Alfanus illud sibi habeat, et faciat quod voluerit; et amodo, et usque completum ipsum constitutum ipsius brebi ipse Abbas, et successores ejus, et pars ipsius Ecclesie faciant ipsos Nicolaum, et Mariam, et illorum eredes dare ipsi Alfano ipsos octo tarenos bonos, quos per ipsum brebem per omnem annum daturi sunt, ad faciendum ex eis ipse Alfanus quod voluerit, et pro ipse traditionis amodo, et usque ipsos vigintiduos annos ipse Alfanus officiet in ipsam Ecclesia rationaviliter. Tantum si intra ipsos vigintiduos annos ipse Alfanus permanserit foris hanc civitatem duos annos, non sit ex oc culpavile, et si ultra ipsos duos annos foris anc civitatem permanserit, tunc quot annos super ipsos duos annos steterit, per unumquemque annum ipse Alfanus det ipsi Abbati, vel successoribus ejus, aut parti ipsius Ecclesie quattuor tarenos bonos tunc formatos in ac civitate. Completis vero ipsis vigintiduos annos ipse Alfanus integris ipsis traditionibus salbe justa ratione remittant partibus ipsius Ecclesie, et tunc liceat ipsum Alfanum, seu et omnes, quos ibidem habitantes fuerit, abstraere de ipsis traditionibus omnis rebus illorum, et ducerent ubi voluerint. Nam si intra ipsos vigintiduos annos contigerit, ut ipse Alfanus de hoc seculo decesserit, tunc heredes ipsius Alfani, seu et homines, quos in ipse traditionibus habitantes fuerit, exire inde cum omnibus rebus suis, et ire ubi voluerit, et tunc integram ipsam primam traditionem salba justa ratione, et integram ipsam aliam traditionem, qualiter suprascriptum est, si tunc illam ipse Alfanus sue potestati retinuerit, similiter salba justa ratione perveniant ad potestatem partibus ipsius Ecclesie. Et per convenientiam ipse Abbas guadiam ipsi Alfano dedit, et fidejussorem ei posuit Johannem Clericum filium quondam Jaquinti Presbiteri, et Abbati, et per ipsam guadiam ipse Abbas obligavit se, et successores suos, et pars ipsius Ecclesie defendere ipsi Alfano integram ipsam traditionem, qualiter suprascriptum est, amodo, et usque completos ipsos vigintiduos annos, seu et defendere ei integram ipsam aliam traditionem a completo ipsum constitutum, quod ipsum brebem continet, in antea usque completos ipsos vigintiduos annos ab omnibus hominibus, et si, sicut superius scriptum est, ipse Abbas, et successores ejus, et pars ipsius Ecclesie ipsi Alfano non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligavit se, suosque successores, et partem suprascripte Ecclesie componere ipsi Alfano triginta auri solidos Constantinos. Et taliter tibi Johanni Notario scribere precepi.

✠ Ego Romoaldus Notarius me subscripsi.
✠ Ego qui supra Sico Judex.
✠ Ego Johannes Notarius me subscripsi.
✠ Ego Johannes Abbas.
✠ Ego Audoaldus Presbiter et Primicerius.

XI.

XI.

Lando Gastaldeus, & Moncola Judex iudicant, quod res in loco Nuceriae, quae a Johannelgario Monacho filio Johannis, & Uxore, & a Johanne Clerico ejus filio in Ecclesia S. Maximi de Salerno a Guaiferio Principe aedificata oblata fuerant, sint ipsius Ecclesiae non obstante praecepto Guaimarii Principis, quo Petro ex genere Francorum dederat omnia bona, quae Nuceriae aderant, ad Johannelgarium pertinentia; quum praeceptum oblatione posterius fuerit. anno 15. Gisolfi Salerni Principis mense Maii 5. Ind. (Christi 947.) Arc. 35. n. 250. in membrana.



IN nomine Domini anno quintodecimo principatus Domini Gisolfi Principis mense Majus quinta Indictione. Quadam vero die dum . . . . . perius Dominus Princeps secundum glorie dingnitatis sue residente sacratissimo Salernitano Palatio, et ante ejus vestigiis astantibus Lando Gastaldeus, et Moncola Judex, et aliis novilibus, tunc in eadem presentia venerunt idest Petrus natibus Francorum fines, seu necnon et ibidem venit Adelchisi Presbiter, et Abbas Ecclesie S. Maximi, quem Dominus Guaiferius Princeps a novo fundamine construxit intus hanc Salernitanam Cibitatem, unaque cum Aldetissi Notario Advocatorem suum. Et continuo ipse quidem Adelchisi Presbiter, et Abbas una cum ipso Advocatorem suum causare ceperunt adversus ipsum Petrus dicentes. Hic iste Petrus, qui vestris adest presentiis, tenet rebus in locum Nucerie, qui fui Johannelgari Monacho filius Johanni, que in eadem sanctam Ecclesia offertum fui per ipsum Johannelgari, et per ipsa uxor ejus, et per Johannes Clericus filius ejus, cum quo ipse Petrus, unaque cum Guaiferium Gastaldeum Advocatorem suum taliter adversus se causantes audierunt, responsum retdiderunt dicentes: Verum est ut rebus ipsa tenere, pro qua dicebant a Palatio ei concessa fuisse, et statim in eadem presentia ipse quidem Petrus ostendit ibidem unum preceptum, et ipse quidem Adelchisi Presbiter, et Abbas una cum ipso Advocatorem suum ostenderunt ibidem una cartula: et per partes manifestaverunt plus monimen inde non avere. Et dum relectus est ipse preceptum, continebant, qualiter Dominus Guaimarius Princeps per rogum Guidoni Comitis, et Thesaurarii fratri suo concesserad eidem Petri omnes rebus ipsius Johannelgari de predicto locum Nucerie. Ipsa cartula continebant; essent emissa in tricesimoprimo anno principatus ipsius Domini Guaimarii Principis de mense Julius undecima Indictione. Ipse quidem Johannelgari, unaque cum ipsa uxore sua, et predictum Johannes Clericus filium suum offeruerat in prephata Ecclesia ante Arechiso Gastaldeo, et aliis noviliores homines omnes rebus sua nominative in locum Agella, vel per tota finibus Nucerie, et Stavianense, id est curtis, ortalis, territorie, arbustis, castanieta, quercieta, campis, et silbis, pratis, pascuis, et aquis, finis, et biis in monte, quam et implano ubicunque de rebus illorum in quacunque locum fuerint imbentus; sive quod ei da Angelus Presbiter, et Abbas illorum datum fui, sive quod de genitorem suum, seu da genitrice sua, seu da aliis parentibus suis illorum avere succexi, vel quod de suo paratum abui, aut undecunque illorum pertinentes fuerit avere, in integrum in eadem sancta Ecclesia offeruerat ejus rectoribus avendum, et faciendum quod illorum placuerit, scripta cartula illa per Theodericus Notarius, & ipse Arechis ibidem scripto, et pro aliis hidoneis hominibus rovorata sufficienter. Dum autem ipsa monimen ostensa, et relecta fui, sententiam eidem Petri preposita fui dicendum, ut pars Palatii nihil potestatem abuisse rebus ipsa ipsius Petri concedere, pro qua antea in eadem Ecclesia offertum fui. Nos superius Lando Gastaldeus, et Moncola Judex dum ipsa monimen religentem audivimus, et antea fuisse offertum, quam ipsa pre-

preceptum scriptum fuisse, ideo juxta legem judicavimus, ut ipse preceptum bacuum, & dixruptum permanere, & ipsa sanctam Ecclesia rebus ipsa securiter aveant, & possideant, sicut ipsa cartula est continentem, absque omnis requisitionem ipsius Petri, et de ejus heredibus, et inde pro perpetua securitatem ipsius Ecclesie, et de ejus rectoribus unc hemisimus Judicatum, quod tivi superius Alderissi Notario scribere dictavimus. Actum in Sacro Salernitano Palatio.

✠ Ego qui supra Lando
✠ Ego qui supra Moncola Judex
✠ Ego Friderisi

XII.

JOhannes Episcopus Salerni dat, sive vendit Lupeno filio Mauronis Comitis Amalphitani medietatem Ecclesiae S. Felicis in loco Fonti pertinentis ad suum Episcopium cum medietate bonorum ipsius Ecclesiae pro libris decem argenti anno 45. Principatus Gisolfi, & 4. Gemmae Uxoris suae, & Paldolfi adoptivi eorum filii mense Novembris 6. Ind. (Chr. anno 977.) Arc. 5. n. 161. in membrana.



IN nomine Domini anno quadragesimoquinto principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principis, et quarto anno principatus Domine Gemme Uxoris ejus, et Domini Paldolfi optato eorum filio mense Nobember sesta Indictione. Declaro Ego Johannes divina clementia Presul Sancte Sedis Salernitane. Claresacimus nos, quoniam pars nostri Episcopii plures rebus habet per dibersis locis, qui inculte permanunt, qui apsque ullum offectum possidemus. Set nunc autem querimus exinde dare ubi potuerimus, sibe per commutationis ordine reciperemus aliam meliorem rebus, ut aliqua perfectione im pars nostri Episcopii evenirent, et dum causa ista per plures diebus illuc, et illuc dibulgavimus, et dibulgare fecimus, nemo invenimus, qui talia facere volerent. Nobissime autem venit ad nos Lupenus filius Mauroni Comitis Amalficano, qui dixit nobis, ut si per vona combenientia dederimus ei medietatem inclita Ecclesia vocabulum Sanctum Felice, qui edificatum est in locum Fonti Salernitane finibus cum inclita medietatem ex omnibus rebus supstantiis ejusdem hecclesie pertinentes de ex dictis locis, nostrisque Episcopii illur pertinentes . . . . ad pars nostri Episcopii pro exinde decem libre argenrei. Dum talia audientes tunc gabisi sumus gaudio magno. Cepimus exinde habere colloquium cum Petrus Judex Advocatorem nostri episcopii . . . . Levita, et cum alios cleros onoratos nostri Episcopii: ynito consilio comparuit nobis, et omnibus, ut melius esse nobis dare illut eidem Lupeni, & reciperemus hab eum ipsum argentum, eaque . . . . necessaria sunt pro conciandum hecclesia nostri Episcopii vocabulum Sanctum Matheum, & pro conciandum ipse vinee nostri Episcopii, qui destructe sunt. Nos superius domini misericordia Pontifex super eadem rebus, que ipse Lupenus . . . . nos querit tollere, direximus ipsumque Petrus Advocatorem nostrum, & ipsumque Johannes Levita, ut cum doctis hominibus de ipsis locis rebus ipsa cum predicta hecclesia andare, et pro . . . . . . et studiose illur estimarent, ut aliqua damnietate ad pars nostri Episcopii non evenirent. Et dum illuc habierunt, & ad nos reversi sunt, narraverunt nobis, ut super eadem rebus andassent, & providissent, & studiose illut cum vonis hominibus de eodem loco estimassent, ut plus esset argentum ipsum, quam ipsa rebus valerent, libras argentei quattuor. Dum nobis & omnibus complacuissent, Ego superius Dei misericordia Episcopus illut per ordinem nuntiandum direximus per ipsumque Petrus Judex ad supradictis gloriosis Principibus;

bus, ut, si eorum placuerit, hec convenientia inter nos faceremus. Illis misericordissimis, & a Deo conservati magni Principes dum agnoverunt, ut vonum ad pars nostri Episcopii evenirent, solutionem nobis dandum tribuit per ipsumque Petrus Judex hec convenientia inter nos faceremus, etiam & de suis presentiis intermedium nostrum direxit essendum Gaido Judex suoque fidelem, & onoratum. Et nos a nostris partibus, sicut in edicti pagina adsertum est, comvocavimus ydoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum, stabilemque permanerent. Sic itaque acta Ego superius Johannes domini misericordia Presul intus prefatam Salernitanam cibitatem ante presentia ipsorum Judicibus, et aute alii testes, et una mecum adessent predictus Advocatorem nostrum, per vona convenientia tradidimus, adque ad semper habendum confirmavimus tibi nominato Lupeni inclita ipsa medietatem de jam dicta hecclesia, et inclita medietate de predicta rebus de eodem loco Fonti pertinentes ipsius hecclesie nostri Episcopii per hec finis. De una pars fine media aqua puteda, qui descendit a monte de Falerzu usque in mare, et de capite de ipsa aqua rectum ascendente usque in serra, de alia parte fine medi aqua de flescetola, sicud decurrit per medio ribus, qui dicitur Carpinitu, et a capite de ipsa aqua rectum exiente in ipsa serra de Falertiu de super fine ipsa serra. De alia pars fine ipsum mare. Hec vero rebus, qualiter superius finis posite sunt, et cum inclita medietate de jam dicta hecclesia, et cum medietate de ipse vinee, que ibidem sunt, totum illut per vona combenientia tibi nominato Lupeni tradidimus, et confirmamus, cum vice de bie sue, et cum omnia infra se habentes, omnibusque suis pertinentiis ad securiter, et firmiter hamodo, et semper tu, tuisque heredibus hec predicta nostra traditione, ut superius legitur, illut vos habendum, dominandum, et in ipsa medietate de ipsa hecclesia liceat vos Sacerdos ibidem ordinare, et omnia de inclita ipsa medietate faciendum de ipsa hecclesia, et de ipsa rebus, et de ipso frugioque de predicta rebus feceritis, et inde exierit, haut quacumque favores ibidem redierit, totum vestre sint potestatis, sicut diximus, faciendum omnia de ipsa medietate, quod vobis placuerit aps nostra, vel de nostris successoribus contrarietate, vel requisitione, haut de pars jam dicti nostri Episcopii, haut cuiqua hominibus. Unde ipse Lupenus pro ec nostra traditione, & suos heredes dare im pars nostri Episcopii censum unum tarì vonum et medium. Unde pro confirmandam, et stabiliscendam hanc nostra traditione nunc a presentis recepimus a te nominato Lupenus ipse decem libre argentei, finitoque vero argentum ipsum aput nos, sicut inter nos combenit. Ea ratione obligo me qui supra domini misericordia Pontifex, et meis successoribus, et pars nostri Episcopii hamodo, et semper antistandum, et defensaudum ipsa nostra traditione vobis nominato Lupeni, quam & ad vestris heredibus, ut superius legitur, cum vice de bie sue ab omnibus hominibus, omnique partibus. Quod si taliter, ut dictum est, illut semper tibi, tuique heredibus non defensaverimus, aut si nos, nostrisque successoribus, haut pars ipsius Episcopii aliquit vel exinde tollere quesierimus, aut contrare, tunc per vona convenientia obligo me, et meis successoribus, et pars predicti Episcopii ad componendum tibi nominato Lupeni, quam et ad vestris heredibus tricentos auri solidos Costantinos, et tali ordine te Antipertus Notarius scribere rogabi. Actum Salerno.

✠ Ego qui supra Johannes Episcopus.
✠ Ego qui supra Petrus Judex.
✠ Ego Dauferius Archidiaconus et Abbas Cappelle Palatii.
✠ Ego qui supra Johannes Diaconus.
✠ Ego qui supra Gaido Judex.
✠ Ego Petrus Subdiaconus.
✠ Ego Taurus Clericus et Primicerius.
✠ Ego Lotherius Clericus et Medicus.

XIII.

ADelbertus, & Radelgrimus Comites Maliani confirmant Monasterio S. Magni in Lucania Ecclesiam Monasterii S. Mariae in finibus Maliani in loco dicto Campurubu, quam Guiselgardus Monachus, & Abbas, quando se Monachum fecerat, obtulerat cum omnibus dictae Ecclesiae bonis ipsi Monasterio S. Magni. anno 20. Guaimarii mense Septembris 7. Ind. (Christi anno 1008.) Arc.62. n.474. in membrana.



IN nomine Domini vicesimo anno principatus Domini nostri Waimari gloriosi Principis mense September septima Indictione. Memoratorium factum a me Andrea Domini misericordia Abbate Hecclesie S. Magni, qui in finibus Lukani situm est, eo quod intus sacro Salernitano Palatio ante subscribti nobilibus tradiderunt, et confirmaberunt michi, et in predicta Hecclesia S. Magni per combenientia Adelbertus, et Rodelgrimus Comitibus Hecclesia Monasterii S. Marie bocabulum, qui fundatum est in finibus Maliano illorum Comitatu in locum, qui dicitur Campu Rubu, quod Guiselgardus Monachus, et Abbas retinet, et ipse Guiselgardus Abbas, et Monachus jam preterito tempus ipso Monasterio S. Marie in ipsa nostra Hecclesia S. Magni hofferuit cum omni pertinentia sua, quando se Monachum fecit, eo quod ex cossiti sua fuit. Ideo quantum in publico de ipso Monasterio S. Marie pertinet, vel pertinuit, et de rebus ejus inclitum illut in jam dicta nostra Hecclesia S. Magni confirmaberunt predictis Comitibus, videlicet per hos fines. Incipiente da conjunctura de fluvio Alento, et Riucurbu, quomodo ascendit per predicto fluvio Alento a pars meridiei usque ubi mittit ipso ballone, qui desscendit a parte orientis super ipsa Hecclesia, et quomodo asscendit per predictum ballone a pars orientis usque in ipso Gualdizulu, desuper a pars septentrionalis, quomodo asscendit per predictum Gualdizulu usque in ipsa serra, et conjunget in fine de ipso Monasterio S. Januarii; de alio namque latere, quomodo desscendit a pars occidentis per predictum fine S. Januarii usque in Riu Curbu, et quomodo descendit per ipso Riu Curbu, et conjungit in ipso flubio Alento priore fine per jam dictum finis cum ipso Monasterio, et cum omnia infra se habentibus inclitum illut ipsi Comitibus nobis, et ad pars jam dicte nostre Hecclesie S. Magni confirmaberunt, quam etiam et confirmaberunt nobis, et in ptedicta nostra Hecclesia ipse terre, qui sunt illa pars ipso ballone, qui est in parte orientis, qui pertinunt in predicto Monasterio S. Marie. Hec omnia suprascripta rebus, et Monasterium, sicut dictum est, nobis, et in partibus predicte nostre Hecclesie S. Magni ipsi Comitibus confirmaberunt transactibus nomine, et a funditus cum bice de bie sue, et cum omnia infra se habentibus, et suis pertinentiis. Ad securitet, et firmiter amodo, et semper ego jam dictus Andreas Abbas, et meis successoribus, et pars jam dicte nostre Ecclesie S.Magni illut habendum, dominandum, possidendum, et omnes nostre hutilitatis hibi faciendum qualiter voluerimus, et Abbatem potestarem abeam Ego, et posteros meos, qui Ecclesia ipsa S. Magni tenuerit, in ipso Monasterio S. Marie ordinare, quale boluerimus, et potestatem habeamus in rebus ipsius Monasterii homines, quales, et quantos habere potuerimus, hibi mittere, et ordinare ad laborandum, et pastenandum. Et si potemus, casales sibe unum, vel plures hibi faciamus, et ipsi homines sub nostro dominio teneamus, et judicemus, ita ut Ministeriale, vel Comite de Maliano nullam pertinentiam habeant in ipsi homines, seu et sortiones potestate abeamus de ipsa rebus tradere, et confirmare ad illi hominibus, qui ad pastenandum inde tulerint; sic ramen, ut non fiad haliquando Monasterium ipso substractum de Comitato Maliano, set semper Ego, vel posteros meos demus ad ipsi Comiribus, vel ad posteri eorum per omnes annum unum auteum tarì bonum. De qua

per

per bona combenientia guadiam michi ipsi Comitibus dederunt, et mediatorem michi posuerunt Petrus Comes filius quondam Petri Comitis de Matere, et per eadem guadiam per bona combenientia obligaberunt se, et suis posteris, et eredibus illorum amodo, et semper antistandum, et defensandum michi, meique successoribus, et ad pars predicte nostre Hecclesie S. Magni inclita supradicta illorum confirmatione da omnibus publicis partibus, et da omnes homines abitatores de Maliano; et si taliter illa nobis non defensaberint, vel aliquit de quo modo superius legitur remobere, aut contrare quesierint, aut si quandocunque causationes nobis, vel ad pars predicte nostre Hecclesie inde preposuerint, per bonam convenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se, et posteris illorum, et eredibus eorum tricentos auri solidos Constantinos; et hunc brebem scribsi ego Roderisi Notarius.

✠ Ego qui supra Adelbertus Comes.

✠ Ego qui supra Rodelgrimus.

XIV.

Sellictus Abbas Monasterii S. Mariae, & S. Benedicti intra Salernum, ubi ad Corpus dicitur, per commutationem tradiderat Majoni Presbytero, & Abbati Ecclesiae S. Maximi intra eandem civitatem terram cum arbusto, & avellaneto, & quercieto in locis Aquavia, & Cornu, & Cassianu in finibus Metiliani (hodie Cava) *anno* 17. *Guaimarii mense Augusti tertia Ind.* (*Christi anno* 1005.) *cujus instrumenti exemplum fit mense Junio Ind.* 11. (*Christi* forte *anno* 1087.) *ad instantiam Monasterii SS. Trinitatis, ubi Petrus Abbas praeest. Arc.* 43. *n.* 155. in membrana cum sigillo.



Mense junio Indictione decima. Ante me Ademarium Judicem Johannes Monachus Monasterii Sancte Trinitatis, cui Dominus Petrus eximius Abbas preest, ostendit unam cartam scriptam per Roderisium Notarium septimodecimo anno principatus Domini Guaimarii mense Augusto tertia Indictione, quam ego legi, et continebat, qualiter Sellictus Abbas Monasterii Sancte Marie, et Sancti Benedicti situm intra hanc civitatem, ubi ad Corpus dicitur, commutationis hordine tradiderat Majoni Presbiteri, et Abbati Ecclesie Sancti Maximi intra hanc civitatem constructam terram cum arbusto, et abellaneto, et quercieto in locis Aquavia; et Cornu, et Cassianu finibus Mitilianensibus totum conjunctum per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte occidentis finis via antica, et passus ducentiquinque. A parte meridiei finis suprascripti Monasterii, et passus centum sedecim, et revolvit in partem septentrionis passus viginti et medium, et revolvit in orientem per eandem finem, et conjungit in ribum, et per eum ascendit usque via, que ducit secus fontana, et per istam finem passus trecenti vigintiunum. A parte orientis fines ipsa via, et passus sexaginta octo, et revolvit in supto usque termini passus decem, et medium, et iterum descendit per terminum in partem occidentis passus centum quadragintaunum, et revolvit in septentrionem passus centum octo; deinde descendit in partem occidentis usque ipsa via antica passus ducenti sexagintasex, cum omnibus infra se habentibus, et suis pettinentiis, et cum vice de ipse vie, et de ipsa fontana; ea ratione, ut semper ipse Majo Presbiter, et Abbas, et posteros ejus, et pars predicte Ecclesie Sancti Maximi securiter illud habendum, possidendum, dominandum, et omnia exinde faciendum quod vellent, sicut ipsa catta continet, in qua Petrus Judex, et ipse Sellictus Abbas, et Theodericus, et Madelfreda, et Petrus Comes subscripti sunt. Et ipse Johannes Monachus

 depte-

deprecatus est me hanc exemplario jam adnotare juberem, et meo sigillo sigillarem, et confirmarem, ut induvitanter possint semper credi cuncta superius scripta, tamquam si suprascripta carta his, qui hec credituri sunt; manibus suis tenuissent, et legissent. Ego autem talia audiens libenter deprecationi illius assensum prebui.

Sigillum affixum.

XV.

MAscinus Clericus filius quondam Romoaldi vendit Stephano Amalphitano, qui Cannaverde dicitur, filio quondam Johannis terram cum arbusto, & vinea, & aliis arboribus extra Salernum in loco Transboneja pro 600. tarenis auri Amalphitanae monetae anno Christi 1078. (vulgari vero 1077.) mense Augusti 15. Ind. cum sigillo. *Arc.* 88. *n.* 190. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione eius millesimo septuagesimohoctabo mense Augusto quintadecima Indictione. Ante me Siconem Comitem, et Judicem Mascinus Clericus filius quondam Romoaldi conjunctus est cum Stefano Amalfitano, qui Cannaberde dicitur, filius quondam Johannis; et ipse Mascinus clarificavit se habere res foris hac civitate in loco Transboneja. Et sicut ipsi Mascino congruum fuit, bona sua boluntate per convenientiam per hanc cartulam vendidit ipsi Stefano integram unam peciam de terra cum arbusto, et vinea, et aliis arboribus ex ipsis rebus de predicto loco Transboneja per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte Orientis fine via, et per eum secus ipsam terram mensurati passus tres, et ab ipsis tribus passibus laxante ipsa via, et pergente in partem quasi septentrionis per mediam sepem intus ipsam terram secus ipsam sepem mensurati passus sexaginta et nobem usque limite, et revolvit in ipsa parte quasi orientis per medium ipsum limitem, et mediam sepem intus ipsam terram secus ipsum limitem, et ipsam sepem mensurati passus duodecim, et iterum revolvit in partem quasi occidentis, sicut media sepes discernit intus ipsam terram secus ipsam sepem mensurati passus triginta et nobem usque via propria ipsius Mascini; et ab ipsis triginta et nobem passibus a media ipsa sepe, et per ipsam viam, et laxante ipsa via, et pergente in partem meridiei per mediam sepem, et podium intus ipsam terram secus ipsam sepem, et podium mensurati passus quinquaginta et nobem; et iterum revolvendo in ipsa parte occidentis per mediam sepem intus ipsam terram secus ipsam sepem mensurati passus triginta et quinque; ab ipsa parte occidentis fine ipsius Mascini, et aliorum, sicut media sepes, et podium discernit intus ipsam terram secus ipsam sepem, et podium mensurati passus triginta et tres; a parte meridiei fine ipsius Stefani, et passus centum triginta et nobem, cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum bice de ipsa priore via, et cum tota suprascripta alia via ipsius Mascini, qualiter pergit a suprascriptis triginta et nobem passibus usque alia via publica, et cum tota vice, et pertinentia de via, que ipse Mascinus habuit, et habet per terram cum castaneto ipsius Stefani, que emit da Adelario germanum ipsius Mascini, et filium quondam suprascripti Romoaldi, et a Gemma uxore ipsius Adelari, et filia Petri, ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Stefani, et heredum ejus, et ille, et ejus heredes licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipse Mascinus suscepit ab ipso Stefano statutum pretium auri tarenos bonos ex moneta Amalfitanorum sexcentos in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse Mascinus guadiam ipsi Stefano dedit, et ei fide-

fidejussorem posuit Sergium filium quondam Sergi, qui dictus est da la Fistola, et per ipsam guadiam ipse Mascinus obligavit se, et suos heredes semper defendere ipsi Stefano, et illius heredibus integrum illud, quod ei, sicut suprascriptum est, vendidit, ab omnibus hominibus, et tribuit ipsi Stefano licentiam, ut quando ille, et ejus heredes voluerint suprascriptam venditionem per se defendere, potestatem habeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo hostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Mascinus, et ejus heredes ipsi Stefano, et illius heredibus non adinpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per convenientiam per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Stefano; et illius heredibus ducentos auri solidos Costantinos, et, sicut superius scriptum est, adinplere.

Sigillum affixum.

XVI.

Johannes Clericus, & Abbas Ecclesiae S. Mariae intra Salernum inter murum, & muricinum pertinentis ad ipsum, et alios haeredes Johannis Principis pro parte eiusdem Ecclesiae tradit ad 24. annos Nicolao filio quondam Johannis Greci terram cum casa in eadem civitate pro tarenis quatuor annuis de minimis anno Christi 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Septembris* 1. *Ind.* cum sigillo *Arc.* 87. *n.* 326. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno vero ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo mense Septembri prima Indictione. Ante me Siconem Comitem, et Judicem Johannes Clericus, et Abbas Ecclesie Sancte, semperque Virginis Dei Genitricis Marie pertinentis sibi, et aliorum heredum Domini Johannis Principis, que constructa est intra hanc Salernitanam civitatem inter murum, et muricinum, per convenientiam, dum ydonei interessent homines, pro parte ipsius Ecclesie tradidit Nicolao filio quondam Johannis Greci terram cum casa fabricata solarata pertinentem suprascripte Ecclesie suptus, et prope ipsam Ecclesiam, que est per fines ex omni parte fines suprascripte Ecclesie. A parte orientis fine terra cum casa, quam ipse Nicolaus retinet. A parte meridiei fine ipsum muricinum. A parte occidentis fine, sicut totus paries fabricatus istius case discernit. A septentrione fine anditum, et scalis fabricatis, que ad ipsas casas adscendunt. In tali vero hordine ipse Abbas jam dictam terram cum casa cum vice de ipsis andito, et scalis, et cum pertinentiis ipsius Ecclesie de ipso muricino, quantum ipsa casa retinet, ipsi Nicolao tradidit, ut amodo, et usque completos viginquatuor annos sit in potestate ejusdem Nicolai, et heredum ejus illud tenendum, et dominandum . . . . . . et omnes suas utilitates ibi faciendum tam illi, quam et homines, quos ibi miserint, et eam conciate qualiter voluerint justa ratione, et quicquid censum ex ea tollere potuerint intra ipsos annos sibi illud habeant, et pro tributo ex ea per omnem annum de suprascripto mense ipse Nicolaus, et ejus heredes dent ipsi Abbati, et partibus suprascripte Ecclesie quatuor tarenos bonos de minimis ad faciendum ex eis quod voluerint; completis vero ipsis annis licentiam habeant ipse Nicolaus, et ejus heredes, et homines, quos ibi miserint, exire de suprascripta traditione cum omnibus illorum causis, et ire quo voluerint; et ipsam traditionem adsignent ipsi Abbati, et partibus ipsius Ecclesie faciendum ex ea quod voluerint. Et per convenientiam ipse Nicolaus guadiam ipsi Abbati dedit, et fidejussorem ei posuit pro parte ipsius Ecclesie Johannem, qui dicitur Virgatorta, filium

filium quondam . . . . . . et per ipsam guadiam ipse Nicolaus obligavit se , et suos heredes , si, sicut suprascriptum est , non adimpleverint , et suprascripta , vel ex eis quicquam remobere , aut contradicere presumpserint , componere ipsi Abbati , et partibus ipsius Ecclesie triginta auri solidos Constantinos.

Sigillum affixum.

XVII.

SErgius Atrianensis filius quondam Marini cognomine Curialis , & Gemma ejus uxor filia quondam Petri vendunt Constantino Atrianensi filio quondam Petri terram cum vinea , & pomis extra Salernum in loco Veteri , ubi Scrofole dicitur , pro quinquagintatribus auri solidis tarenorum monetae Amalfitanae anno Christi 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Martii* 15. *Ind.* cum sigillo . *Arc.* 44. *n.* 125. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo mense Martio quintadecima Indictione. Ante me Petrum Judicem Sergius Atrianensis filius quondam Marini Atrianensis , qui cognominatus est Curialis , et Gemma , que est uxor sua , filia quondam Petri conjuncti sunt cum Constantino Atrianensi filio quondam Petri Atrianensis , et ipsi vir , et uxor Sergius , et Gemma clarificaverunt se habere terra cum vinea , et pomis , que est foris hanc Salernitanam civitatem in loco Beteri , ubi Scrofole dicitur , per fines , et mensuras justo passu hominis mensuratas . A parte orientis fine , sicut termini fixi sunt , et passus triginta nobem ; a parte septentrionis fine , sicut medium rofaneo discernit , et termini fixi sunt , et passus quadraginta unum , et ab inde revolbente , et conjungente ad fines heredum Lupeni passus quattuor , et ab inde per finem de ipsa heredes Lupeni pergente , et conjungente ad finem , que fuerat Johanni filii Constantini , et per ipsa fine pertinente , et conjungente ad ipsi priori termini , et inde sunt passus septuagintatres , et pedem unum . De tota suprascripta terra cum vinea , et pomis per suprascriptas fines , et mensuras , qualiter suprascriptum est , quartam partem pertinere dixerunt ipsi Gemme per datum suprascripti Sergii mariti sui , et tres partes ipsi Sergio ; et ostenderunt octo cartulas ex eadem terra cum vinea , et pomis continentes ; ex quibus Prima scripta est per Nanterigari Notarium in anno vicesimoprimo regni imperii Domini Lodogvici Imperatoris Augusti mense Septembri tertia Indictione , que satis a testibus roborata est . Secunda scripta per Theodericum Notarium in anno quinquagesimoprimo principatus Domini Guaimarii , et decimo anno principatus Domini Gisolfi filii ejus mense Martio prima Indictione , in qua subscripti sunt Radelgrimus Judex , et Pando , et Johannes , et Johannes . Tertia scripta per Jaquintum Notarium in anno tricesimooctabo principatus suprascripti Domini Gisolfi Principis mense Septembri octaba Indictione , et in ea testati sunt Petrus , et Ursus , et Jaquintus . Quarta scripta per Petrum Notarium in anno vicesimooctabo principatus ipsius Domini Gisolfi Principis mense Augusto tertia Indictione , et in ea testati sunt ipse Radelgrimus Judex , et Arechisi , et Ermetancus , et aliis . Quinta scripta per Constantinum Notarium in anno quadragesimosecundo principatus ipsius Domini Gisolfi Principis , et primo anno principatus Domine Gemme uxoris ejus , et Domini Paldolfi optato filii eorum mense Aprili tertia Indictione , et in ea testati sunt Johannes , et Ursus Diacones , et Taurus Clericus et Primicerius , et Lotherius Clericus et Medicus , et Simeon Clericus . Sexta scripta per Teodericum Nota-

tarium in anno tricesimoprimo principatus ipsius Domini Gisolfi principis mense Majo sexta Indictione, in qua testati sunt ipse Radelgrimus Judex, et Romoaldus Notarius. Septima scripta per Johannem Umilem, et Scribam civitatis Amalfie temporibus Domini Mansonis gloriosi Ducis, et Imperialis Patricii anno secundo, et quartodecimo anno Domini Johannis Ducis filii ejus die vicesima mensis Januarii Indictione tertia Amalfi; que roborata est per Sergium de Domino Lupo de Sergio Comite, et Manso filium Leonis de Mansone Comite, et Maurus Filius Leonis de Mansone Comite, et Leo Curialis, et Sergius filius Tauri de Sergio. Octaba scripta per Jaquintum Notarium de quintodecimo anno principatus Domini Johanni, et decimo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii mense Julio undecima Indictione, et in ea testati sunt Adenolfus, et Radelchisi. Cum autem ipse cartule ostense fuerunt, et lecte, ipsi vir, et uxor Sergius, et Gemma, sicut eis congruum fuit, bona eorum voluntate per convenientiam per hanc cartulam venundederunt ipsi Constantino filio suprascripti Petri Atrianensis totam, et integram suprascriptam terram cum vinea, et pomis, quam se, ut dictum est, clarificaverunt habere per ipsas fines, et mensuras, qualiter prescriptum est, cum omnibus, que intro eam sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et cum suprascriptis cartulis; ea ratione, ut integram suprascriptam venditio, quemadmodum suprascriptum est, semper sit in potestate ipsius Constantini, et heredum ejus, et liceat illum, et ejus heredes de ea facere omnia, que voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipsi vir, et uxor Sergius, et Gemma susceperunt ab eodem Constantino statutum pretium auri solidos tarenorum monete Amalfitanorum quinquaginta et tres in omni deliberatione, et per convenientiam ipsi Vir, et uxor Sergius, et Gemma secundum legem, et Romanorum eorum consuetudinem guadiam ipsi Constantino dederunt, et fidejussorem ei posuerunt Ursum Atrianensem filium quondam Marini Atrianensis, qui dictus est de lu Judice, et per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes semper defendere ipsi Constantino, ejusque heredibus integrum illud, quod ei venundederunt, sicut suprascriptum est, ab omnibus hominibus, ea ratione, ut quando ipse Constantinus, et sui heredes ipsos vir, et uxor, et eorum heredes defensores de eo abere quesierint, tunc per omnes vices ipse Constantinus, et suos heredes dent ipsis viro, et uxori, et illorum heredibus suprascriptas cartulas justa ratione salbas abendas per omnes vices diebus sexaginta, et tunc per omnes vices ipsi Sergius, et Gemma, et eorum heredes integrum illud, quod ei venundederunt, sicut suprascriptum est, ipsi Constantino, et illius heredibus defendant, qualiter suprascriptum est; et post completos ipsos dies per omnes vices ipsi vir, et uxor, eorumque heredes cartulas ipsas justa ratione salbas, quales eis date fuerint, illis reddant. Et ipsi vir, et uxor tribuerunt ei licentiam, ut quando ipse Constantinus, et sui heredes voluerint, potestatem habeant illud, quod ei, ut suprascriptum est, venundederunt, per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus monyminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi vir, et uxor Sergius, et Gemma, et eorum heredes ipsi Constantino, ejusque heredibus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes componere ipsi Constantino, ejusque heredibus centum auri solidos Constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Suprascripta vero fecerunt ipsi Sergius, et Gemma secundum legem, et Romanorum eorum consuetudinem; et quod superius disturvatum est, ne noceat, quia legitur in eo loco, ea ratione, ut quando ipse Constantinus, et sui, et quod superius inter virgulos scriptum est, legitur per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas, et quod in aliis locis superius disturvatum est in unoquoque eorum legitur passus hominis.

Sigillum affixum.

XVIII.

XVIII.

ADelarius filius quondam Romoaldi, & Gemma uxor ejus filia cujusdam Petri vendunt Stephano Amalphitano cognomento Cannaverde filio quondam Johannis Amalphitani, qui dicebatur de lu Valneu, terram cum arbusto, & insiteto extra Salernum in loco Transboneja, ubi Clusam dicitur, pro 400. solidis tarenorum Amalphitanae monetae. anno Chr. 1078. (vulgari 1077.) mense Martij 15. Ind. cum sigillo *Arc.* 88. *n.* 253. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo mense Martio quintadecima Indictione. Ante me Petrum Judicem Adelarius filius quondam Romoaldi, et Gemma Uxor sua filia cujusdam Petri conjuncti sunt cum Stephano Amalfitano cognomento Cannaberde filio quondam Johannis Amalfitani, qui dicebatur da lu Valneu. Et ipsi vir, et uxor communiter clarificaverunt se habere terram cum arbusto, et insiteto, qui est foris hanc Salernitanam civitatem in loco Transbon ja. ubi proprie Clusam dicitur, quam dixerunt esse per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte orientis fine via, sicut revolvit, et per eam secus istam terram mensurati passibus septuagintaduobus; a parte meridiei aliquantum fine via, et fine rebus pertinentibus Monasterio Beate, et Gloriose, semperque Virginis, et Dei genitricis Marie de Duliaria pertinentie Amalfitane, et recte mensurati passus triginta usque primum terminem; et a completis ipsis passibus triginta ascendit in partem occidentis juxta ipsa rebus pertinentibus suprascripti Monasterii mensurando passus septuagintaquattuor usque secundum terminem; & ab inde vadit in ipsa parte occidentis juxta ipsa rebus pertinentibus ejusdem Monasterii recte mensurati passus quadragintaseptem usque viam, que ducit ad vite menia, ab ipsa parte occidentis est finis ipsa via, que ducit ad vite menia, et per eam secus istam terram mensurati passus nonaginta. A parte septentrionis fine rebus pertinentibus Mascini Clerici germani ipsius Adelarii, qualiter ei ab ipso Adelario in sortem evenit, et secus ipsam finem mensurati passus septuaginta, et est ibidem per latitudinem ista terra recte in partem meridiei passus octogintaseptem usque illum locum, quo ipsum secundum terminem fictus est, et ab eo loco, quo ipsi septuaginta passus completi sunt, vadit in ipsam partem Orientis secus ipsa rebus suprascripti Mascini, qualiter ei ab ipso Adelario in sortem evenit, et mensurati juxta ipsa rebus passibus septuagintaocto; et est ibidem per latitudinem ista terra recte in ipsa parte meridiei usque ipsum primum terminem passibus octoginta, et ab eo loco, quo ipsi septuagintaocto passus completi sunt, vadit in ipsa parte orientis erga ipsa rebus suprascripti Mascini pertinentibus, qualiter ei, ut dictum est, ab ipso Adelario in sortem evenit, et erga ipsa rebus mensurati passibus quadragintanobem usque priorem finem. De tota vero suprascripta terra cum arbusto, et insiteto per jam dictas fines, et mensuras, qualiter suprascriptum est, quartam partem pertinere dixerunt ipsi Gemme per suum scriptum Morgineaph ei ab ipso Adelario viro suo dato alia die eorum copulationis, et tres partes ipsi Adelario. Et volens ipsa Gemma ipsam quartam partem suam de suprascripta terra cum arbusto, et insiteto comuniter cum ipso viro suo venundare, et obserbans ea, que in Langobardorum Regum edicto scripta sunt de muliere, que res suas comuniter cum viro suo venumdare voluerit, fecerunt illud notitiam duobus propinquioribus ipsius Gemme parentibus; et in mea, et ipsorum parentum presentia ipsa Gemma violentia aliqua se pati non reclamavit, set bona sua voluntate ipsam quartam partem suam de suprascripta terra sibi, ut dictum est, pertinente se cum ipso viro suo comuniter venundare dixit, ut ab hoc die

die omni tempore hoc, quod vendiderit, ſtavile debeat permanere, et ego in hac cartula manus ponam, quam Johannes Scriba cum notitia ipſorum parentum, et mea ſcribere preſumit. His ita peractis ipſi Vir, et uxor Adelarius, et Gemma, ſicut eis congruum fuit, bona eorum voluntate per convenientiam per hanc cartulam comuniter venundederunt ipſi Stephano Amalfitano totam, et integram ſupraſcriptam terram cum arbuſto, et inſiteto, quam ſe, ut dictum eſt, clarificaverunt abere per ipſas fines, et menſuras, qualiter ſupra ſcriptum eſt, cum omnibus, que intro eam ſunt, cunctiſque ſuis pertinentiis, et cum viee de ipſis viis, et cum una cartula ex parte de ſupraſcripta venditione continentia, que ſcripta eſt per Johannem Notarium in anno a ſupraſcripte Dominice Incarnationis milleſimo ſeptuageſimoquinto, et triceſimotertio anno principatus ſupraſcripti Domini noſtri Giſulfi glorioſi Principis menſe Octobri tertiadecima Indictione, in qua Ego meum nomen propriis ſubſcripſeram digitis; ea ratione, ut integram ipſam venditionem, quemadmodum ſupraſcriptum eſt, ſemper ſit in poteſtate ipſius Stephani, et heredum ejus, et liceat illum, et ejus heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipſi Vir, et Uxor communiter ſuſceperunt ab ipſo Stefano ſtatutum pretium auri ſolidos tarenorum monete Amalfitanorum quadringentos in omni deliberatione. Et per convenientiam ipſi vir, et uxor Adelarius, et Gemma, tamen ipſa Gemma cum conſenſu, et voluntate ſupraſcripti viri, et Mundoalt ſui, cum cujus conſenſu, et voluntate ipſa Gemma omnia, que in hac cartula ſcripta, et ſcribenda ſunt, fecit, communiter guadiam ipſi Stephano dederunt, et fidejuſſores ei communiter poſuerunt Urſum, qui dicitur de Gecza, filium Sergii Atrianenſis, et Petrum filium quondam Ademarii cognomento de Corba; et per ipſam guadiam obligaverunt ſe ipſi vir, et uxor comuniter, et ſuos heredes ſemper defendere ipſi Stephano, et illius heredibus integrum illud, quod ei, ſicut ſupra ſcriptum eſt, comuniter venundederunt, ab omnibus hominibus; ea ratione, ut quando ipſe Stefanus, et ſui heredes ipſos Adelarium, et Gemmam, et eorum heredes defenſores de eo, quod ei, ſicut ſupra ſcriptum eſt, comuniter venundederunt, habere queſierint, tunc per omnes vices ipſe Stephanus, et ſuos heredes dent eis, et eorum heredibus ſupraſcriptam cartulam juſta ratione ſalbam abendam per omnes vices diebus ſexaginta, et tunc per omnes vices ipſi vir, et uxor, et eorum heredes integrum illud, quod ei, ſicut ſupra ſcriptum eſt, venundederunt, ipſi Stephano, et illius heredibus defendant, qualiter ſupra ſcriptum eſt; et poſt completos ipſos dies per omnes vices ipſi vir, et uxor, et eorum heredes cartulam ipſam juſta ratione ſalbam, qualem eis data fuerit, ipſi Stephano, et illius heredibus reddant. Et ipſi vir, et uxor comuniter tribuerunt ei licentiam, ut, quando ipſe Stephanus, et ſui heredes voluerint, poteſtatem habeant illud, quod ei, ſicut ſupra ſcriptum eſt, venundederunt, per ſe defendere, qualiter voluerint, cum omnibus moniminibus, et rationibus, quas de eo oſtenderint. Et ſi, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ipſi vir, et uxor Adelarius, et Gemma, et eorum heredes ipsi Stephano, et ejus heredibus non adimpleverint, et ſupraſcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere preſumpſerint, per ipſam guadiam comuniter obligaverunt ſe, et ſuos heredes componere ipſi Stefano, ejuſque heredibus quingentos auri ſolidos Conſtantinos, et ſicut ſuperius ſcriptum eſt adimplere.

Sigillum affixum.

XIX.

JOhannes de Superdomina filius quondam Siconis cupiens manasticam vestem in Monasterio SS. Trinitatis in loco Metiliani suscipere offert eidem Coenobio res omnes extra Salernum in loco Veteri cum vineis, & vacuo ad se pertinentes a parte genitricis suae nomine Superdominae. anno Christi 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Decembris* (error in mense, qui alius Septembrem praecedens sit oportet) 15. *Ind.* cum sigillo *Arc.* 44. *n.* 259. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno vero ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo mense Decembri quintadecima Indictione. Ante me Petrum Judicem Johannes, qui vocatur de Superdomina, filius quondam Siconis clarificavit sibi pertinere a parte ipsius Superdomine genitricis sue res foris hac civitate in loco Veteri, que est cum vineis, et vacuo. Et inspirante rerum omnium Factore, et Gubernatore Deo cupiebat monasticum habitum in se suscipere, et manere in Monasterio Sanctę, et Individuę Trinitatis, quod conditum est in loco Metiliano, in quo Dominus Leo venerabilis Abbas preest, et easdem res in eodem Monasterio offerre. Et sicut ipsi Johanni congruum fuit, sua bona voluntate per convenientiam per hanc cartam pro amore ipsius Domini nostri Jesu Christi, et salute anime sue optulit in ipso Monasterio integras omnes ipsas res de predicto loco Veteri, quas sibi a parte ipsius genitricis sue dixit pertinere, qualiter ipsi Superdomine pertinuit per suas rationes, cum omnibus, que intra eas sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum una carta divisionis ex ipsis rebus continente, et cum aliis muniminibus ex eis continentibus, ea ratione, ut semper sit in potestate partium suprascripti Monasterii, et liceat pars ipsius Monasterii de ea facere, quod voluerint. Ipsa vero carta divisionis scripta est per Smaracdum Notarium quartodecimo anno principatus Domini Guaimarii mense Februario quintadecima Indictione, et in ea subscripti Johannes Notarius, et Ursus. Et per convenientiam ipse Johannes obligavit se, et suos heredes semper defendere in ipso Monasterio integrum illud, quod ibi, ut dictum est, optulit, ab omnibus hominibus, et tribuit licentiam, ut, quando pars ipsius Monasterii voluerit, potestatem habeat illud per se defendere, qualiter voluerit, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderit. Tantum quando pars ipsius Monasterii ipsum Johannem, et ejus heredes defensores de eo habere quesierit, det eis suprascriptam cartam divisionis justa ratione salvam habendam diebus sexaginta, et per omnes vices ipse Johannes, et ejus heredes integrum illud, quod in ipso Monasterio, ut dictum est, optulit, partibus ipsius Monasterii, sicut suprascriptum est, defendant, et post completos ipsos dies per omnes vices cartam ipsam salvam, qualem eis data fuerit, partibus ipsius Monasterii reddant. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Johannes, et suos heredes non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam remobere, aut contradicere presumpserint, per ipsam convenientiam ipse Johannes obligavit se, et suos heredes componere ipsi Domino Abbati, et partibus ipsius Monasterii triginta auri solidos Constantinos, et sicut suprascriptum est adimplere. Verumtamen quoniam ipse Johannes pro parte suprascripti Monasterii, et pro omnibus, ut suprascriptum est, adimplendum guadiam dedit Leoni filio quondam Majonis, et fidejussorem ei pro ipsius Monasterii parte posuit Truppoaldum filium quondam Petri.

Sigillum affixum.

XX.

XX.

Tanda filia quondam Johannis Atrianensis, quae uxor fuerat Mauri Atrianensis de Leone de Gutto, & Johannes filius dictorum Tandae, & Mauri, & Alfarana Johannis uxor filia quondam Constantini Atrianensis vendunt Monasterio S. Leonis de Veteri, quod ad SS. Trinitatis Metiliani Monasterium pertinet, terram cum arbusto, & vacuo, cujus pars quarta ad Tandam, & aliarum trium partium quarta ad Alfaranam, reliquae ad Johannem spectant, in loco Veteri prope dictum S. Leonis Coenobium pro solidis octoginta, quorum quadraginta remissa, & donata sunt Monasterio a Leone filio quondam Majonis, a quo dicti venditores alios quadraginta solidos mutuo acceperant. anno 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Maii* 15. *Ind. Arc.* 101. *n.* 297. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno vero ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo mense Majo quintadecima Indictione. Ante me Petrum Judicem Tanda filia quondam Johannis Atrianensis, que fuerat uxor Mauri Atrianensis de Leone de Gutto, et Johannes filius ipsorum Tande, et Mauri, et Alfarana uxor ejus filia quondam Constantini Atrianensis conjuncti sunt cum Johanne Preposito. Et ipsi Tanda, et Johannes, et Alfarana clarificaverunt sibi pertinere terram cum arbusto foris hanc Salernitanam civitatem in loco Veteri prope Monasterium Sancti Leonis, ex qua ostenderunt quinque cartas, quarum Prima scripta per Romoaldum Notarium octabo anno principatus Domini Johannis, et secundo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii mense Januario quarta Indictione; qualiter ante Petrum Judicem conjuncti fuerant Johannes, et suprascriptus Leo germani filii suprascripti Gutti cum Riso, et Roderico, et Musando germanis filiis Maraldi, et Madelmo filio Jaquinti, et Sergio, qui Piczulo clamabatur, filio Ursi; et inter aliut, quod ipsi omnes suprascripti inter se egerant, ipsi filii Maraldi, et Madelmus, et Sergius manifestaverant ipsi Leoni esse pertinentem terram cum vinea erga flubio Boneja per fines de una parte fine ipso flubio passus octogintaocto, de alia parte fine de ipsi filii Maraldi, et ipsorum Madelmi, et Sergii erant inde passus viginti, de alia vero parte similiter fines ipsorum filiorum Maraldi, et Sergii, et Madelmi, et passus sexagintatres, et de alia parte fine via, quam tunc ipsi filii Gutti eis tradiderant, et passus sexagintanobem; ad sec riter illud ipse Leo, et ejus heredes habendum, et faciendum quod vellent. Tantum omni tempore viam ipsam ipsi omnes suprascripti, et illorum heredes, et homines, quos per partem ibi misissent, comuniter haberent, sicut ipsa carta continet, in qua ipse Petrus Judex subscriptus est. Secunda carta scripta per Ursum Notarium anno tricesimooctabo principatus Domini Paldolfi, et tertio anno ejus Salerni, et septimo anno principatus Domini Paldolfi ejus filii mense Februario nona Indictione, in qua subscripti sunt Petrus, et Johannes, et Mirandus Notarius. Tertia carta scripta per ipsum Ursum Notarium octabo anno principatus suprascripti Domini Johannis, et tertio anno principatus ipsius Domini Guaimarii ejus filii mense Aprili quarta Indictione, et in ea subscripti Petrus, et Teudericus, et Johannes. Quarta carta scripta per Johannem Notarium decimo anno principatus ipsius Domini Johannis, et quinto anno principatus suprascripti Domini Guaimarii ejus filii mense Martio sexta Indictione, in qua ipsi Teudericus, et Petrus subscripti sunt. Quinta scripta per Romoaldum Notarium anno vicesimotertio principatus ipsius Domini Guaimarii mense Majo nona Indictione, et in ea subscri-

scripti Jaquintus, et Johannes Notarii. Et de suprascripta terra cum arbusto, intra quam vacuum habet per jam dictas fines, et mensuras, quemadmodum suprascripta prima carta continet, quartam partem dixerunt pertinere ipsi Tande, et de reliquis tribus partibus similiter dixerunt pertinere ipsi Alfarane quartam partem per datum ipsius Johannis, et tres partes pertinere eidem Johanni. Et sicut ipsis Tande, et Johanni, et Alfarane congruum fuit, bona illorum voluntate per convenientiam per hanc cartulam secundum legem, et consuetudinem illorum Romanorum venundederunt ipsi Johanni Preposito pro parte ipsius Monasterii Sancti Leonis, qui pertinet Monasterio Sancte, et Individue Trinitatis, quod conditum est in loco Metiliano, in quibus Dominus Leo venerabilis Abbas preest, integram suprascriptam terram cum arbusto, et vacuo per jam dictas fines, et mensuras, quemadmodum suprascripta prima carta continet, cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et de aliis viis suis, et cum suprascriptis quinque cartulis; ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Domini Abbatis, et successorum ejus, et partibus ipsius Monasterii Sancti Leonis, et liceat ipsum Dominum Abbatem, et successores ejus, et partem suprascripti Monasterii Sancti Leonis de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipsi venditores dixerunt se suscepisse ab ipso Domino Abbate statutum pretium auri solidos octoginta, quorum quisque habebat tarenos quattuor ex moneta Amalfitanorum in omni deliveratione. Et per convenientiam ipsi venditores secundum eandem legem, et consuetudinem illorum Romanorum guadiam ipsi Johanni Preposito pro parte ipsius Monasterii Sancti Leonis dederunt, et fidejussores ei pro ipsius Monasterii parte posuerunt semedipsos, et Johannem, qui cognominatur Curialis, filius quondam Joannucii Atrianensis, & per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes semper defendere ipsi Domino Abbati, et successoribus illius, et partibus ipsius Monasterii Sancti Leonis integrum illud, quod ipsi Johanni Preposito pro parte ipsius Monasterii venundederunt, ab omnibus hominibus; sic tamen ut, quando ipse Dominus Abbas, vel successores ejus, aut pars ipsius Monasterii ipsos venditores, et illorum heredes defensores de eo habere quesierint, dent eis suprascriptas quinque cartulas justa ratione salvas habendas diebus sexaginta. Et per omnes vices ipsi venditores, et illorum heredes integrum illud ipsi Domino Abbati, et successoribus illius, et partibus ipsius Monasterii Sancti Leonis, sicut suprascriptum est, defendant; et post completos ipsos dies per omnes vices ipsi venditores, et illorum heredes cartulas ipsas salvas, quales ei date fuerint, ipsi Domino Abbati, et successoribus illius, et partibus ipsius Monasterii reddant. Et ipsi venditores tribuerunt licentiam, ut, quando ipse Dominus Abbas, et successores ejus, et pars ipsius Monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi Tanda, et Johannes, et Alfarana, et illorum heredes ipsi Domino Abbati, et successoribus illius, et partibus ipsius Monasterii Sancti Leonis non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam remobere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes componere ipsi Domino Abbati, et successoribus illius, et partibus suprascripti Monasterii Sancti Leonis centum auri solidos Constantinos, et, sicut suprascriptum est, adimplere. Verumtamen quoniam, dum suprascripta agerentur, in meam presentiam venit Leo filius quondam Majonis, qui ostendit unum scriptum per Johannem Notarium scriptum anno Dominice Incarnationis millesimo septuagesimoseptimo, et tricesimoquinto anno principatus Domini nostri Gisulfi mense Aprili quartadecima Indictione, qualiter ante me suprascripti venditores dixerant sibi ipse Leo mutuasset quadraginta solidos, quorum quisque habebat tarenos quattuor de moneta hujus civitatis, ut completis tribus annis illos ei, et cui ipsum scriptum in manu paruisset, redderent; et ideo ipsi venditores obligaverant ipsi Leoni integram suprascriptam terram cum arbusto, et vacuo in illa ratione, sicut ipsum scriptum continet, in quo Ego subscriptus sum. Et

Et dum ipsum scriptum ostensum fuit, ipse Leo per convenientiam remisit ad partes supprascripti Monasterii ipsum scriptum, et totum, quantum ei per ipsum scriptum pertinet, et totos supprascriptos solidos ad faciendum exinde pars ipsius Monasterii quod voluerit. Et sic totos supprascriptos solidos quadraginta ipsis venditoribus dimissos sunt, et cum eis ipsos octoginta solidos illis completos sunt. Suprascripta fecit ipse Johannes Prepositus per licentiam supprascripti Domini Abbatis, sub cujus regula permanet. Et taliter tibi Johanni Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex

XXI.

URsus Atrianensis, qui Caccabellus dicitur, filius quondam Sergii vendit Johanni Atrianensi filio quondam Petri medietatem terrae extra Salernum in loco Montana pro tribus solidis auri sclifatis. anno 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Junii* 15. *Ind. Arc.* 85. *n.* 8. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo temporibus Domini nostri Robberti gloriosissimi Ducis mense Junio quintadecima Indictione. Ante me Siconem Comitem, et Judicem Ursus Atrianensis, qui Caccabellus dicitur, filius quondam Sergii conjunctus est cum Johanne Atrianensi filio quondam Petri. Et sicut ipsi Urso congruum fuit, bona sua voluntate per hanc cartam vendidit Johanni integram medietatem, quam sibi pertinere dixit de una pecia de terra cum vinea foris hac Salernitana civitate in loco Montana, quam totam dixit esse per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte occidentis fine via puplica, que ducit a super Ecclesia Sancte Marie, et passus quinqunginta; a parte meridiei passus quadragintaseptem; a parte orientis passus quadragintaquinque; a parte septentrionis passus trigintasex, cum omnibus, que intra ipsam medietatem sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Johannis, et heredum ejus, et ille, et ejus heredes licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipse Ursus dixit se suscepisse ab eodem Johanne statutum pretium auri solidos sclifatos tres in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse Ursus guadiam ipsi Johanni dedit, et fidejussorem ei posuit Ursum cognatum suum, qui Marcesanus dicitur, filius quondam Mansonis Atrianensis; et per ipsam guadiam ipse venditor obligavit se, et suos heredes semper defendere ipsi Johanni, et ejus heredibus integrum illud, quod ei, ut dictum est, vendidit, ab omnibus hominibus, et tribuit ei licentiam, ut, quando ipse Johannes, et suos heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Ursus venditor, et suos heredes ipsi Johanni, et illius heredibus non adimpleverint, et supprascripta, vel ex eis quicquam remobere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Johanni, et illius heredibus viginti auri solidos Constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Verumtamen memorari facio, ut, si ipse venditor, et ejus heredes intra duobus annis amodo completis ipsi Johanni, et illius heredibus ipsos tres solidos sclifatos reddiderint, statim ipse Johannes, et ejus heredes integram ipsam medietatem supprascripte terre eidem Urso, et ejus heredibus remittant ad faciendum ex ea quod voluerint. Et taliter tibi Johanni Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Sico Judex.

XXII.

Vivus Vicecomes filius quondam Petri permutat terram cum sylvis, vineis, & quercietis extra Salernum in loco Veteri, cum medietate terrae, seu isclae in eodem loco subtus, & prope Ecclesiam S. Leonis, & cum integro occidentali molendino ex duobus illis, quae intra ipsam isclam constructa sunt, & cum medietate aquarum, & cum 260. *solidis tarenorum Amalphitanae monetae: quae omnia commutationis nomine recipit ab Ecclesia S. Nicolai de Gallucantat de Veteri, ad quam pertinent. anno* 1078. (*vulgari* 1077.) *mense Augusti* 15. *Ind. Arc.* 101. *n.* 404. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni, et Salbatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejus millesimo septuagesimooctabo temporibus Domini nostri Robberti gloriosissimi Ducis mense Augusto concurrente Indictione quintadecima. Ante me Johannem Judicem Theophilus Monachus, et Abbas Ecclesie Beati Confessoris Nykolai, que constructa est foris hanc civitatem in loco Veteri, ubi proprie Galluscantat dicitur, et Vivus Vicecomes filius quondam Petri conjuncti sunt. Dum tamen cum ipso Abbate adessent Petrus, et Adelbertus, et Landoarius Comites germani filii quondam Lamberti Comitis, et Landoarius filius quondam Adelberti Comitis, quibus ipsa Ecclesia cum omnibus ejus rebus pertinet, et ipse Vivus ostendit septem cartulas. Unam earum scriptam per Petrum Notarium sextodecimo anno principatus Domini Gisulfi Principis mense Februario undecima Indictione, qualiter ante Petrum Judicem Ursus Castaldeus, et Judex filius quondam Johannis Castaldei conjunctus fuerat cum Petro Atrianense filio quondam Sergii Atrianensis, qui dictus fuerat Sfagilla, et sicut ipsi Urso congruum, sua bona voluntate per ipsam cartam venundederat ipsi Petro unam peciam de terra sua, quam habebat foris hanc Salernitanam civitatem in loco Veteri, quam dixerat esse per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte orientis fine ipsius Petri; a parte meridiei fine mare; a parte occidentis fine ipsius Ursi, qualiter incipiebat ab ipso mari, et recte ascendebat in partem septentrionis per medium plescum inmobile, qui dicitur Furca Alfani, et dimittit ipsum plescum, et vadit usque in viam publicam, et per ipsam viam publicam est latitudo suprascripta terra per ipsam viam mensurati passus viginti et sex usque fines predicti Petri, sicut discernit petra immobilis juxta, et suptus ipsam viam, et juxta fines predicti Petri, et ab inde, ubi incepti sunt mensurati ipsi vigintisex passus, dimittit ipsam viam, et recte ascendendo in partem septentrionis passus decem juxta fines predicti Ursi; et ab ipsis decem passibus revolvendo in partem occidentis juxta fines ipsius Ursi, quod dictum habebat in Ecclesia Sancte Marie de eodem loco pertinente ipsi Urso, et consortibus ejus passus quindecim, et ab ipsis quindecim passibus revolvendo in ipsam partem septentrionis juxta fines aliorum, sicut murex de petris discernit, et vadit in ipsam partem septentrionis usque in pedem de pistillo, qui pistillus est in parte occidentis, et revolvendo per ipsum pistillum in ipsam partem occidentis, et revolvendo in partem septentrionis juxta finem ipsius Ursi, et Johannis germani sui, sicut murex de petris inmobilibus discernit per ipsam finem ipsorum germanorum passus quadraginta, et ab inde recte vadit in partem quasi occidentis usque cilium ripe, que est super, et conjuncta ad res heredum Maurisculi, et qualiter vadit per ipsum cilium usque criptam, que est super ipsis ripis, et super rebus heredum Johannis Curialis, et ab ipsa cripta revolvendo in ipsam partem orientis usque ad finem suprascripti Petri, et per ipsam finem suprascripti Petri descen-

ſcendendo in partem meridiei paſſus centum ſex, et eſt ibi lata ſupraſcripta res a completis ipsis centum paſſibus, et uſque ubi ſunt finiti ipſi quadragintaquattuor paſſus, paſſus ſexaginta, et ab ipsis centum ſex paſſibus deſcendendo in ipſam partem meridiei recte juxta finem prediƈti Petri paſſus quadragintaquattuor, et conjungit in ſpelunca, quę erat in piſtillo ſupraſcripti Petri, et ab ipſa ſpelunca deſcendendo in partem meridiei juxta finem prediƈti Petri uſque ſupraſcriptam viam, et dimittit ipſam viam, et vadit juxta ſupraſcriptam primam petram juxta finem prediƈti Petri uſque ipſum mare. Jam diƈtam terram per jam diƈtas fines, et menſuras ipſe Urſus Caſtaldeus, et Judex filius quondam ſupraſcripti Johannacii Caſtaldei incliram ipſi Petro venundederat, ſeu et venundederat ei a foras ipſis menſuris in partem ſeptentrionis, quantum eidem Urſo ibi conjunƈtum pertinebat cum omnibus, quę intro ipſam terram erant, cunƈtiſque pertinentiis, et cum vice de via ſua. Ea ratione, ut ſemper eſſet in poteſtate ipſius Petri, et heredum ejus, et liceret illum et ejus heredes de eo facere quod vellent, ſicut ipſa carta continet, in qua ſubſcriptus eſt ipſe Petrus Judex. Altera autem ſcripta per Johannem Notarium anno Dominicę Incarnationis milleſimo ſeptuageſimoquarto, et triceſimoſecundo anno principatus ſupraſcripti Domini Giſulfi Principis, menſe Majo undecima Indiƈtione, qualiter ante ſupraſcriptum Petrum Judicem Manſo Atrianenſis filius quondam prediƈti Petri Atrianenſis filii Sergii, qui cognominatus fuerat Sfagilla, et Antocia uxor ſua filia quondam Leonis Atrianenſis conjunƈti fuerant cum jam diƈto Vivo Vicecomite filio quondam Petri, et ipſi Manſo, et Antocia clarificaverant ſibi pertinere terram, intra quam ſilbę, et vineę, et quercieta erant foris hac civitate in loco Veteri, de qua oſtenderunt cartulas ſex, e quibus una erat illa a ſupraſcripto Urſo Caſtaldeo, et Judice emiſſa, cujus pars ſuperius declarata eſt. Quibus perleƈtis, ſicut ipſi Manſoni, et Antocię congruum fuerat, bona eorum voluntate per convenientiam per ipſam cartam ſecundum legem, et Romanorum eorum conſuetudinem venundederant ipſi Vivo Vicecomiti de eo ex prediƈto loco Veteri, quod ſupraſcripto Petro genitori ipſius Manſonis per ipſas oſtenſas cartas venundatum, atque donatum fuerat, integram terram, intra quam vineę, et ſilbę, et quercieta ſunt, per fines, et menſuras juſto paſſu hominis menſuratas. A parte meridiei fine mare, et menſurati per viam publicam, quę intra ipſas res ducit, paſſus centum, et ab ea uſque medium vallonem, qui eſt ultra, et prope illum locum, ubi Pretoriato dicitur, et ab ipſo mari revolvit in partem ſeptentrionis per medium ipſum vallonem, qui . . . . inter hanc, et aliam terram ipſorum Manſonis, et Antocię erat . . . . nunc ſupraſcriptę Eccleſię pertinet, uſque ſupraſcriptam viam publicam, et revoluit in partes orientis juxta ipſam viam quę ducit inter hanc, et ipſam aliam terram ipſorum Manſonis, et Antocię, quę nunc ipſi Eccleſię pertinet, uſque in illum locum, ubi duo vallones in unum junguntur, et ibi nominatur Gallus cantat; et ab ipſa via aſcendendo in partes ſeptentrionis per medium vallonem, qui nominatur Gallus cantat, paſſibus centum decem menſuratis ab ipſa via, et a medio ipſo vallone aſcendendo in partem occidentis per plajam montis reƈte uſque in ripam ipsius montis, ſuper quam conſtruƈta eſt Eccleſia Domini et Liberatoris noſtri Jeſu Chriſti, et vadit in partem meridiei erga ipſam ripam uſque in viam publicam, quę ducit ad ſupraſcriptam Domini et Liberatoris noſtri Jeſu Chriſti Eccleſiam in illum locum, ubi ad Crucem dicitur, et per ipſam viam vadit in mediam ſerram, quę eſt in parte occidentis, et per mediam ipſam ſerram deſcendendo in partem meridiei erga res, quę tunc ipſorum Manſonis, et Antocię erant, uſque criptam, quę intra ſupraſcriptas res eorum erat, et ab ipſa cripta deſcendendo per mediam vallem, et per medium vallitellum in partem meridiei uſque in ſupraſcriptam viam, juxta quam lapides inmobiles ſunt, et ab ipsis lapidibus transgreditur ipſam viam, et reƈte deſcendendo in partem meridiei uſque jam diƈtum mare; et integram ſupraſcriptam peciam de terra de ſupraſcripto loco Veteri, quam ipſe Urſus Caſtaldeus ipsi Petro Atrianensi genitori ſupraſcripti Manſonis venundederat per ipſas fi-

fines, et menſuras, quemadmodum ſupradicta carta ab eo emiſſa continet, et quantum eis a foras ipsis menſuris in parte ſeptentrionis conjunctim pertinebat cum omnibus, quę intra ipſam venditionem erant, cunctiſque ſuis pertinentiis, et cum vice de ipſis viis, excepta ſupraſcripta via, quę intra ipſas res ducit, de qua, ut dictum eſt, vicem ei venundederant, et cum ipſis ſex cartulis, quas oſtenderant, de quibus in ipſa venditionis carta declaratum erat. Ea ratione, ut integra ſupraſcripta venditio ſemper eſſet in poteſtate ſupraſcripti Vivi Vicecomitis, et heredum ejus, et liceret illum, et ejus heredes de ea facere quod vellent. Alię vero quinque cartulę ſunt illę, de quibus in hac ſupradicta carta venditionis ipſi Vivo a ſupraſcriptis Manſone, et Antocia emiſſa declaratum eſt. Et prima earum ſcripta eſt per Romoaldum Notarium duodecimo anno principatus Domini Giſulfi Principis menſe Majo ſexta Indictione, in qua ſubſcriptus eſt Johannes Judex. Secunda ſcripta per ipſum Romoaldum Notarium eodem duodecimo anno principatus ipſius Domini Giſulfi menſe Junio ſexta Indictione, in qua ſubſcriptus eſt ipſe Johannes Judex. Tertia ſcripta per Johannem Notarium duodecimo anno principatus ipſius Domini Giſulfi menſe Auguſto ſexta Indictione, in qua ſubſcriptus eſt Sico Comes, et Judex. Quarta ſcripta per ipſum Romoaldum Notarium duodecimo anno principatus ipſius Domini Giſulfi menſe Januario ſeptima Indictione, in qua ſubſcriptus eſt ipſe Johannes Judex. Quinta ſcripta per Grimoaldum Notarium quartodecimo anno principatus ſupraſcripti Domini Giſulfi menſe Octobris nona Indictione, in qua ſubſcriptus eſt ipſe Johannes Judex. Et in ſupraſcripta quoque cartula, per quam ſupraſcripti Manſo, et Antocia ipſi Vivo, ſicut ſupra ſcriptum eſt, venundederant, ſubſcriptus eſt ſuperius memoratus Petrus Judex. Cum autem ſupraſcriptę cartę oſtenſę, ac lectę fuerunt, ſupraſcriptus Vivus Vicecomes volebat cum ſupraſcripto Theophilo Abbate commutationem facere, ſcilicet dare ei pro parte ipsius Eccleſię totum, et integrum illud, quod ſibi jam dictus Manſo, et Antocia venundederant, quemadmodum ſupradicta carta ejuſdem venditionis continet, et recipere ab eo medietatem ipsi Eccleſię pertinentem de altera terra, quę eſt iſcla in jam dicto loco Veteri ſuptus, et prope Eccleſiam Sancti Leonis per hujuſmodi fines. A parte orientis eſt finis via Nucerina, qualiter incipit ab arcaturia de molino heredum Johannis Veſtararii, et Manſonis Pagellę, et per eandem viam vadit uſque in illum locum, ubi cum alia via, quę ducit ad Tranſvonejam, conjungitur longius a puteo, qui a ſuper, et conjunctus cum ipſa via Nucerina eſt in parte meridiei paſſibus duobus juſto paſſu hominis, et ab eo loco vadit in partem quasi occidentis per ipſam aliam viam uſque flubium, qui dicitur Voneja. A parte occidentis eſt finis ipſe flubius, qualiter deſcendit, et conjungit uſque ſupraſcripram priorem finem, et integrum occidentale molinum de duobus illis, quę in una poſitione intra ipſam iſclam conſtructa ſunt, cum medietate de aquis, et omnibus ad eadem molina pertinentibus, et cum ducentis ſexaginta ſolidis tarenorum preſentis Amalfitanę monetę. Quod audiens ipſe Abbas, quoniam ſupraſcripta terra ipsius Vivi prope ſupraſcriptam Eccleſiam Sancti Nikolay, et rebus ejus conjuncta erat, et parti ipsius Eccleſię magis congruere videbatur, eandem commutationem cum ipſo Vivo fieri poſtulabat. Et ut revera ſciri poſſet, si, quemadmodum in Langobardorum Regum edicto legitur, res ipſa, quam iſdem Vivus dare volebat, remeliorata appareret, et bonum parti ipsius Eccleſie ebeniret, ipſe Abbas ſimul cum doctis hominibus, et ſupraſcripto Adelberto Comite uno ex Dominis ipsius Eccleſię illuc ſtuduit properare, qui hutrumque, et quod dare, et quod accipere iſdem Vivus, ut dictum eſt, volebat, conſpexerunt, et ſtudioſe eſtimaverunt. Set multo melius eſſe inventum eſt illud, quod dare ipſe Vivus volebat, quam quod accipere, et modis omnibus bonum parti ipsius Eccleſie ebenire dixerunt. Et ideo ipſe Vivus Vicecomes, ſicut ei congruum fuit, ſponte per convenientiam per hanc cartam, dum ydonei homines, quorum fides admittitur, intereſſent, commutavit, et tradidit ſupraſcripto Abbati pro parte ipſius Eccleſię Sancti Nikolay, dum ibidem omnes ſupraſcripti, quibus eadem Eccle-

Ecclesia pertinet, adessent, et illis consentientibus, totum, et integrum illud, quod ei suprascripti Manso, et Antocia venundederant, quemadmodum supradicta carta eidem Vivo ab illis emissa continet, idest integram suprascriptam terram, intra quam vineę, et querceta, et silbę sunt, et suprascriptam peciam de terra, quam prefatus Ursus Castaldeus, et Judex, ut superius declaratum est, venundederant, et quantum eis extra mensuras ipsius pecię conjunctum in partem septentrionis pertinuerat, nichilque ipse Vivus ex eo, quod ei a suprascriptis Mansone, et Antocia per suprascriptam cartam ab illis emissam venditum fuerat, sibi remanere dixit, set totum, et integrum illud ipsi Abbati, ut dictum est, commutavit, et tradidit cum omnibus, quę intra illud sunt, cunctisque ejus pertinentiis, et cum vice de ipsis viis, excepta ipsa via, quę per suprascriptas res ducit, de qua vicem tantum ei commutavit, et tradidit, et cum suprascriptis septem cartulis. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Abbatis, et successorum ejus, et partium suprascriptę Ecclesię Sancti Nikolay, et liceat illum, et successores ejus, et partes ipsius Ecclesię de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus commutationis ipse Vivus per aliam cartam suscepit ab ipso Abbate integram medietatem de tota terra, quę est iscla per jam dictas fines, et integrum ipsum occidentale molinum de duobus illis, quę in eadem iscla constructa sunt, cum omnibus, quę intra hoc, quod, ut dictum est, suscepit, sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum integra medietate de aquis, et usibus earum, et antepositionibus, et vice, et pertinentia, quę parti ipsius Ecclesię, ejusque consortibus pertinent in albeo suprascripti flubii, ejusque ripis, et de omnibus ad eadem ambo molina pertinentibus, et cum vice de ipsis viis, quibus eadem iscla conjuncta est, et cum vice eundi, et redeundi cum cougruitatibus justa ratione per ipsum alterum molinum, quod est a parte orientis, et cum suprascriptis ducentis sexaginta solidis ad faciendum ex hoc toto, quod, ut dictum est, suscepit ipse Vivus, et ejus heredes quod voluerint in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse Vivus Vicecomes guadiam ipsi Abbati dedit, et fidejussores ei posuit Landelfridum cognatum suum filium quondam Cleni, et Durantem filium quondam Gaidonis, et per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes semper defendere ipsi Abbati, ejusque successoribus, et partibus ipsius Ecclesię Sancti Nikolay integrum illud, quod ei, sicut supra scriptum est, commutavit, et tradidit, ab omnibus hominibus; ea ratione, ut quotiens ipse Abbas, et successores ejus, et partes ipsius Ecclesię ipsum Vivum, et ejus heredes de eo defensores habere quesierint, totiens dent eis suprascriptas cartas justa ratione salbas habendas diebus sexaginta; et ipse Vivus, et ejus heredes per omnes vices illud ipsi Abbati, ejusque successoribus, et partibus ipsius Ecclesię, sicut supra scriptum est, defendant; et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas, quales eis, ut dictum est, datę fuerint, illis reddant, et licentiam ei ipse Vivus tribuat, ut quotiens ipse Abbas, et successores ejus, et partes ipsius Ecclesię voluerint, potestatem habeant eandem commutationem per se defendere qualiter voluerint cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Vivus, et ejus heredes ipsi Abbati, ejusque successoribus, et parti ipsius Ecclesię non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Abbati, ejusque successoribus, et parti ipsius Ecclesię sexcentos auri solidos Constantinos. Verumtamen illud ad memoriam revoco „ quoniam de suprascripta Ecclesia, et omnibus ad eam pertinentibus medietas pertinet ipsis germanis Petro, et Adelberto, et Landoario, et medietas suprascripto Landoario filio Adelberti. Et taliter tibi Grimoaldo Notario scribere precepi, qui interfuisti.

✠ Ego qui supra Johannes Judex

✠ Ego Romualdus Notarius me subscripsi.

✠ Ego Johannes Notarius me subscripsi.

f XXIII.

XXIII.

Gaitelgrima relicta Guaimarii filii Guaimarii, qui fuit filius Domini Guidonis Ducis filii Domini Guaimarii Principis, offert Monasterio Sanctissimae Trinitatis in Metiliano bona omnia stabilia ad se spectantia a Guaimario Viro suo sibi data alio die nuptiarum per scriptum Morgincaph secundum Langobardorum Regum edictum, nonnullis exceptis, quae jam aliis Ecclesiis a se, vel a Viro suo oblata, vel aliis donata fuerant: dictorum bonorum usum in vita sibi reservans, & 200. solidos ab ipso Monasterio benedictionis causa recipiens. anno 1124. *mense Octobris* 3. *Ind. Arm. II. P. n.* 3. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo vicesimoquarto ·, temporibus Domini nostri Guilielmi gloriosi Principis, et Ducis mense Octubri tertia Indictione. Coram me Urso Judice Gaytelgrima relicta Guaymarii filii Guaymarii, qui fuit filius bone recordationis Domini Guidonis eximii Ducis filii Domini Guaymarii Principis, conjuncta est cum Alfano Monacho Monasterii Sancte, & Individue Trinitatis, quod constructum est foris hac Salernitana civitate in loco Metiliano, in quo Dominus Simeon Dei gratia venerabilis Abbas preest, et per ipsam Gaytelgrimam ostensa sunt duo scripta, que scripta sunt per Johannem Notarium in anno suprascripte Dominice Incarnationis millesimo octogesimooctabo, temporibus Domini Roggerii gloriosi Ducis, unum de mense Apreli, et alterum de mense Majo Indictione undecima concurrente. Unum ex eis continebat, qualiter dum intra civitatem Amalfiam coram presentia Domini Gisulfi Principis esset Ademarius Judex, et plures more solito circa eum astaret caterva fidelium, tunc in eadem presentia suprascriptus Guaymarius filius predicti Guaymarii conjunctus fuerat cum Johanne, & Mauro germanis, ac filiis quondam Mauri de civitate Atrano, et per convenientiam ipse Guaymarius per absolutionem suprascripti Guaymarii genitoris sui, per quam omnia, que in ipso scripto describenda erant, fecerat, guadiam ipsis germanis dederat, et fidejussorem eis posuerat suprascriptum Dominum Gisulfum Principem, et Berengarium filium quondam Alfani Comitis, et per ipsam guadiam ipse Guaymarius obligaverat se tollere legitimam uxorem sibi habendam suprascriptam Gaytelgrimam sororem ipsorum Johannis, et Mauri, ac filiam quondam suprascripti Mauri; et alia die nuptiarum suarum, cum eam apud se, ut dictum est, uxorem habuisset, dare, ac tradere eidem Gaytelgrime per firmum scriptum a testibus roboratum Morgincaph quartam partem ex omnibus rebus suis stabilibus, et mobilibus, quas tunc habebat, et habiturus erat, ad faciendum ex ea ipsa Gaytelgrima secundum Langobardorum Regum edictum quod vellet, sicut ipsum scriptum continet, in quo Ipse Ademarius Judex subscriptus est. Alterum vero scriptum continebat, qualiter suprascriptus Guaymarius divina favente clementia, et per absolutionem supradicti Guaymarii genitoris sui suprascriptam Gaytelgrimam suo conjugio sociaverat, et quemadmodum in Langobardorum Regum edicto de Morcincaph dari conjugibus adfixum est, ipsa die, que erat alia nuptiarum eorum, ante parentes, et amicos suos ostenderat ipsum scriptum a testibus roboratum, et per illud, et per absolutionem ejusdem genitoris sui dederat prenominate Gaytelgrime conjugi sue Morgincaph, quartam partem ex omnibus rebus suis stabilibus, et mobilibus, quas tunc habebat, et habiturus erat, ea ratione, ut semper esset in potestate ipsius Gaytelgrime, et licentiam haberet ipsa Gaytelgrima secundum idem Langobardorum Regum edictum de ea facere quod vellet, et neque ab eodem Guaymario viro suo, neque ab ejus heredibus, neque ab aliquo alio homine quolibet tempore haberet de jam dicta

dicta datione aliquam contrarietatem, ſet impérpetuum ſecuriter eam haberet, et ex ea, ut ſuperius legitur, quicquid vellet faceret, ſicut ipſum ſcriptum continet, in quo ſupraſcriptus Ademarius Judex; et Ademarius; et Alfanus Comites ſubſcripti ſunt. Cum autem ipſa ſcripta oſtenſa, ac lecta fuerunt, ſicut ipſi Gaytelgrime congruum fuit, bona ſua voluntate per convenientiam per hanc cartulam, pro amore Omnipotentis Dei, nec non et pro ſalute anime ſue, et ſupraſcripti Guaymarii olim viri ſui optulit in ipſo Monaſterio Sancte Trinitatis integram ipſam quartam partem de omnibus ſupraſcriptis rebus ſtabilibus ſibi, velut in ipſo poſteriori ſcripto legitur, per datum ipſius Guaymarii viri ſui pertinentem cum omnibus, que intra ipſam oblationem ſunt, cunctiſque ſuis pertinentiis, et cum vice de plateis, et curtibus, et anditis, et viis ſuis, et cum ſimili portione de muniminibus exinde continentibus, preter illud, quod ipſa Gaytelgrima ſibi pertinere dixit de rebus ſtabilibus; que pertinentes fuerunt ſupraſcripto Guaymario quondam viro ſuo foris hac civitate in loco Valle, et de terra cum caſa, quam ſupraſcriptum Guaymarium reliquiſſe dixit in Monaſterio Sancte Marie de Rofrano; que videlicet terra cum caſa eſt intra hanc civitatem, et de altera terra cum caſa, quam ſimiliter eundem Guaymarium Guiſoni Epiſcopo Acernenſi reliquiſſe dixit, et de alia terra cum caſa, quam eodem modo ipſum Guaymarium reliquiſſe dixit Gregorio ſervienti ſuo. Ea videlicet ratione, ut integra ipſa oblatio, qualiter ſupra legitur, ſemper ſit in poteſtate ipſius Domini Abbatis, et ſucceſſorum ejus, et partium ipſius Monaſterii; et ipſe Dominus Abbas, ejuſque ſucceſſores, et pars ipſius Monaſterii licentiam habeant de ea in ſubſcribenda ratione facere quod voluerint. Tantum, donec ipſa Gaytelgrima vixerit, integram ipſam oblationem, qualiter ſupra legitur, ſua poteſtate jure utendi fruendi teneat, et de ipſo uſufructu quod voluerit faciant. Ad obitum vero ipſius Gaytelgrime ipſe uſusfructus in integrum extinguatur, et ad ſuam redeat proprietatem; hoc eſt ad poteſtatem ipſius Domini Abbatis, et ſucceſſorum ejus, et partium ſupraſcripti Monaſterii faciendum exinde quod voluerint. Et ob hoc ipſa Gaytelgrima cauſa benedictionis dixit ſe ſuſcepiſſe ab ipſo Alfano Monacho pro parte ſupraſcripti Monaſterii ducentos ſolidos tarenorum preſentis monete iſtius civitatis in omni deliberatione. Et per convenientiam ipſa Gaytelgrima guadiam ipſi Alfano Monacho pro parte ipſius Monaſterii dedit, et fidejuſſorem ei pro ejuſdem Monaſterii parte poſuit Landulfum filium quondam Pandulfi filii ſupraſcripti Domini Guidonis Ducis. Et per ipſam guadiam ipſa Gaytelgrima obligavit ſe, et ſuos heredes ſemper defendere ipſi Domino Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, et partibus ipſius Monaſterii Sancte Trinitatis integrum illud, quod in eodem Monaſterio, ut dictum eſt, optulit in ſupraſcripta ratione, ab omnibus hominibus, et tribuit ipſa Gaytelgrima licentiam, ut quando ipſe Dominus Abbas, ejuſque ſucceſſores, et pars ejuſdem Monaſterii Sancte Trinitatis voluerint, poteſtatem habeant integrum illud in jam dicta ratione per ſe defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo oſtenderint. Et ſi, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ipſa Gaytelgrima, et ejus heredes non adimpleverint, et ſupraſcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere preſumpſerint, per ipſam guadiam ipſa Gaytelgrima obligavit ſe, et ſuos heredes componere ipſi Domino Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, & partibus ipſius Monaſterii Sancte Trinitatis quingentos auri ſolidos Conſtantinos. Omnia autem ſupraſcripta fecit ipſa Gaytelgrima cum voluntate Landulfi, qui dicitur de Baragiano, nepotis quondam ipſius Guaymarii ex ſorore, in cujus mundio ſe eſſe dixit. Et taliter tibi Johanni Notario, et Advocato, qui interfuiſti, ſcribere precepi.

✠ Ego qui ſupra Urſus Judex.

XXIV.

Johannes filius quondam Leonis de Johanne de Constantino de Lupino de Constantino de Leone Comite vendit Johanni filio quondam Domini Gregorii de Johanne de Sergio de Mauro Comite Monteincollo, & Dominae Annae ejus uxori filiae quondam Lupini de Sergio de Lupino Dentice suam omnem haereditatem, quam habet in Fonti, cum omnibus aedificiis, quae a Genitore suo ibi empta fuerant, pro solidis 300. *anno Christi* 1088., *& primo Ducatus Amalfi Gisulfi Principis die* 25. *Julii* 11. *Ind. Arc.* 11. *n.* 86. in membrana.



IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus millesimo octuagesimooctabo. Temporibus Domini Gisulfi gloriosi eximii Principis anno primo ducatus illius Amalfi, die vicesimaquinta mensis Julii, Indictione undecima Amalfie. Certum est me Johannes filius quondam Leonis de Joanne de Constantino de Lupino de Constantino de Leone Comite a presenti die prontissima voluntate venundedimus, atque in presentis cessimus, et contradidimus vobis Johanni filio quondam Domini Gregorii de Johanne de Sergio de Mauro Comite Monte in Collo, et Domine Anne Jugalie filia quondam Lupini de Sergio de Lupino Dentice, idest plenariam, et integram ipsam hereditatem nostram, quod abemus in Fonti cum tote ipse fabrice ibidem abentem, que ad suprascriptum genitorem nostrum obvenit per comparatione. Nunc vero reclaramus vobis exinde ipsas fines, qualiter, et quomodo eos vos, et vestris heredes habere, et possidere, seu dominare, et frugiare debeatis; a supra namque ponitur fini silba, de subtus itaque ponitur fini ipsa sepale da mare, de uno vero latere ponitur a parte Salerni fini via, et de alio latere fini causa heredibus Mauroni Comitis, cum salbe vie sue per ipsi Platamonis, et per causa suprascripti heredibus Mauroni Comitis, inde ad ipsa fontana ad auriendas aquas, et inde ad ipsa Ecclesia S. Felicis, et ubi ire volueritis, sicut ipsa merisis proclamat, quam et cum omnia sua pertinentia, insimul et cum ipso, quod superius reclaravimus, per jam dicte finis. Iterum venundedimus vobis omnia, quod in predicto loco de compare abuit suprascriptus genitor noster, montosum, et silbosum, cultum, vel incultum, vacuum, et plenum, cum omnibus infra se habentibus, et pertinentibus, unde nichil nobis remansit, aut aliquod vobis exinde exceptuavimus, seu totum, quantum predictus genitor noster in Fonti abuit, totum pleniter, et sine omni minuitate vobis eos venundedimus, ut superius legitur; et quante carte exinde abuimus, vobis ille dedimus, et taliter eos abere, et possidere debetis, sicut ipse predicte carte, et ipse merisis continet. Insuper firmamus vobis, ut, si exinde alia qualiscumque carta inventa dederit, que pertinead in oc, quod vobis venundedimus, apud vos, et vestros heredes eas mittamus sine vestra damnietate, vel amaricatione, et ipsis suprascriptis heredibus suprascripti Mauroni Comitis viam abead per istud, quod vobis venundedimus inde ad Salernum, sicut predicta merisis proclamat, et si aliquando tempore venerit aliqua quesitio de ipso incenso de ipsa predicta Ecclesia S. Felicis, vos, et vestris heredes eos dare debeatis per omne tempus. Unde accepimus a vobis exinde plenariam nostram sanationem, id est auri solidi trecenti de tarì voni, ana tarì quattuor per solidum, sicut inter nos convenit in omnem deliberationem, et in omnem decisionem, ut a nunc die presenti, et imperpetuis temporibus in vestra, et de vestris heredibus sit potestate abendi, fruendi, possidendi, vendendi, donandi, seu commutandi, vestrisque heredibus dimittendi in omnibus semper liberam abearis potestatem sine omni nostra, et de nostris heredibus contrarietate imperpetuum. Insuper nos, et nostris heredes vobis, vestrisque heredibus eos antestare, et defensare pro-

promittimus omni tempore ab omnibus hominibus. Quod si minime vobis exinde fecerimus, tunc componere promittimus nos, et nostris heredes vobis, vestrisque heredibus duplo suprascripto pretium, et hec charta venditionis sit firma impefpetuum. Et supra disturbatum dicit de uno vero latere, et in alio loco insimul totum. Veruntamen hoc reclaramus, quia de quantum suprascriptus genitor noster abuit de compare in Fonti vineis, insertetis, castanietis, campis, et silbis in montibus, et in planis, atque ipsa portione sua de Ecclesie suprascripte S. Felicis, totum vobis eos venundedimus, sicut superius legitur, ut sic eos abeatis, sicut predicte carte, et predicta merssis continet, quod vobis exinde dedimus per suprascripta obligata pena.

✠ Marinus filius domini Petri de Stefano filii Marini testis est.
✠ Ego Leo filius Mansonis de Leone Galloppi testis sum.
✠ Leo Judex filius domini Constantini de Leone Comite testis subscripsi.
✠ Ego Johannes scriba filius domini Johanni Curiali scripsi.

XXV.

Gaitelgrima Comitissa, et Riccardus Comes Sarni mater, & filius offerunt Ecclesiae monasterii SS. Trinitatis molendinum in fluvio, qui Furuclum dicitur, in pede montis Castelli Sarni anno 1091. *mense Junii* 14. *Ind. Arm. II. N. n.* 7. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni, et Sabatoris Jesu Christi anno ab Incarnationis ejus millesimo nonogesimoprimo temporibus Domini nostri Rucgerii gloriosissimi Ducis mense Junius quartadecima Indictione. Dum coram presentia Domine Gaitelgrime Comitisse, et Riccardus Comes, mater, et filius, Domina, et Seniorem meum essem Ego Johannes Vicecomite, et Judex, et plurima circa eum secundum solitum morem adesset turba fidelium, ipsis namque Domine Guitelgrime, et Riccardus, mater, et filius clarificaverunt se abere unum molinum in ipso flubio, qui Furuclum dicitur, qui est in pede montis ujus Sarnensis Castello. Et sicut ipsis namque Domine Gaitelgrime, et Riccardus, Mater, et filius congruum fuit, bone illorum voluntatis per comvenientia per hanc cartula pro amore Omnipotentis Dei, quam et pro remedium, et salute anime Domini Gisulphi olim Principis fratri suo filius quondam Domini Guaimari Principi optulerunt in Ecclesia Monasterii Sancte, et Individue Trinitatis, in qua Dominus Petrus Abbas venerabilis preest; ideo integrum ipsum molinum cum mole, et ferratura, et sedime sua, et arcaturia, et cursus aquarum ad ipsum molinum decurrentes, qualiter nunc conciatum, et edificatum est, cum trasita, et exita sua cum omnibus suis pertinentiis, et cum bice de viis suis ea ratione, ud semper sit in potestatem ipsius Sancte Ecclesie, et liceat parti predicte Ecclesie de eo facere quod voluerit. Et per convenientiam ipsis Domina Gaitelgrima, et Riccardus obligaverunt se, et illorum heredes semper defendere in partibus ipsius Ecclesie integrum illud, quod in eadem, sicut dictum est, optulerunt Ecclesia, ab omnibus hominibus, et partibus, et contulerunt ipsis mater, et filius licentia, ud, quando pars predicte Ecclesie voluerit, potestatem habeat illud per se defendere qualiter voluerit cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo hostenderit. Et si, sicut superius scriptum est, ipsis Domina Gaitelgrima, et Riccardus, et illorum eredes parti ipsius Ecclesie non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per eandem convenientiam obligaverunt se ipsis Domina Gaitelgrima, et Riccardus mater, et filius, et illorum eredes componere parti ipsius Ecclesie centum aureos solidos Constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et taliter tibi Johanni Clerico, et Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Johannes Vicecomite.
✠ Ego Johannes.

XXVI.

XXVI.

Petrus Judex, postquam Cetariam cum peritis viris accesserat ad aestimanda bona Ursi, qui dicitur Cicari, quae Monasterio SS. Trinitatis in Metiliano obligaverat pro ducentis solidis tarenorum ab eodem ipsi Monasterio debitis, declarat ea plus debito non valere. anno 1115. *mense Aprilis* 8. *Ind. Arc.* 5. *n.* 196. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo quintodecimo temporibus Domini nostri Guilielmi gloriosi Principis, et Ducis mense Aprilis octaba Indictione. Ante me Petrum Judicem Petrus, qui dicitur Bosus, pro parte Monasterii Sancte, & Individue Trinitatis, quod situm est foris ac civitate in loco Metiliano, cui Dominus Petrus Reverentissimus gratia Dei Abbas preest, ostendit una cartula, que continebat. In nomine Domini Dei Eterni, & Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo tertiodecimo temporibus Domini nostri Guilielmi gloriosi Principis, & Dncis mense Junio sexta Indictione. Ante me Petrum Judicem Ursus, qui dicitur Cicari, filius quondam Johannis conjunctus est cnm Constabili Monacho Monasterii Sancte, et Individue Trinitatis, quod constructum est foris hanc civitatem in loco Metiliano, cui Dominus Petrus gratia Dei venerabilis Abbas preest; ipse tamen Constabilis pro parte ejusdem Monasterii. Et ipse Ursus confessus est se devere partibus ipsius Monasterii ducentos solidos tarenorum presentis monete istius civitatis; quapropter per convenientiam ipse Ursus guadiam ipsi Constabili pro parte ipsius Monasterii dedit, & fidejussorem ei pro illius parte posuit Arenolfum filium quondam Johannis, qui dictus est de Constantina. Et per ipsam guadiam ipse Ursus obligavit se, & suos heredes retdere partibus ipsius Monasterii in completo uno anno ex hoc tempore numerando alios ducentos solidos, quorum quisque habeat tarenos bonos quattuor suprascripte monete. Et ob hoc ipse Ursus per convenientiam per hoc scriptum specialiter obligavit ipsi Constabili pro parte ipsius Monasterii totum, & integrum quantumcumque ei pertinet in loco Cetaria per duas cartulas, seu quolivet alio modo, quarum una scripta per Petrum Notarium, & advocatum anno predicte Incarnationis millesimo centesimo secundo temporibus Domini Rogerii gloriosi Ducis mense Martio decima Indictione, in qua Ademarius Judex subscriptus, est altera scripta in civitate Amalfi per Johannem Scribam filium Domini Johannis Consualis anno predicte Incarnationis millesimo centesimo tertio temporibus suprascripti Domini Rogerii, et Domini Viscardi filii ejus gloriosi eximii piissimi Ducis anno tertio post recuperationem ducatus eorum Amalfi die decimo mensis Januarii Indictione undecima. Amalfi; & in ea Johannes filius Domini Musci de Johanne de Pardo, & Pantaleo filius Domini Muski de domino Constantino, & Johannes filius Domini Sergii Comitis Mauronis subscripti sunt, cum omnibus, que intra ipsam obligationem sunt, cunctisque suis pertinentiis, &cum vice de viis suis, & cum ipsis duabus cartulis. Ea ratione, ut donec ipsum devitum, ut dictum est, solutum non fuerit, non sit ipsi Urso, & illius heredibus licentia hoc, quod, ut dictum est, obligavit, vel ex eo cuicumque alteri vendere, aut dare, vel quolivet modo alienare, seu obligare. Quod si incompleto ipso costituto ipse Ursus, & ejus heredes ipsos solidos partibus ipsius Monasterii, ut dictum est, retdiderint, tunc partes ipsius Monasterii remittant ipsi Urso, & illius heredibus hoc scriptum incisum, & jam dictas cartulas justa ratione salvas ad faciendnm de eis, et de eo, quod, ut dictum est, obligavit, semper quod voluerint. At si incompleto constituto ipse Ursus, & ejus heredes ipsos solidos partibus ipsius Monasterii, ut dictum est, non reddiderint, jam ab inde in antea partes ipsius Mona-

sterii securiter, et pleno jure habeant per hoc scriptum, tamquam per firmam venditionis cartam totum, et integrum illud, quod ipse Ursus, ut dictum est, obligavit, et ambas ipsas cartulas ad faciendum exinde quod voluerint, et partes ipsius Monasterii addant ipsi Urso, et illius heredibus super jam dictis solidis quantum illud, quod ipse Ursus, ut dictum est, obligavit super jam dictis solidis per doctos homines juste valere çstimatum fuerit; et jam semper ipse Ursus, et ejus heredes integrum illud partibus ipsius Monasterii defendant ab omnibus hominibus; ita tamen, ut, quando partes ipsius Monasterii ipsum Ursum, et ejus heredes de eo defensorem habere quesierint, per omnes vices partes ipsius Monasterii dent eis suprascriptas cartulas justa ratione salvas habendas diebus sexaginta, et per omnes vices ipse Ursus, et ejus heredes integrum illud partibus ipsius Monasterii, ut dictum est, defendant, et post completos ipsos dies per omnes vices per Ursus, et ejus heredes cartulas ipsas, quales eis, ut dictum est, date fuerint, partibus ipsius Monasterii retdant, et quando partes ipsius Monasterii voluerint, potestatem habeant integrum illud per se defendere qualiter voluerint cum omnibus monimiuibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicur superius scriptum est, ipse Ursus, & ejus heredes non adimpleverint, & suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse Ursus obligavit se, & suos heredes componere partibus ipsius Monasterii quinquaginta auri solidos Constantinos, et, sicur superius scriptum est, adimplere. Quod autem superius inter virgulos scriptum est, legitur seu quolivet alio modo. Et taliter tibi Johanni Notario, & Advocato scribere precepi. Ego qui supra Petrus Judex. Cum autem ipsa cartula ostensa, ac lecta fuit, ipse Petrus me a parte suprascripti domini Abbatis deprecatus est, ut una cum eo, et cum aliis doctis hominibus ad suprascriptam obligationem pergerem; cujus ego precibus annui, et una cum doctis hominibus rerum stavilium appretiatoribus ad ipsam obligationem perrexi, et tota ipsa obligatio non plus extimata fuit valere, quam ipsis ducentos solidos, quos ipsa cartula continet. Et taliter tibi Petro Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

XXVII.

Purpura relicta Domini Mauri filii Domini Pardi vendit, & dimittit Monasterio, quod est in Metiliano, ubi alla Caba dicitur, totam partem bonorum, quae habet in loco Carbonario, & supra Imbrici, quaeque sibi obvenerant a Domina Theodora genitrice sua, pro solidis tarenorum auri quinquaginta Amalphitanae monetae, offerens pro sua, & suorum anima quidquid supra dictum pretium ea bona valere possint. anno 1115. *Kalendis Maii* 8. *Ind. Arc.* 15. *n.* 60. in membrana.



IN nomine Domini Dei Salvatoris Nostri Jesu Christi anno videlicet ab Incarnatione ejusdem millesimo centesimo quintodecimo temporibus Domini Guilielmi gloriosi Principi, et Duci anno quinto ducatus eorum Amalfi Kalendas Magias Indictione octaba. Amalfi. Nos Purpura relicta Domini Mauri filii Domini Pardi filii Domini Johanni a presenti die prontissima voluntate venundedimus, & donavimus, adque tradidimus, et offersimus vobis Domino Petro Reberentissimo Abbati Monasterii religiosorum, ac peritissimorum virorum, quod dedicatum est foris civitatem Salerni in loco Metiliano, ubi alla Caba dicitur, ad honorem Sancte Trinitatis; idest plenariam, et integra portione nostra de toto ipso montem, et silba, et castanietis, et viterinis, et cesinis, et terra bacua, cultum, vel incultum, domesticum, et salbaticu, fructiferis,

et

et infructiferis, toto est uno teniente, cum et omnia sibi infra se abentibus, et pertinentibus, quantum, et qualiter abemus in loco, qui dicitur Carbonario, et supra Inbrici, qui nobis obbenit a Domina Theodora genitrice mea, et ad illam obbenit a Domino Constantino viro suo filio Domini Sergii filii Domini Johanni de Comite Maurone, et abuimus exinde chartas tres, dedimus vobis ille, et reclaramus vobis exinde de totum ipsas fines. A supra namque ponitur fini Terra majore aqua bersante; de subter itaque ponitur fini via de Sancto Sebastiano, qui est inter hoc, et causa de Ercli; de uno vero latere ponitur fini fluvio de Cetara, et de alio autem latere ponitur fini finem de ipso montem majore de Faleczu, et de ipso montem de Finestra, cum salbe vie sue ibidem ingrediendi, et egrediendi cum omnia causa, que vobis, et ad vestris posteris, et ad vestris hominibus opus, et necessum fuerit. Unde quantum tote suprascripte finis concluditur, nichil nobis exinde remansit, vel aliquid vobis exinde exceptuavimus, quia, quantum tote suprascripte fines concluditur, plenariam ipsam suprascriptam portionem nostram vobis exinde venumdedimus, et tradidimus, adque donavimus, et offerlimus, sicut superius legitur, sine omni minuitate. Unde in presentis exinde accepimus a vos plenariam nostram sanationem pro benedictione vestra auri solidos quinquaginta de tari boni moneta de Amalfi, ana tari quattuor per solidum; et ipso pretium, quod superfluum balet supra predictos solidos, offersimus illos in suprascripto vestro Monasterio pro anime nostre, et de suptascripto domino Mauro viro meo, et pro anime de suprascripta genitrice mea, et de filiis nostris in omnem deliberationem, et in omnem decesitionem, ut a nune die presentis, et imperpetuis temporibus plenariam, et integram suprascriptam nostram venditionem, seu traditionem, adque donationem, et offersione, qualiter superius legitur, in vestra, et de vestris posteris successoris, et pars suprascripti Monasterii sit potestatis ad faciendum, et judicandum omnia, quod volueritis, sine omni nostra, et de nostris heredibus contrarietate, vel requisitione imperpetuum. Insuper vos, et vestris posteris successoris, et pars suprascripti Monasterii vindicetis vobis eos ab omnibus hominibus cum ipse suprascripte charte beteris, quod vobis dedimus; et qui contra hanc chartam venire presumserit, et bacuare eam conaberit, abead anathema, et maledictionem a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto, et partem abead cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi, et componad personam illam vobis, et ad vestris posteris successoris in predicto vestro Monasterio auri solidos ducentos bizantinos, et ec charta sit firma imperpetuum. Nam et michi Johannes filius suprascripti Domini Mauri filii Domini Pardi hec charta certissime place.

✠ Constantinus filius Mauri de Domina Grisa testis est.
✠ Ego Sergius Judex testis sum.
✠ Leo filius Sergii filii Johanne Judex testis est,
✠ Ego Leo Protonotarius filius Ursi scripsi.

XXVIII.

JOhannes Abbas Monasterii S. Mariae , & S. Benedicti de Salerno permutat terram cum arboribus vitatis ad idem Monasterium pertinentem in loco Andrelle subtus Ecclesiam S. Viti cum alia terra cum arbusto de loco Pandola , ubi ad Castanieta dicitur , quam commutationis nomine recipit a Mansone , & Leone Comitibus filiis quondam Leonis Castaldei , qui & addunt , ut melior sit Ecclesiae conditio , solidos decem . anno 24. principatus Salerni Guaimarii Principis , & 4. principatus ejus Capuae , & ducatus Amalphiae , & 3. ducatus Sirrenti , & 1. dictorum principatuum , & ducatuum Gisulphi Principis ejus filii mense Maii 10. Ind. (Christi 1042.) Arc. 85. n. 181. in membrana .



IN nomine Domini vicesimoquarto anno principatus Salerni Domini nostri Guaimarii glorioso Princeps ; & quarto anno principatus ejus Capue , & ducatus illius Amalfie , & tertio anno ducatus ejus Sirrenti , quam & primo anno predictorum principatuum , & ducatuum Domini Gisulfi ejus filii eximii Principi , & Duci mense Magius decima Indictione , Declaro Ego Johannes Domini gratia Abbas Monasterii Sancte Marie , & Sancti Benedicti siti intus hanc Salernitanam civitatem , quoniam pars istius nostri Monasterii . . . . . . plures rebus a foras hanc predictam civitatem , unde modicum pro devenit in predicto nostro Monasterio , inter quas abet pars nostri Monasterii una petia de terra cum arboribus vitatis in locum Andrelle subtus Ecclesiam Sancti Viti , que est per as fines , & mensuras . A parte occidentis fine via , que vadit subtus ipsa Ecclesia inde sunt passus decem et nobem per latitudo ; ab oriente fine , sicut discernit albeo de flubio Lirno mensurati ab intus ipsa rebus inde sunt similiter per latitudo passus viginti et unum , et a meridie , et a parte septentrionis fine , sicut serra discernit , et est per longitudo da ipsa via , et usque ad ipso flubio Lirno mensurati ad justo passus homini . Hec autem predicta terra per supradicta fine , et mensura abet pars supradicti nostri Monasterii in eodem loco unde m. . . . . . pro devenit in jam dicto nostro Monasterio , et volueramus illut dare commutationis hordine . . . . cipere inde alia rebus conjuncta ad rebus ex dicti nostri Monasterii , unde plus et remelioratu . . . . . fruges ebeniret in pars predicti nostri Monasterii . Nobissime autem venit ad nos Manso , et Leo Comites . . . . germani filii quondam Mansoni Castaldei , et dixerunt nobis , ut si commutationis hordine dederimus eorum ipsa petia de terra per supradictas fines , et mensuras , illis autem darent in parte ipsius nostri Monasterii alia rebus , ... nensi in locum Pandola , que est conjuncta ad rebus istius nostri Monasterii , quod illis paratam abunt per firmam cartam da Citrus filius quondam Cari , et pro causa remeliorationis adjungere nobis solidos decem , ana quadtuor auri tarenos abentes per solidum . Et ut providimus , quod bonum ad pars predicti nostri Monasterii ebeniret , et remelioratum esset illut , quod reciperemus , quam illut , quod dare cupimus , tunc cepimus inde abere colloquium cum fratres sancte nostre Congregationis , et cum Johannes Clericus Advocatus istius nostri Monasterii . Set ad jam dictos fratres , et ad predictum Advocatum bonum comparuit esse commutationem istam faciendum , et remelioratum esse rebus ipsa , quam ipsi germani in predicto nostro Monasterio commutationis hordine dare bolunt , quam ipsa predicta terra , que a nos recepere querunt . Et ego predictus Johannes Abbas per me ipsum illut per hordinem nuntiavi supradicte gloriose Potestatis , ut per ejus licentiam hanc commutatione faceremus . Ille vero pius Princeps solutionem nobis dedit talia faciendum ; etiam de suis pre-

presentiis inter nobis essendum direxit Amatus Judicem, suumque fidelem, et Missum. Et nos secundum legem Langobardorum inter nos essendum combocavimus idoneos homines, ut quo utrumque fecerimus, firmum, et stabilem permaneat. Quo ita factum ego supradictus Johannes Domini gratia Abbas ante ipsum Judex, et subscriptis idoneos homines commutationis hordine tradidimus vobis jam dictis Mansoni, et Leoni Comitibus una cum jam dictum Advocatum nostrum inclitam ipsam jam dictam terram nostri Monasterii de predicto locum Andrelle per supradictas fines, et mensuras cum vice de ipsa via, et cum omnia intra se habentibus, omnibusque suis pertinentiis ad securiter, et firmiter amodo, et semper vos prenominati germani, et vestris eredibus illut abendum, et omnia inde faciendum, quod volueritis absque omni contrarietate mea, & de meos successores, vel de pars nostri Monasterii. Unde pro confirmandam hanc nostra commutatione suscepi a vos prenominati germani per aliam cartam, quam aput nos scriptam retinemus, inclita ipsa rebus vestra de ipsum locum Pandola, que vos emptam abetis da ipsum Citru, que est terra cum arbusto, ubi propio ad Castanieta dicitur, et est per as fines, et mensuras. Ab oriente fine via sunt inde passus quinquagintaquinque, a septentrione abet passus quadragintatres; ab occidente fine rebus suprascripti nostri Monasterii sunt inde passus quadraginta et nobem; a meridie abet passus quinquagintaseptem mensurati ad justo passus homini. Hec supradicta rebus per istas fines, et mensuras a vos jam dictis germanis suscepi, sicut ipsa carta continet, que a vestra parte firmata retinemus. Et pro causa remeliorationis adjunsistis nobis ipsi decem solidos de tarì ana quadtuor auri tarì per solidum. De qua Ego predictus Johannes Domini gratia Abbas obligo me, et meos successores, et pars istius nostri Monasterii amodo, et semper defensandum vobis predictis Mansoni, et Leoni, et ad vestris eredibus integra istam petia de terra per supradictas fines, et mensuras, quod superius vobis tradidimus cum vice de via sua, da omnibus hominibus, omnique partibus. Et quando nos jam dicti germani, et nostris eredibus de supradicta nostra traditione auctores, et defensores essere bolueritis, licentiam, et potestatem abeatis inde causare, et finem facere, qualiter bolueritis, cum omnes munimina, et rationes, quas inde ostenderitis. Et si taliter, sicut superius legitur, Ego, et meos successores, et pars predicti nostri Monasterii vobis predictis germanis, et ad vestris eredibus non adimpleberimus, et illut vel exinde remobere, aut contrare quesierimus, vel si qualiscumque causationes vobis, et ad vestris eredibus exinde emiserimus, componere obligo me, qui supra, Johannes Domini gratia Abbas, et meos successores, et pars istius nostri Monasterii vobis Mansoni, et Leonis, et ad vestris eredibus quingentos aureos solidos Constantinos; et taliter scribere rogavimus te, qui supra, Johannes Clericus, et Advocatus, qui et scrib.

✠ Ego qui et supra Johannes humillimus Abbas.
✠ Ego qui supra Amatus Judex.
✠ Ego Romoaldus me subscripsi.

XXIX.

XXIX.

ALoara Comes filia quondam Romoaldi Comitis, et relicta quondam Petri Comitis filii quondam Petri tradit Grimoaldo, Johanni, et Mari filiis quondam Jaquinti terram cum arbustis vitatis, et pomis in loco Malluni de confinibus Nuceriae subtus montem S. Cirici ad eam laborandam pro medietate vini, et frugum, et terratico consueto. anno 24. *principatus Salerni Guaimarii Principis, et* 4. *principatus ejus Capuae, et ducatuum Amalphiae, et Sirrenti, et* 1. *dictorum principatuum, et ducatuum Gisulphi Principis ejus filii mense Julii* 10. *Ind.* (*Christi* 1042.) *Arc.* 32. *n.* 95. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoquarto anno principatus Salerni Domini nostri Guaimari glorioso Principis, et quarto anno principatus ejus Capue, et ducatus ejus Amalfi, et Sutrentu, et primo anno suprascriptorum principatu, et ducatu Domini Gisolfi eximii Principi, et Duci filii ejus mense Julius decima Indictione. Memoratorium factu a me mulier nomine Aloara Comitissa filia quondam Romoaldi Comitis, relicta quondam Petri Comitis filii quondam Petri per voluntate de Mundoalt mei per vona comvenientia ad tenendum, et lavorandum tradidi ego una cum advocatorem meumh Grimoaldi, et Johanni, et Mari germani filii quondam Jaquinti, qui sunt avitatori de locum Malluni finibus de Nuceria, hante subscribti testes inclita medietate in partibus occidentis de una pecia de rebus mea cum arbustis vitatis, et pomis, quod ego abeo in ipso locum Malluni subtus monte Sancti Cirici, qui est rebus ipsa per as fines. A parte meridie fine via publica, a parte orientis fine meaque Aloare, sicut inde media sepe discernit, de super a parte septentrionis similiter fine mea, a parte occidentis similiter fine mea, sicut inde media sepe discernit, et conjungente se ad ipsa via priota fine. Ec vero suprascripta pecia de terra cum arbustis vitatis, et pomis per jam dictas finis, sicut diximus, inclita ipsa medietate exinde in ipsa pars occidentis ipsorum germani tradidit ad lavotandum. Unde pro taliter per vona convenientia per voluntate de Mundoalt mei guadiam mihi dederunt ipsi Grimoaldus, et Johannes, et Mari germani dederunt, et mediatorem mihi posuerunt se ipsis, et per ipsa guadia obligaverunt se, et suis eredibus tali ordine, ut amodo, et semper ad sua, et de suis eredibus natos nascentes sint potestate illut tenere, et dominare, et fovee, et omnes sue utilitatis justa ratione ibidem faciant, sicut meruerit, et eos cultarent, et ubi meruerit infra ipso arbustu arbores, et vites plantare, et pomis, et propaginare, illis autem, et suis eredibus illut ibidem plantarent, et propaginarent, et sic totum eos lavorarent, et cultarent de super, et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant, et non dispereant; ut per omnes annos vonum pareat lavoratum, et cultatum, et salbum, et ubi meruerit omni tempore clusum vonum illut avere, et per tempus de vindemie faciant illis, et suis eredibus nos, vel nostris eredibus scire, ut dirigamus ibidem Missum nostrum, et illis, et suis eredibus tota ipsa medietate de ipso arbustu abto tempore rationaviliter illut vindemiarent, et totum ipso vinum ibique ad palmentum per medium illut inter nos dividamus; ipso Missum nostrum tollat ipso vinum medietate, ipsi predicti germani tollat inde reliqua medietate de ipso vinum faciendum inde per partes quod voluerimus; ipso Missum nostrum adsingnare ipsorum germani ad cellarium meum, quod ego aveo intus ipsa curte organeum nostrum vonum da vinu; ipso horganeum per illis fiat vonum conciatum, et studiatum, sicut meruerit, et reponant ipsa nostra sortione de ipso vinum intus ipso horganeum, et faciant illis, et suis eredibus nobis, vel ad nostris eredibus annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tule-

tulerimus absque degeneratione et ingne, poma vero, et castanee, et nuci, que ibidem sunt, suo tempore, quando meruerit, illis, vel suis eredibus ille colligere, medietatem inde illis nobis adduecere in ista civitate ad domus mea, et medietatem inde illis sivi avere. Ipso Missum, dum ibidem venerint per tempus de vindemie pro recipiendum ipsa nostra sortionem de ipso vinum, ipsi predicti germani, et suis eredibus illum nutrire secundum suam possivilitate, et palmentarica ei dare, sicut meruerit, et de eo, quod ibidem seminaverint, amodo, et semper deant inde omne anno ad ipso Missum justo terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et quale tempus ipsi predicti germani, et suis eredibus ipsa rebus in supradicto ordine tenete, et lavorare non voluerint, aut non potuerint, inclita ipsa rebus lavorata, & cultata vona, et salba, et ubi meruerit clusa, et ipsa organea salba remittere ad potestate meaque Aloare, vel de meis eredibus, faciendum exinde omnia quod voluerimus, et liceant ipsi predicti germani, vel suis eredibus inde exire cum omnis sua causa movilia, quod ibi abuerint scepto ipso cellario, et ipsa organea, et ire cum illut ubi voluerint sine contrarietate meaque Aloate, vel de meis eredibus. Quod si taliter omnia suprascripta ipsi predicti germani, vel suis eredibus mihi predicte Aloare, vel ad meis eredibus non adimpleverint, et aliquit inde contradixerint, tunc per comvenientia, et per supradicta guadia componere obligaverunt se ipsi predicti germani Grimoaldus, et Johannes, et Mari, vel suis eredibus mihi predicte Aloare, vel ad meis eredibus triginta hauri solidos Constantinos, et omnia suprascripta per supradicta ratione nobis complire. Ego predicta Aloara omnia suprascripta per supradicto ordine feci per voluntate de Mundoalt mei, et una cum illis;. cum ipsi supradicti Grimoaldus, et Johannes, et Mari germani, et filii predicti Jaquinti ante subscribti testes; et unc brebem scribsi ego Truppoaldus Notarius.

✠ Ego Ursus me subscripsi.

✠ Ego Johannes me subscripsi.

XXX.

Landemarius Comes filius quondam Maraldi donat Mansoni, & Leoni Comitibus filiis quondam Mansonis Castaldei medietatem terrae vacuae, quam communem habet cum Landolfo germano suo extra Salernum, ubi Andrelle dicitur, prope fluvium Lirnum, recipiens ab eis launegilt secundum Langobardicas leges grosenam unam. anno 25. principatus Salerni Guaimarii Principis, & 5. principatus ejus Capuae., & quarto ducatuum Amalphiae, & Sirrenti, & primo dictorum principatuum, & ducatuum Gisulphi Principis ejus filii mense Septembris 11. *Ind.* (*Christi* 1042.) *Arc.* 86. *n.* 316. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoquinto anno principatus Salerni Domini nostri Guaimari gloriosus Princeps, et quinto anno principatus ejus Capue, et quarto anno ducatus illius Amalfi, et Surrentu, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum Domini Gisolfi ejus filii eximii Principis, et Ducis mense September undecima Indictione. Ego Landemari Comes filius quodnam Maraldi, sicut mihi congruum est, vona mea boluntate per anc cartam ante presentia Amati Judici dono, adque ad semper abendum confirmo bobis Mansonis, et Leonis Camitibus germani, et filii quodnam Mansoni Castaldei inclita medietate de una pecia de terra bacua, quod commune abeo cum Landolfus germanus meus a foras anc cibitate, ubi Andrelle dicitur, propinquo flubio Lirno, qui est per as fines. A parte occidentis finis via; a parte Septentrionis finis Sico-

Sieoni, et Petri germani filii quodnam Godeni, et aliquantum per fine de rebus vestraque germani, ficut media fepe differnit; a parte orientis fine aqua, que decurrit de molina vestraque germani; a parte meridiei similiter finis via. Ec autem predicta pecia de terra infra jam dictas fines inclita medietate inde vobis jam dictis germanis donabi cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum viee de ipse vie, ad securiter, et firmiter amodo, et semper vos jam dicti germani, et vestris eredibus suprascripta mea donatione abendum, et omnia inde faciendum quod volueritis absque omni mea, et de meis eredibus contrarietate, vel requisitione. Unde pro confirmandam, et stabilissendam anc suprascripta mea donationem nunc a presentis secundum legem suscepi a bos jam dicti germani Launegilt grosena una, sicut inter nobis combenit, finitoque Launegilt ipsum aput nos. Ea ratione per combenientia guadiam vobis jam dictis germanis dedi, et fidejussore vobis posui Joannes Comes filius quodnam Adenolfi Judiei, et per ipsam guadiam obligo me, et meis eredibus amodo, et semper defensandum vobis predicti germani, et ad vestris eredibus inclita suprascripta mea donatione da omnes omines. Quit si minime illut vobis, et ad vestris eredibus defensare potuerimus, tunc, sicut in lex Langnobardorum de donum, et Launegilt continet, ita ego, et meos eredes adinpleamus, et persolbamus exinde vobis, et ad vestris eredibus justitiam, et quando vos jam dicti germani, et vestris eredibus de suprascripta mea donatione per bos ipsis volueritis ellere auctores, et defensores, tunc licentiam, et potestatem abeatis in omnibus inde causare, et finem facere, qualiter volueritis, cum omnis monimen, et rationem, quas inde ostendere bolueritis. Et si taliter omnia, sicut superius legitur, ego, et meos eredes vobis predictis germanis, et ad vestris eredibus non adinpleverimus, et illut vel exinde vobis remobere, aut contrare quesierimus, vel si qualiscumque causationis vobis, et ad vestris eredibus exinde emiserimus, aut prepofuerimus, per ipsam guadiam componere obligo me ego jam dictus Landemari, et meis eredibus vobis predictis germanis Comitibus, quam et ad vestris eredibus quinquaginta auri solidos Costantinos, et omnia suprascripta ego, et meos eredes vobis, et ad vestris eredibus adinpleamus, et taliter scrivere rogabimus te Romoaldus Notarius. Actum Salerno.

✠ Ego qui supra Amatus Judex.

XXXI.

Alferius Archipresbyter, & Abbas Ecclesiae S. Maximi Salerni dat Altrudae uxori Calstelmanni Comitis ejus fratris terram cum casa ad ipsam Ecclesiam pertinente; ita tamen ut Castelmannus, ejusque uxor alios homines, qui modo ea in domo habitant, non molestent, nec ab iis molestentur, donec expiret tempus iis constitutum, ultra quod ipsam amplius incolere nequeant. anno 12. *principatus Gisulphi mense Aprilis* 6. *Ind.* (*Christi* 1053.) *Arc.* 84. *n.* 237. in membrana, cujus latitudo mensura est unius pedis.



IN nomine Domini duodecimo anno principatus Domini nostri Gisulfi gloriosi Principis mense Aprilis sexta Indictione. Ego Alferius Archipresbiter, et Abbas Ecclesia Sancti Maximi de intus anc Salernitanam cibitatem per combenientia ante idonei homines conjunctus sum cum Castelmanno Comes germanus meus, propter quod ante os dies per combenientia ante presentia Amati Judici per firma cartula, que scripta est per Romoaldum Notarium pro parte Altrude uxori sue, dedit ego ei terra cum casa pertinente eidem Ecclesie, que est ipsa terra, et casa per fines, et mensuras talem pedem

dem manum ominis mensuratum, quantum cartula ista in capite lata est, pedem unum. A parte orientis finis anditum, in quo ipse Castelmannus scala, et mineaneum abet, et similiter ipsa casa, quod ei dedit, in ipsum anditum, scala, et mineaneum factum abet, inde pedes biginti minus unciis tribus; a parte meridiei finis predicte Ecclesie; ab occidente finis anditum, in quo super ipso anditum, et in ipso anditum, mineaneum, et scala ipsa casa abet inde pedes decem et nobem, et uncie due; a parte septentrionis finis extrectola. Et, sicut inter nos combenit, guadiam michi ipse Castelmannus dedit, et fidejussorem michi posuit Petrus filius quondam Jaquinti Notarii, et per ipsam guadiam obligavit se, et ejus eredes, ut omines, qui resídet ipsa casa per firmum brebem a parte mea, nullam molestationem ad ipsi omines faciant amodo, et usque constitutum, quem ipsi brebi continet, set in omnia permaneant ipse Castelmannus, et ejus eredes cum ipsi omines, sicut illis michi, et ad partem predicte Ecclesie sunt obligati per ipsi brebi, et omnis censum, quod inde ego, vel pars predicte Ecclesie tolleret, abere debemus, totum illud nos faciamus dare ipsius Altrude, et ad ejus eredes, et ad ipso constitutum, quem ipsi brebi continet, licead ipsi omines inde exire cum omnis illorum causa, sicut ipsi brebi continet, et qualiter michi, vel ad partem predicte Ecclesie ipsa terra cum casa ipsi omines, vel illorum eredes remictere debunt per ipsi brebi, taliter ipsa terra cum casa perbeniant ad potestate predicte Altrude, et de illius eredes ad faciendum inde quod boluerint; et ipso brebem, quod inde ipsi omines abunt firmatum de ipsa casa a parte mea, scriptum est per Dauferium Notarium vicesimo anno principatus Domini Guaimari, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filii, et primo anno principatus eorum Capue mense Agustus sexta Indictione, et in eum subscripti Grimoalt Comes, et Judex, et Alderissi Notarius. Et sic permaneant ipse Castelmannus, et ipsa uxor sua, vel illorum eredibus cum ipsi omines, qui ipsa casa per ipsum brebem retinunt, qualiter per ipsum brebem inde eorum ego sum obligatum, vel pars predicte Ecclesie, et sic licead ipsi omines inde exire cum omnis illorum causa, qualiter ipso brebem continet. Et si taliter, sicut superius scriptum est, ille, et ejus eredes, ipse Castelmannus, et ejus eredes, michi, vel ad partem predicte Ecclesie non adinpleberint, et suprascripta vel exinde remobere, aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam ipse Castelmannus obligavit se, et ejus eredes componere michi, vel ad partem predicte Ecclesie centum auri solidos Constantinos. Suprascripto disturbatum legit ille; quod scripsi Ego Romoaldus Notarius.

✠ Ego Alderissi Notarius me subscripsi.

✠ Ego Petrus Notarius me subscripsi.

XXXII.

Gisulphus Princeps, et Alfanus Archiepiscopus Salerni terras, & Ecclesias ad Sacrum Palatium, & ad Archiepiscopatum respective spectantes ad invicem inter se permutaverant. anno 21. ejusdem Gisulphi mense Julii 15. Ind. (Christi 1062.). Fit modo illius instrumenti transumptum ad instantiam Monasterii SS. Trinitatis in Metiliano. anno 1132. *Arc.* 87. *n.* 100. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo tricesimosecundo temporibus Domini nostri Rogerii Sicilie, et Italie gloriosissimi Regis mense Februario undecima Indictione. Coram me Petro Judice venit Johannes Monachus, et Prior Monasterii Sancte, et Individue Trinitatis, quod constructum est foris hac Salernitana civitate in loco Metiliano, in quo Dominus Symeon Dei gra-

gratia venerabilis Abbas preheſt, et pro parte ipſius Monaſterii oſtendit unam carturlam, que continebat. In nomine Domini viceſimoprimo anno principatus Domini noſtri Giſulfi glorioſi Principis menſe Julio quintadecima Indictione. Dum coram preſentia ſupraſcripti Domini noſtri Giſulfi excellentiſſimi Principis, et Domini Alfani gratia Dei Archipreſulis Sancte Sedis Salernitani Archiepiſcopatus eſſemus nos Romualdus, et Sico Comes, et Johannes Judices, et plurima turba circa eundem Dominum Principem ſuorum adſtaret fidelium, ipſe Dominus Archiepiſcopus, dum una cum eo eſſet Advocatus ejuſdem Archiepiſcopii, clarificavit partem ipſius Archiepiſcopii habere Eccleſiam in honore Sancti Felicis conſtructam in cacumine montis iſtius Salernitane civitatis, et integram roccam iſtius civitatis circa ipſam Eccleſiam conſtructam, et terra, in qua vinea fuit, foris hanc civitatem loco, ubi Caprilia dicitur, intra quam Eccleſia Sancti Michaelis Archangeli, et rocca conſtructa eſſe videtur, que eſt per fines, et menſuras. A parte ſeptentrionis eſt finis medius limes, qui aliquantum diſcernit ab inferiore terra cum caſtaneto, et paſſus ſexaginta; a parte orientis finis medius ipſe limes, et paſſus trigintaſex; a parte meridiei ſimiliter eſt finis medius limes, et paſſus nonagintaquatuor; a parte occidentis eſt finis medius ipſe limes, et paſſus vigintitres. Et ipſa terra cum caſtaneto in eodem loco, que cum ſupraſcripta terra conjuncta eſt, eſt per fines, et menſuras. A parte meridiei eſt finis ſupraſcripta terra, ſicut medius ipſe limes diſcernit, et paſſus quatuordecim; a parte orientis paſſus ſeptuagintaſex; a parte ſeptentrionis eſt finis via, que eſt inter hanc terram, et alia terra cum arbuſto ipſius Archiepiſcopii, et paſſus vigintiſex; a parte occidentis paſſus ſexagintaſex. Necnon et clarificavit ipſe Dominus Archiepiſcopus partem predicti Archiepiſcopii habere terram cum vinea, et vacuo, et ſilva foris hanc civitatem in monte, ubi Buturninu dicitur, intra quam in latere ipſius montis Eccleſia in honore Domini noſtri ac Liberatoris Jeſu Chriſti, et alia Eccleſia Sancti Martiris Viti in plano conſtructa eſt; et intra ipſam terram plagarie ſunt, et in vertice ipſius montis ſimiliter rocca conſtructa eſt; et dixit ipſam terram eſſe per fines, et menſuras. A parte orientis finis aliquantum media ſepes, et finis via, et dimittit eam, et recte vadit in partem meridiei; per totum iſtud menſurati paſſus centum quadraginta uſque medium totum, et ab inde deſcendit per medium ipſum totum uſque petram, que dicitur lata, paſſus centum octogintaocto, et ab ipſa petra lata deſcendit per medium ipſum totum uſque medium vallonem, et a medio ipſo vallone aſcendit per medium alium vallonem, et conjungit in eo loco, quo duo vallones in unum junguntur; unum, qui deſcendit ab occidente, et alium, qui deſcendit a parte quaſi ſeptentrionis, et ſunt ambo ipſi vallones intra hanc terram, et ab eo loco, ubi ipſi duo vallones in unum junguntur, aſcendit paululum per medium vallonem ipſum, qui deſcendit, ut dictum eſt, ab occidente, et conjungit in alium vallitellum, qui ipſi valloni adiacet in parte meridiei, et per eadem vallitellum aſcendit, et conjungit in rupe lapidea, que cum muro civitatis Veteri ipſius loci conſtructa eſt, ac cum eo conjunctum, et ab ipſa rupe lapidea vadit, ſicut per circuitum revolvendo in partem occidentis, et in partem ſeptentrionis, et in partem orientis per pedem rupium magnarum lapidearum ipſius montis, et ab ipſa rupe magna lapidea deſcendit per lumbonem ipſius montis recte in partem orientis uſque viam puplicam, et per ipſam viam puplicam revolvit in partem ſeptentrionis paſſus centum quatuor, et ab ipſis paſſibus tranſgredit ipſam viam, et recte vadit in ipſa parte ſeptentrionis uſque aliam viam paſſibus vigintiduobus, et per ipſam viam deſcendit in partem occidentis paſſibus ſeptuagintaduobus, et ab inde vadit recte in ipſa parte quaſi occidentis, et conjungit in media ſepe, paſſus trigintatres; ab ipſa parte occidentis eſt finis media ipſa ſepes, et menſurati intra ipſam terram prope ipſam ſepem paſſus quadragintaocto; ab ipſa parte ſeptentrionis eſt finis media ſepes, et dimittit eam, et vadit in ipſa parte orientis: recte per totum iſtud menſurati paſſus centumduo, et ab inde revolvit in ipſa parte ſeptentrionis paſſus ſexagintaquatuor, et revolvit in ipſa par-

te

te orientis passibus vigintiduobus non longe a quercu, cujus pes fabricatus est, et est intra hanc terram usque ipsam primam finem. Quas comutationis ordine dare cupiebat, eo quod dicebat ipsi Archiepiscopatui non congruere, quoniam parvum lucrum, et minimum redditum ex eo illi eveniret. Idcirco ipsius Domini Principis postulabat clementiam, ut ab eo per commutationem acciperet illud, quod parti ipsius Archiepiscopii pertinere, ut supraseriptum est, clarificavit, et dare ei integrum Monasterium, quod pars Sacri sui Salernitani Palatii habet constructum foris, et juxta murum istius civitatis, et prope litus maris, ad honorem Beati Martiris Viti, et omnes terras, et casas ipsi Monasterio pertinentes circa ipsum Monasterium, que sunt per fines, et mensuras. A parte septeotrionis est finis medius murus istius civitatis, et juxta eum mensurati passus trigintaocto et medium; a parte meridiei est finis via, que ducit juxta ipsum litus maris, cum ipsum mare tranquillum, et sine tempestate fuerit; et per eam recte mensurati passus trigintaocto et medium, et per longitudinem a medio ipso muro, et usque ipsam viam, et a parte orientis cum terris ipsius Sacri Palatii conjuncti sunt, et omnes res stabiles, et mobiles quomodocumque ipsi Monasterio pertinentes tam intra hanc civitatem, quam et foris; quoniam magis ipsi Archiepiscopatui congruere dicebat. Ipse vero Dominus Princeps semper ad benefaciendum proptus, cui semper est cura, et studium venerabilium, et sanctorum locorum, audita ipsius Domini Archiepiscopi obsecratione se talia facere repromisit. Set considerans, ne aliquid damnum ipsi Archiepiscopio eveniret; quoniam meliorata esse debent ea, que Pontifices per comutationem suscipiunt, quam illa, que dant, sicut in lege Langobardorum scriptum est; precepit nobis, ut ea, que ipse Dominus Archiepiscopus dare, et accipere desiderat, studiosius consideraremus. Et ut nobis possibile fuit, consideravimus congruentiam, et usufructus earum; set multo magis nobis comparuit melius esse illud, quod ipse Dominus Archiepiscopus accipere, quam illud, quod dare velit. Hoc ipsum jam dicto Domino Principi nuntiavimus; quibus auditis nostro, et plurimorum relatu cognoscens ipse Dominus Princeps, sicut ei congruum fuit, sua voluntate per aliam cartulam proparte ipsius Archiepiscopii scriptam, dum homines, quorum ammittitur fides, interessent, comutationis ordine tradidit ipsi Domino Archiepiscopo integrum ipsum Monasterium, qualiter constructum est, et ipsas terras, et casas ipsi Monasterio pertinentes per suprascriptas fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas, et inclitas omnes res stabiles ipsi Monasterio quomodocumque pertinentes tam intra hanc civitatem, quam et foris, et omnes res mobiles ipsi Monasterio pertinentes cum omnibus, que intra illud sunt, cunctisque ejus pertinentiis, et cum vice de plateis et viis, et anditis suis, et cum duobus preceptis utili anulo insignitis. Unum ex ipsa terra, in quam ipsum Monasterium constructum est, continentem scriptum per Romoaldum septimodecimo anno principatus Domini Guaymarii mense Junio Indictione tertia, alterum de rebus de loco Albole continentem scriptum per Truppoaldum Abbatem anno tricesimo principatus Domini Guaymarii, et decimo anno ducatus ejus Amalfis, et nono anno ducatus ejus Sirrenti, et septimo anno principatus, et ipsorum ducatuum supraseripti Domini nostri Gisulfi filii ejus mense Majo Indictione prima, et cum cartulis ex ipsis rebus continentibus; ex quibus Prima scripta per Johannem Notarium quartodecimo anno principatus Domini Guaymarii mense Novembri prima Indictione, in qua subscripti sunt Adenolfus, et Dayferius Notarii. Secunda scripta per Jaquintum Notarium anno vicesimotertio principatus ipsius Domini Guaymarii mense Januario decima Indictione, in qua Grimoalt, et Ademari Notarii subscripti sunt. Tertia scripta per Smaraedum Notarium tricesimosexto anno principatus ipsius Domini Guaymarii, et sexto anno principatus Domini Guaymarii ejus filii mense Junio septima Indictione, et in ea subscripti Ragelbradus Judex, et Jaquintus. Quarta per Ademarium Notarium scripta anno tricesimoseptimo principatus ipsius Domini Guaymarii, et septimo anno principatus Domini Guaymarii ejus filii mense Aprili octava Indictione, et in ea subscripti Jaquintus, et Johan-

hannes Notarii, et Johannes. Quinta per Ademarium Notarium scripta anno tricesimooctavo principatus ipsius Domini Guaymarii, et octavo anno principatus Domini Guaymarii ejus filii mense Junio nona Indictione, et in ea subscripti Jaquintus, et Jaquintus Notarii. Sexta scripta per Johannem Notarium anno tricesimooctavo principatus ipsius Domini Guaymarii, et octavo anno principatus Domini Guaymarii ejus filii mense Junio nona Indictione, et in ea subscripti Ragenbrandus Judex, et Smaraldus Notarius. Septima scripta per ipsum Smaraldum Notarium nono anno principatus ipsius Domini Guaymarii, et primo anno principatus Domine Gaytelgrime genitricis ejus mense Aprili decima Indictione, in qua Ademari subscriptus est. Octava scripta per Petrum Notarium, similiter et nonam, et decimam per eundem Notarium scriptas in anno vicesimo principatus ipsius Domini Guaymarii, et primo anno principatus Domini Johannis ejus filii mense Decembri una earum scripta, relique due mense Januario sexta Indictione, in quibus Grimoalt Comes, et Judex subscriptus est. Undecima vero scripta per Romoaldum Notarium vicesimoprimo anno principatus Domini Guaymarii, et secundo anno Domini Johannis ejus filii principatus illorum Salerni, et primo anno principatus eorum Capue, mense Novembri septima Indictione, in qua Johannes Judex subscriptus est. Duodecimam, et tertiamdecimam scriptas de vicesimosecundo anno principatus Salerni ipsius Domini Guaymarii, et secundo anno principatus ejus Capue, et primo anno ducatus ejus Amalfis, et Sirrenti mense Octubri octava Indictione; una earum scripta per Johannem Notarium, alia vero per ipsum Romoaldum Notarium, in quibus ipse Grimalt Comes, et Judex subscriptus est. Quartamdecimam scriptam per Mirandum Notarium vicesimotertio anno principatus Salerni ipsius Domini Guaymamarii, et tertio anno principatus ejus Capue, et ducatus Amalfis, et secundo anno ducatus ejus Sirrenti mense Julio nona Indictione, et in ea ipse Johannes Judex subscriptus est. Quintadecima scripta per ipsum Petrum Notarium vicesimoquarto anno principatus Salerni Domini Guaymarii, et quarto anno principatus ejus Capue, et tertio anno ducatus illius Amalfis, et Sirrenti mense Februario decima Indictione, in qua subscripti sunt Johannes, et Ademari Notarii. Sextadecima per Madelmum Notarium scripta vicesimo sexto anno principatus Salerni Domini Guaymarii, et sexto anno principatus ejus Capue, et quinto anno ducatus illius Amalfis, et Sirrenti, et secundo anno suprascriptorum principatuum, et ducatuum suprascripti Principis Gisulfi filii ejus, et primo anno ducatus illorum Apulie, et Calabrie mense Januario duodecima Indictione, in qua Ademari Judex, et Ademari, et Petrus Notarii subscripti sunt. Septimadecima, et octavadecima de vicesimoseptimo anno principatus Salerni Domini Guaymarii, & septimo anno principatus ejus Capue, et ducatus Amalfis, et Sirrenti, et tertio anno principatuum, et ducatuum ipsius Domini Gisulfi filii ejus, et secundo anno ducatus illorum Apulie, & Calabrie; una earum mense Decembri scripta per Dauferium Notarium, in qua testatus est Ademari Judex; alia scripta per ipsum Romoaldum Notarium, in qua ipse Johannes Judex, et Alderissi, et Aldelrissi Notarii, in sexto anno ducatus illius Sirrenti, et tertio anno ducatus illorum Apulie, et Calabrie mense Aprili tertiadecima Indictione. Nonadecimam per ipsum Romoaldum Notarium scriptam tricesimotertio anno principatus Domini Guaymarii, et tertiodecimo anno ducatus ejus Amalfis, et duodecimo anno ducatus illius Sirrenti, et decimo anno principatus, et ipsorum ducatuum ipsius Domini Gisulfi filii ejus mense Junio quarta Indictione, et in ea subscriptus ipse Johannes Judex. Vicesima scripta per Petrum Notarium undecimo anno principatus ipsius Domini Gisulfi mense Januario sexta Indictione, in qua Romoaldus, et Ademari Notarii subscripti sunt. Vicesimaprima scripta per ipsum Romoaldum Notarium quintodecimo anno principatus ipsius Domini Gisulfi mense Septembri decima Indictione, et in ea ego Romoaldus Judex subscriptus sum, et Ademarius, et Johannes Notarii subscripti sunt; et cum aliis munimibus, et preceptis ex ipsis terris, et Monasteriis, et rebus continentibus omnibus. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Domini Archiepiscopi, et successorum ejus, et partibus

 ipsius

ipsius Archiepiscopii, et liceat illum, et successores ejus, et partes predicti Archiepiscopii de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus commutationis ipse Dominus Princeps per hanc cartulam suscepit ab ipso Domino Archiepiscopo integram ipsam Ecclesiam Sancti Felicis, et integram ipsam Roccam istius civitatis, et integram ipsam terram, in qua ipsa Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli, et jam dicta rocca constructa est, et ipsam aliam terram, que ibi conjuncta est, et inclitam supraseriptam terram, intra quam jam dictas Ecclesias Sancti Viti, et Sancti Liveratoris, et jam dicta rocca constructa est, per suprascriptas fines, et mensuras justo passu hominis mensurata, cum omnibus, que intra eas sunt, et cum flondis, et omnibus pertinentiis ipsarum plagariarum, et cum viee de viis suis. Vie vero, que intra easdem terras ducunt, non ei tradidit, ea ratione, ut totum, et integrum, quod, ut dictum est, suscepit, semper sit in potestate ipsius Domini Principis, et partium ipsius Sacri Palatii; et liceat illum, et partes ipsius Sacri Palatii de eo facere quod voluerint. Vie vero, que intra easdem terras ducunt, quas ipse Dominus Princeps, ut dictum est, suscepit, non eas suscepit, nisi tantummodo ex eis viam in omni deliberatione. Et per convenientiam ipse Dominus Archiepiscopus obligavit se, et suos successores, et partes predicti Archiepiscopii semper defendere ipsi Domino Principi, et partibus soprascripti sui Sacri Salernitani Palatii integrum illud, quod ipse Dominus Princeps suscepit ab ipso Domino Archiepiscopo, ut supraseriptum est, ab omnibus hominibus, et partibus. Et ipse Dominus Archiepiscopus tribuit ipsi Domino Principi licentiam, ut, quando ille, et pars ipsius sui Palatii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Dominus Archiepiscopus, et successores ejus, et pars jam dicti Archiepiscopii ipsi Domino Principi, et parti ipsius sui Palatii non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam convenientiam ipse Dominus Archiepiscopus obligavit se, et successores suos, et partes predicti Archiepiscopii componere ipsi Domino Principi, et parti ipsius Palatii auri purissimi libras ducentas. Quod autem superius disturbatum est, legitur subscripti sunt Johannes, et Ademari Notarii; Sexta; Et taliter te Romoaldum Notarium scribere precepimus. Ego Alfanus, qui supra, gratia Dei Archiepiscopus, Ego, qui supra, Romoaldus Judex, Ego, qui supra, Sico Comes, et Judex, Ego, qui supra, Johannes Judex, Ego Dauferius Archidiaconus, Ego Amatus Archipresbiter, et Abbas, Ego Rodelgrimus Ipatus Imperialis, Ego Ademarius Notarius me subscripsi, Ego Ademari Comes, Ego Alderisi Notarius me subscripsi. Cum autem ipsa cartula ostensa, ac lecta fuit, quoniam totum illud de suprascripto loco Caprilia, quod predicta cartula continet, cum predicta rocca de eodem loco, intra quod Castellum Sancti Adjutoris constructum est, ad potestatem ipsius Monasterii Sancte Trinitatis pervenit, velud ab ipso Priore asserebatur, et de residuis pars quedam ad potestatem ipsius Monasterii Sancte Trinitatis secundum ejusdem Monasterii rationes similiter pervenit; ydeoque ipse Prior me deprecatus est, quatenus totam ipsam cartulam per ordinem in hac cartula pro parte ipsius Monasterii Sancte Trinitatis declarari juberem. Cujus ego precibus annuens eandem cartulam totam per ordinem in hac cartula pro parte ejusdem Monasterii Sancte Trinitatis tibi Johanni Notario, & Advocato declarare jussi, memorans quoniam quod superius disturbatum est legitur Archiepiscopii, viis, et quod inter virgulos scriptum est legitur hominis.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

XXXIII.

XXXIII.

Desideus Notarius filius quondam Romoaldi concedit ad pastenandum *Johanni Tuscianensi filio Dominici Francum in perpetuum bona sua in Tusciano pro medietate vini, castanearum, & ficuum, & tertia parte producti ex semine eidem Notario annuatim praestanda post annos duodecim. anno* 22. *Guaimarii principatus Salerni,* 2. *principatus Capuae, et* 1. *ducatuum Amalphiae, et Sirrenti mense Septembris* 8. *Ind.* (*Christi anno* 1039.) *Arc.* 71. *n.* 345. **in membrana.**



IN nomine Domini vicesimosecundo anno principatus Salerni Domini nostri Guaimari, et secundo anno principatus ejus Capue principatus, hac primo anno ducatus illius Amalfi, et Surrentu mense September octaba Indictione. Memoratorium factu a me Desideus Notarius filius quodnam Romoaldi, eo quod ante subscripti testes per cumvenientia had tenendum, et laborandum, seu pastenandum tradidi Johanni Tuscianensi filio Dominici Francum de rebus mea, quod abeo in ipso locum Tusciano illa parte ipso fluvio Tusciano, quod mihi pertinet a Munda Monacha genetrice mea, qui est rebus ipsa terra cum vinea, et arbustu, et castanietu, et bacibum, et pomis. Prima pecia, qui est cum vinea per finis, et mensuria. A parte Septentrionis fine bia publica, et suut per ipsa bia publica per latitudo passus nobe, et pedes duo, et quasi in medio de latitudo passus nobe, et planta una, et in pede de ipsa vinea per latitudo passus nobem, et pedes duo; ibidem in pede se conjungi ipsa vinea cum ipso arbustu, et ibidem ipso arbustu est per latitudo passus undeci, et in pede de ipso arbustum abet passus undeci, et medium, et longitudo quantum est da ipsa bia publica, et usque in pede de ipso arbustu. Alia pecia de terra mea baciba, qui est in pede, er conjunta de ipso arbustu, qui dicitur Retunda, per ec finis, et mensuras. Erga ipso arbustum passus trigintaduo ab occidente fine de consortibus meis inde passus quadraginta sex, a pars meridie passus bigintiquadtuor; ab oriente passus quinquaginta. Halia pecia de terra mea, qui est terra cum castanietu, et bacibu ibique propinquo, qui est per ec finis, et mensuria. Hab oriente fine bia publica inde passus bigintiseptem; a meridie fine bia communis; ab occidente fine alia bia commune, inde sunt per latitudo passus bigintiseptem, longitudo da ipsa bia commune, et usque ipsa bia publica, tota omnis suprascripta mensuria had passus, qui signatum est in columna marmorea de Ecclesia Sancti Matthei de Archiepiscopio Salernitano, in tali ordine, ut amodo, et semper nato nascentes ad sua, et de suos heredes esse potestatem illut tenendum, et fovee, et omnes sue utilitatis justa ratione ibidem faciant, et ibidem residere, et avitare, et ipsa vinea, et arbustu, qui modo ibi est factu, per annum de super, et de supter suo tempore laborare, et cultare, et propaginare bonum, sicut meruerit, et totum ipso bacibum, qui infra tota ipsa mensuria est, amodo pastenare, ibidem arbores, et vites de bono vitineo, et pomis, ut ad completi duodecim anni, ut amodo se compleant tota suptascripta per supradictas finis, et mensuria, habeant totum illum arbustum furtu, et operatum, et cultatum, et studiatum bonum, ut perfectum pareat factum, totum bonum, sicut meruerit, et ubi meruerit totum clusu, et salbum, sicut de tantos annos, et locus ipse meruerit, et ab inde in antea omni tempore tota ipsa rebus suo tempore de super, et de supter laborare, et cultare, et studiare totum bonum sicut meruerit, et sic per annum illum laborare, ut per omnes annos bonum laboratum, et cultatum pareat, quatenus in melius proficiant, et non dispereant, et totum illut circuitu illut cludere, et semper illut clusu, et salbum abeant, et amodo, et semper per annum de vindemie faciant illis scire me, vel ad meos eredes, ut ego, vel

Miſſu noſtrum illuc dirigamus, vel nos, et illis tota ipſa vinea, et arbuſtu, qui modo ibi eſt factu, et illut, quod paſtenaverit, per annum quando meruerit, totum illut vindemiare, et quando meruerit poma inde colligere, et omnes vinum exinde ibique ad palmentum illis dividere per medium, nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem, et ipſa noſtra medietate de ipſo vinum illis reponere debeant ibique in domus ſua in organea noſtra, que ibique eorum adſingnaverimus, per illis bonum conciatum, et ſtudiatum, ſicut meruerit, et faciant illuc ſalbum, dum illut inde tulerimus abſque de ingne, et gente, et ubi ipſo vinum inde tulerimus, ipſa bucte illis a preſentis ſfeczare, et labare bona, ſicut meruerit, et quando bolueri-mus, ibidem pergamus pro requirendum ipſa rebus, ſi bona eſſe laborata, hac non. Et amodo, et ſemper per annum ſuo tempore tote ipſe terris de tota ſupradicta traditione illis conciare, et ſtudiare, et ſeminare, qualiter meruerit, et toti ipſi labori per annum temporibus ſuis mundare, et ſtudiare boni, ſicut meruerit, et per annum, quando meruerit, toti ipſi laborih recolligere, et adunare ibique ad area; et faciant illis me ſcire per annum, ut ego, vel meos eredes, vel Miſſu noſtrum illuc pergamus, aut dirigamus, et illis toti ipſi labori ibique ad area titulare, et reprecurare, et totum ipſo victum mundare, et conciare, et ſtudiare bonum, ſicut meruerit, et totum illut ibique ad ipſa area dividere in tres ſortis, nos tollamus exinde inclita una tertia parte, et illis due ſortis. Caſtanee vero, et ficum, que per annum ibi ſunt, illis colligere, et ſeccare bene ſicut meruerit, & ſalbe tote ille dividere per medietate, nos tollamus ille medietate, et illis medietate; nos, vel Miſſum noſtrum, dum pro ipſe vindemie, et pro ipſe aire ibidem ſtemus pro recipiendum tota ipſa ſortione noſtra de tota ipſa frudia, illis nos notire ſecundum ſuam poſſivilitate, et palmentateca per annum nobis dare, ſicut conſuetudo de ipſo locum, preter quale tempore da ipſi duodecim anni in antea ille, et ſuos eredes rebus ipſa tenere, et laborare noluerit, aut non potuerit in predicta ratione, inclita ſupradicta rebus per ſupradicta finis, et menſuria bona laborata, et cultata, et ſurta, et ſalba, et cluſa cum redita, et ipſo horganeum da vinum, quod ego ei adſingnaverit, remittere ad noſtra poteſtate faciendum que voluerimus; et illis liceat inde exire cum omnia cauſa ſua, et ire ubi boluerit. Unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipſe Johannes dedi, et mediatore mihi poſuit ſe ipſu, et per ipſa guadia obligavi ſe, et ſuos eredes, ut, ſi taliter omnia ſupraſcripta in ſupradicta ratione nobis non adimpleverit, et aliquit inde contradixerit, per ipſa guadia componere obligavit ſe, et ſuos eredes mihi, meique heredibus biginti auri ſolidos Conſtantinos, et omnia ſupraſcripta per ſupradicto ordine nobis complirent, et appoſui, et obligavit ſe nobis appingnerandum omnes pingnera, et cauſam ſuam legitimo, et inlegitimo. Et hunc brebem ſcripſi ego Ademari Notarius.

✠ Ego Grimoaldus.

✠ Ego Romualt Notarius me ſubſcripſi.

XXXIV.

XXXIV.

Lando infans filius quondam Petri contendit cum Disijo filio quondam Petri, qui cognominatur Barbutus, de terra cum casa intra Salernum, & de bonis extra ipsam in loco Locubia. Exhibitis coram Judice amborum monumentis judicium fertur, ut pars utraque per iuramentum ad sacrosancta Evangelia suarum chartarum veritatem ostendat. anno 13. *principatus Gisulphi mense Aprili* 7. *Ind.* (*Christi* 1054.) *Arc.* 82. *n.* 67. in membrana.



IN nomine Domini tertiodecimo anno principatus Domini nostri Gisulphi gloriosi Principis mense Aprili septima Indictione. Ante me Johannem Judicem Lando infans intra etate filius quondam Petri, dum una eum eo essent Ursus Castaldeus, et Johannes abunculi ipsius infanti, hac filii quondam Johannacii Castaldei, quos ego venire feci, conjunctus est eum Disijo filio quondam Petri., qui eognominatus est Barbutu, ad faciendum inter se finem de causationibus, quibus ipse infans cum ipso Disijo dudum ante me causaverat, ut ipse Disijus malo hordine introisset in terra cum casa ipsius infantis, ubi viri habitant intra hanc civitatem, & in res ipsius infantis foris hac civitate in loco Locubia, et ipsa casa disturbasset, et ex ipsis rebus arbores, et vites abscidisset, et fructus tulisset, et ipsam tertam cum casa, et ipsas res eidem infanti contrasset. Ipse Disijus responderat intra hanc civitatem plures terris cum casis haberi, et in ipso loco Locubia plures res haberi, sed nesceire de quali tetra cum casa, & de qualibus rebus eum eo causaret. Ego autem . . . . et ipse infans cum ipso Disijo guadiare feci, ut mecum, et cum Notario, et cum ipsis parentibus ad ipsam tertam eum casa, et ad ipsas res pergerent, et infans monstraret ipsi Disijo, de quali terra cum casa, es de qualibus rebus ipse infans cum ipso Disijo causaverat, et per partes plicarent secum suis rationibus, et secundum legem inter se de eo finem faciant. Postmodum vero mecum, et cum Notario, et cum ipsis parentibus ipse infans cum ipso Disijo ad . . . . . . casas . . . ipsas res perrexerunt; et ipse infans monstravit ipsi Disijo illud, de quo, sicut supra scriptum est, cum eo causaverat. Nunc vero, ut dictum est, ante me conjuncti sunt ad finem inter se de eo faciendum, & per partes ostenderunt singula judicata de suprascriptis causationibus, et ipse infans ostendit cartulas decem, et ipse Disijus ostendit cartulas quattuordecim, et per partes manifestavetunt plures cartulas inter se ex . . . . ostenderent, et legere feci ipsas cartulas, quas ipse infans ostendit. Prima ex eis sextodecimo anno principatus Domini Gisulfi mense Februarius septima Indictione. Andreas filius Majonis per ipsam cartulam donaverat Petro, qui Rosti vocavatur, filio Landonis medietatem omnis res, substantias, et casis, et movilibus suis, que ei a genitore, et genitrice sua habere successerat, seu quomodocumque per qualecumque ratione ei pertinebat, et quod tando ille tenebat, tam casis, et rebus intra civitatibus. et foras casalibus, vineis, arbusta, olibeta, quercieta, castaneta, campis, silbis, pratis, pascuis, et aquis, finis, et viis, montibus, quam et in planis, ubicumque per diversis locis, et rebus sua fuerit inventus, medietatem illud ei donaverat semper ipse Petrus, et cui per eum datum paruerit securo nomine eos haberent, exinde facerent qualiter eis placuerint, sceptro personas donate, et Abrasie ancille sue, unde ei sortione non donaverat.; reliqua medietate de omnibus rebus, et casis stabilibus, et movilibus sue reserbaberat potestati sub eo hordine, ut diebus vite sue sue essent potestatis, et suas utilitatem ibidem faceret, et si filios, aut filias non abuerit, sicut et tando, que tantummodo habebat unam filiam nomine Mita, que nupto tradere debebat Atenolfo filio

filio Landenolfi Castaldei, si alias filias, vel filios non habuerit, non haberet potestatem de ipsa medietate cuicumque, vel ubicumque exinde dare, aut alienare per qualemcumque ratione, nisi ipsi Petro, vel cui per eum obligatum paruerit, illos dent ad justo ab eis recipiendo pretium, sicut juste fuerit appretiatum, et quo ille, vel cui per eum obligatum paruerit, exinde scire fecerint, haberent spatium ad eum emendum usque dies trigintasex, et si infra ipso constituto noluerint illos emere eum justo pretium, liceat illos ipsos dare cui boluerint. Nam si ante ipso constituto sine illius voluntate cuicumque per qualemcumque rationem exinde dederint, tunc illos, que exinde . . . . obligatum paruerit, sicut per vinditionis cartam, reverteret ad potestatem sua, vel cui per eum fuerit obligatum, omni tempore firmissime habendum, preter si de ipsa medietate in Ecclesiis offerire voluerit, liceret ille in Ecclesiis offerire de ipsa terra vacua de ipso loco Locubia usque duobus modii tritici seminationis, & de ipse terre vacue de Bespanicu usque tribus modia tritici seminationis, et de rebus ipsa de a . . a finibus stri . . . . tuor modia seminationis. Nam alia omnes rebus, et casis, et serbis, et ancillis, et movilibus eius pro illo hordine haberet, sicut dictum erat, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt ipse Andreas, et Pando, et Lambertus. Secuuda de sextodecimo anno principatus Domini Gisulfi mense Februarius septima Indictione, in qua Petrus, qui Rofri vocabat, filius Landonis clarificaverat per . . . . sem Andreas filius Majonis medietatem omnis rebus, substantiis, et casis, et movilibus suis stavile, et movile tam de casis, et rebus infra civitatibus, vel foras casalibus cum finis, et viis, et cum omnis sua pertinentia in montibus, et in planis, ubicumque fuerit exinde inventus, medietatem funditus . . . . exinde faciendum quod ei placuerat . . . tantum septuaverat personas donate, et Abrasie ancille . . . . baverat potestatem, ut, si alios filios, vel filias non habuerit, nisi Mira, que Ta . . . . . vocabat, non haberet potestatem exinde dare, aut alienare per qualemcumque rationem, nisi ipsi Petro, vel cui per eum obligatum paruerit illos dare ad justum pretium, et faceret illos scire . . . . trigintasex. Et si eos emere noluerint infra ipsum constitutum, liceret illud dare cui voluerint. N . . . . voluntate eos dederint, tunc illos, que inde datum paruerit, rediret ad potestatem . . . . vel cui per eum fuerit obligatum, sicut per cartam vinditionis omni tempore firmissime habendum. Et ipse Petrus sua voluntate per ipsam cartulam donaverat ipsi Mire cuncta . . . . onem tam casis, et rebus, et movilibus stavile, et movile, sicut per ipsa . . . . obligatum fuerat, sic in integrum eos eidem Mire donaverat, atque obligaverat, sicut ipsa . . . . Mire, et de suis heredibus essent . . . . faciendum que eis placuerit, et illa alia medietate haberent illa, et ejus heredes obligata per illa ratione, sicut ab ipso Andrea per ipsam cartula ei obligatum fuerat, et dederat ipsi Mire ad defensionem habendum ipsam cartulam, quod ipse genitor . . . . preter . . . . Andreas ad frudiandum vite sue reserbaverat, in Ecclesiis offerire voluerit, licentiam exinde habeant . . . . na carta continet, sicut ipsa carta continet scripta per ipsum Petrum Notarium, in qua subscripti sunt ipsi Andreas, et Pando, et Lambertus, et Petrus. Tertia vicesimonono anno principatus ipsius Domini Gisulfi mense Junius quarta Indictione. Declara . . . . onis absque filiis, filiabus esse, tantum unam filiam habebat nomine Mira, que nupto tradi . . . . aberet Petri Judici, qui Roffo vocavatur, filii Landonis cuncta, et inclita omnis rebus sua medietate. qualiter continebat carta, que inde ei emiserat, et per ipsum Petrum totum datum erat ipsi Mire filie sue, ipsa alia medietate obligata habuerat ipsius Petri et . . . . . . datum paruerit, non haberet potestatem cuicumque exinde dare, aut alienare preter ipsius filie sue, vel ad ejus

ejus heredes . . . . filia sua propter cartam ipsam, quam ille emiserat ipsius Petri, et ipse Petrus illud dederat ipsius Mire, propter ipsam obligationem tradiderat ipsi Mire filie sue ante Ermenandus Clericus filius Majonis varbanem suum cuncta rebus substantia sua, omnibusque suis facultatibus quantum, quantoque undecumque. vel quomodocumque ei fuerat, et erat, vel fuerat pertinente casis intus hanc civitatem . . . . primitus terra, et casa fabrita, in qua camminata habebat, que conjuncta erat de subtus ad viam, et sicut assendebat in susu usque inclito pariete, qui erat subtus arco subtano, et ibat usque parietem inclitum, qui discernebat a fine Monasterii Sancti Benedicti, et descendebat usque ipsa via, et tradiderat ei inclita terra vacua, ibique conjuncta, que conjuncta erat ad ipsa via, sicut . . . . pariete illorum, qui erat erga curte communalem, et terram ipsius Ermenandi Clerici et ab occidente ibat usque pariete de casa, qui ibi edificatum erat, et tradiderat ex dicte Mire inclita alia casa, et terra, in qua residentem erat, que conjuncta erat de caput ad plateam, et de alia parte in ipsa curte commune; et aliut caput tenebat in veridiarium Ecclesia illorum Sancte Marie, et de alia parte conjuncta . . . . et subtus ipsa curte commune tradiderat ei terram suam conjuncta cum ipsa curte, et cum pariete, et alium āplictum de terra, et casa erga ipsa platea, que . . . . . dua āplicta. Istud totum infra ipse finis ei tradiderat cum vice de ipsa curte commune, et cum vice de ipsa Ecclesia Sancte Marie, et Sancti Petri, et cum vice de viis, et pertinentiis suis, et cum vice de via ad ipse Ecclesie, et tradiderant ei inclita rebus . . . . fuerit inventus, quomodocumque ei fuit, et erat, vel fuerat pertinente ad faciendum exinde illa, et ejus heredes quod voluerint preter diebus vite sue liceret ille res suas de foras . . . . . . medietatem ad frudiandum, et illud de asa potestatem haberet vindere, et pretium medietatem dent ipsi Mire, et medietatem sibi habere, et de ipsa medietate potestatem haberet in Ecclesiis offerire quantum sceptuatum fuerat ab ipsa Ecclesia, sicut ipsa carta continet scripta . . . . subscripti sunt ipsi Ermenandus Clericus, et Andreas, et aliis. Quarta de vicesimonono anno principatus suprascripti Domini Gisulfi mense Junius quarta Indictione. Ipsa Mira filia Andree, et una cum ea adesset Atenolfus vir ejus, manifestaverat ei Ermenandus Clericus barbanem suum filius Majonis, ut nulla scriptione, aut qualemcumque rationem habuisset, aut haberet de terris . . . . totum ipse genitor eius ei tradiderat . . . . . . bus ejus, quantum similiter ei tradiderat, et per nullis rationibus nec ille, nec suis heredibus, nec quavis homo pro ejus partibus cum eis exinde causare, aut contendere non potere, et manifestaverat ut nullam manifestationem, neque nullam scriptionem habere a parte ipsius Andree genitori suo de quacumque causa, sicut ipsa carta continet scriptam per Johannem Notarium . . . . dus Clericus, et Johannes Notarius, et aliis. Quinta de undecimo anno principatus Domini Johanni, et quinto anno Domini Guaimari ejus filii mense Nobember septima Indictione. Ipsa Mira relicta ipsius Atenolfi, et Pando filius ejus per ipsam cartulam donaverat Urso filio Johanni una peciola de terra vaciva, in qua casa habebat Johannes Presbiter per fines, et mensuras. Ab oriente fine, sicut medio pariete fabrito discernebat, et pedes quattuordecim, et summisse . . . . to de casa Stefani Capizuto, et heredes Ursi, & pedes nobem; ab occidente fine platea, que ducebat ad Monasterium Sancti Benedicti, et pedes quindecim, et summisse; et de capite fine via carraria sua, et de sortifices ejus, et pedes nobem mensuratum ad justa manum homini ad faciendum inde ille, et ejus heredes quod ei placuerit, in tali hordine, ut aliquando non haberet potestatem cuicumque illud dare per nullis modis, sicut de illorum . . . . subtraxit . . . . filiisque illorum, et heredibus illud vinderent ad justum pretium, sicut ipsa carta continet scriptam per Johannem Notarium, in qua subscripti sunt Teudericus, Maraghdus, et Mascinu. Sexta de primo anno prin-

principatus Domini Johanni, et Domini Guidoni ejus filii mense Magius duodecima Indictione. Ursi filii Johanni in partione ad pastenandum vinea, et pomis, et cannetum, et salicetum tradiderat ei ipse Pando filius Atenolfi terram campense . . . . pastenatum . . . . infra fines, et mensuras. A meridie fine via, et passus nonagintaduo; ab oriente fine Locubia, et passus triginta, et revolvit per ipsa Locubia in occidente passus trigintasex, et revolvit per ipsa Locubia in septentrione passus viginti recte mensurati ab intro sepali de ipsa Locubia, et de super fine ipsius Pandonis passus trigintaduo; ab oriente fine ejus passus trigintaocto, de super capite fine via passus decem et octo; ab occidente fine via puplica . . . . quadragintanobem mensurati ad passum, qui signatum fuerat in columna marmorea Sancti Mathei de Archiepiscopio Salernitano; ut in completo constituto haberet bonum lavoratum, et operatum, et cultatum, et dividerer illud inter se per medietatem et . . . . . inter se exinde comprehenderent, et si ipse Ursus habuerit venditura, aut datura ipsa ejus medietate, non haberet potestatem alteri illud dare preter eorum illud venderenr ad justum pretium, sicut . . . . . . continent scriptam per Ursum Notarium, et in ea subscripti Grimoaldo, et Teudericus, et alii. Septima de anno tricesimo principatus Domini Guaimarii, et tertio anno Domini Johanni ejus filii mense Aprili prima Indictione, qualiter Nicola Grecus filius Johannis inter cetera, que judicaverat, judicaverat Johanni, et Petro filii sui, et Urso filiastro ejus, ut in omnibus rebus suis stavile, et in casa sua de intus hanc civitatem, et in omnibus rebus stavilibus, et casa de . . . . civitatem; quod pertineba ipsi Urso, ut ipsi filii, et filiastro ejus . . . . et equales inde permaneret ad dividendum inter se illud in tertiam partem, ipse filiastro ejus, et ejus heredes haberent de totum tertiam partem, et ipse filii ejus, et illorum heredes sint . . . . . . sicut ipsa carta continet scriptam per Mirandum Notarium, in qua subscripti sunt Johannes, et Radoaldus. Octaba de duodecimo anno principatus supraspripti Domini nostri Gisulfi mense Magio sexta Indictione. Ante . . . . Comitem, et Judicem ipse Lando infans filius Petri conjunctus fuerat cum Johanne filio Lamberti, et cum Gemma filia Johannis de Nicola, et filiastra erat ipsius Johannis, et cum Petro germano ipsius Gemme ad faciendum inter se finem de causationibus, unde ante eum causaverat, ut malo hordine introissent in res pertinentes ipsius Landonis de loco Locubia propinque Ecclesia Sancti Eustasii, et in terra cum casa de intus hec cives, et foveas ibi fecisset . . . . distur-basset, et arbores, et vites de ipsis rebus abscidissent, et sepes rupissent, et ipsis terra cum casa, et rebus eidem Landoni contrasset. Illi dixerant plures terra cum casa intus hec cives, et rebus haberi in ipso loco, sed nescire, unde cum eis causarent, et inter eis judicaverat, ut cum Judice, et Notario ad ipsam terram eum casa, et res pergerent, et ipse Lando monstraret eis, unde cum eis causaverat. Set antequam ad ipsas terras cum ipsa casa pergerent, per partes ostenderunt illorum munimina, de quibus in ipsa carta declarate sunt. Cum autem fuerant lecte, et plurima altercautio interessent, antequam per legem illud finirent, ipse Ursus Castaldeus dederat ipsorum Johannis, et Lamberto, et ipsis Gemme, et Johanni viro ejus viginti et octo auri tarenos, et illis pro parte eorum, et de ipso Petro germano suprascripte Gemme remiserant ad ipsum Ursum Gastaldeum pro parte ipsius Landonis, et de germani ejus cartule, que ostenderant, et unum judicatum scriptum per Mirandum Notarium ad faciendum de ipsis cartulis, et de ipso judicato ille, et ipsi germani ejus, et illorum heredes quicquid voluerint; et obligaverant se, et suos heredes, ut non aliquando tempore cum ipsis germanis filii suprascripti Petri Nepotes ipsius Ursi Castaldei, vel cum illorum heredes de ipsis terra cum casa, et rebus, que fuerat Ursi, quod ei in sortem evenerat per cartam divisionis, causare, aut contendere per qualivet inventa ratione, vel per qualivet modum; et aliut continebat, sicut ipsa cartula continet scripta per Johannem Notarium, in quam ipse Sico Comes, et Judex subscriptus est. Nonam. In nomine Domini quartodecimo anno prin-

ci-

cipatus Domini nostri Johanni, et octabo anno principatus Domini Guaimari ejus filii gloriosi Principibus mense Februario decima Indictione. Memoratorium factum a me Pando filius quondam Atenolfi, eo quod ante subscripti testes conjunctus sum ad bonam convenientiam cum Ursu filio idem Ursi una cum ipse Ursu adesset Teudericus Advocatorem suum propter ad dividendum inter nos terra cum vinea, et pomis, et cannietum, et salicetum de locum Locubia finibus Salernitane, quod jam ante hos hannos ego in partionis ad pastenandum datum habuit suprascripti genitori ejus per fines, et mensure, sicut ipsi brebi de ipsa pastenatione continunt, et constitutum, que inde positum habuimus, jam transiit, et in eadem terra vinea, et pomis, et cannietum, et salicetum factum, et operatum habunt, sicut inde obligati fuerunt. Modo autem, ut diximus, propterea sunt conjuncti rebus ipsa dividendum, et statim, sicut inter nos convenit, ipse Ursu una cum ipso suo Advocatore diviserunt ipsa rebus, et fecerunt inde due sortionis; unam sortionem fecerunt esse in partibus orientis conjuncta ad aqua de ipsa Locubia; et alia sortione fecerunt esse in partibus occidentis. Unde prius ego nominatus Pando comprehensit ipsa sortione da parte orientis, et ipsius Ursi tradidit ipsa sortione da parte occidentis . . . . a parte orientis fine ipsa sortione, quod comprehensit, sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passus sexagintaduo; de pede fine via, et inde sunt passus vigintiocto; a parte occidentis fine via, et inde sunt passus quinquaginta; et ab inde revolvente ipsa via in partem orientis inde passus vigintiduo; totum mensuratum ad passum, qui signatum est in columna marmorea de Ecclesia Sancti Mathei de Archiepiscopio Salernitano jam dictas fines, et mensure; totum et inclitum cum omnia intro se habentibus . . . . et cum vice de via sua illud ipsi . . . . tradidit pro sua sortione, faciendum inde quod voluerint; semper defensatum per me, et per meos heredes da omnes homines. Et ille pro taliter guadiam michi dedit, et mediatorem michi posuit Grimoaldum filium quondam Landenolfi; et per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes, ut, si aliquando illud daturum, aut vinditurum habuerit, non aberent potestatem cumque illud dare per nulla ratione, ud de illorum potestate esse substract . . . . illud vindant ad justo baliente pretium, que juste fuerit appretiatum, et faciant nos inde scire pro illud emendum per tertium constitutum usque diebus trigintasex. Et si infra ipsa constituta noluerimus illud emere, et dare inde vobis justo baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceat vos illud dare cui volueritis. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illud dederitis absque nostra solutione, sicut de vestra potestate esse subtractum, tunc sine p. . . . . potestate. Quod si aliquid de quomodo superius legitur quesierit removere, aut contrare, et taliter omnia suprascripta nobis non adimpleberint, et in supradicta divisione firmiter non permanserint, per ipsam guadiam componere obligavit se, et suos heredes michi, meisque heredibus viginti auri solidos Constantinos, et in suprascripta divisione, sicut dictum est, omni tempore firmiter permanerent; et hunc brebem scripsi ego Jaquintus Notarius, qui interfui. Ego Petrus. Ego, qui supra, Teudericus me subscripsi . . . .

Decimam. In nomine Domini tricesimoquarto anno principatus Domini nostri Guaimarii, et quinto anno principatus Domini Guaimarii ejus filii gloriosi Principibus mense December sexta Indictione. Memoratorium factum a me Petrus filius quondam Pandoni, eo quod ante subscriptis idoneis hominibus per bona convenientia tradidi Ursi, Johanni, et Petri, qui sunt uterini fratres, hac filii Gemme habitantes in locum Locubia, rebus mea de ipso locum Locubia ista parte ipsa Locubia, quod ipse genitor meus a jam preteritos annos traditum habuit ad pastenandum, et lavorandum cuidam Nicole, qui fuit genitor ipsorum Johanni, et Petri, et patrinius fuit ipse Nicola predicti Ursi; et est ipsa pecia, ubi ipse Nicola debuit facere arbustum per has fines, et mensuras. A pars meridiei fine mea, sicut vinea discernit, quod modo similiter eorum tradidi, sunt inde passus vigintiseptem; a pars orientis fine mea, sicut sepe discernit, inde passus vigintiquattuor; a pars septentrionis

 fine

fine via puplica inde passus quattuordecim ; a pars occidentis fine ipsius Ursi, quod ab ipsum genitor meus ei in sortem evenit per hordine pastenationis , sicut termini inde ficti sunt , et inde sunt passus vigintiquinque , et da inde revolvendo per fine mea in pars orientis passum unum , et summisse; et iterum revolvendo per ipsa fine mea de ipsa vinea , quod inferius eorum tradidi , et conjungit in ipsa priore fine , inde passus septem : rotum mensuratum ad passum , qui signatum est in columna marmorea de Ecclesia Sancti Mathei de Archiepiscopio Salernitano . Et ipsa pecia de terra cum vinea , quod eorum tradidi , est per hec finis de super fine jam dicte pecie cum arbustis . A pars occidentis fine ipsius Ursi , quod per ipsam pastenationem habet a parte ipsius Pandoni genitori meo , sicut terminatum est ; a pars meridiei fine via puplica ; a pars orientis fine , sicut decurrit aqua de ipsa Locubia , et exiente de ipsa Locubia , et ascendente usque in ipsa priore fine : anbo supradictas pecias per jam dictas fines , et mensuras eorum tradidi cum vice de ipse vie ; sceptuavi de ipsa pecia , ubi est ipsa vinea , sortionem ipsius Ursi filiastrum ipsius Nicole de cannietum , qui conjunctum est cum ipsa Locubia , et cum ipsa via , que commune mecum habet , Nam illo aliud , sicut dictum est , inclitum illud eorum tradidi tali hordine , ut amodo , et semper ad illorum , et de illorum heredibus sint potestatis natos nascentes illud tenendum , et dominandum per subscripto hordine , et fovee , et omnis sue utilitatis ibidem facere justa ratione ; et tota ipsa pecia per jam dictas fines , ubi est ipsa vinea , annualiter apto tempore laborarent , et studiarent de super , et de subter ; hoc est scalciarent , adimplerent , propaginarent , potarent , ligarent , inpalarent , et ararent , sicut locus ipse meruerit , quatinus proficiat , et non dispereat , et bona pareat lavorata , et cultata , et clusam illam haberent; et de sortione mea de ipso cannietum , quod ibi infra ipse finis habemus , b. . . . . narent per omnis annum ipsa vinea , et pastinu , quod facturi sunt in ipsa alia priore pecia , et salices illorum demus , quante illorum ibique sufficiat ad ipse ambe pecie , et reserbarent sibi ipsi uterini fratres in ipsa priore pecia tantum vacibum , quantum bene justa ratione sufficiat illorum ad sedilia , ubi habitare debeant , et ubi faciant ortum ; et ubi habeant redita pro animalia sua . Nam ipso aliud pastenarent vinea de bono vitinio , vel si pomis , et illud lavorarent , et studiarent , qu . . . . do et usque nobem anni completi vinea facta , et inpalata , et cultata bona ibi habeant , sicut de tantos annos locus ipse meruerit ; et licentiam habeat ipso arbusto inde destruere , et abscindere , pro qua ipsa . . . . . . non illud meruerit , et perfectionem nullatenus ibi habuit . Et da ipsi nobem anni completi in antea jam ipsa vinea ibi facta habuerit , ut diximus , omni tempore sue potestatis tenere , et dominare , et omnes sue utilitates ibi facere justa ratione , et annualiter apto tempore illut lavorarent de super , et de subter , sicut locus ipse meruerit , ut proficiat , et non dispereant , et bona pareat lavorata , et de tota ipsa traditione curam et vigilationem haberet , et salbum illud facere . . . . et amodo , et semper annualiter apto tempore pro vindemia de ipsa vinea vetrana facerent scire me , vel meos heredes , ut illuc dirigamus Missum nostrum , et pro vindemia de ipso pastinu , quod illis pastenaverint , a quo vinum inde exierit annualiter , apto tempore similiter nos scire faciant , ut Missum nostrum illuc dirigamus , et illis totum illud vindemiarent , et vinum ipsum ibique ad palmentum procuremus , et poma , quas ibi fuerit , colligerent , et de omnis vinum , et poma , quam inde exierit , tollamus nos medietate , vel Missum nostrum , et ipsi fratres , et illorum heredes medietatem per partes , faciendum , quod voluerimus , et dum pro ipsa vindemia illuc steterimus nos , vel Missum nostrum , illis nos nutrire secundum illorum possivilitatem , et palmentatica nobis daret . De ortum autem , quod ibi fecerint , quacumque frudium inde exierit , terriam partem ibique ad Missum nostrum inde daret , et due sortis inde sibi haberent , et de quod in tota ipsa traditione seminaverint per annum similiter tertiam partem ibique ad Missum nostrum inde daret , et due sortis inde sibi haberet ; et si de hanc terram Salernitanam exierit pro aliubi ad avitandum , pro ira

ira seniori, aut pro generatione, inclita ipsa rebus perveniant nostre potestati; et si infra tribus annis in hanc terram ad abitandum redierint, et voluerit illud recolligere in supradicto hordine, potestatem haberent; tanto illo anno, quod redierit ibidem, si rebus ipsa lavorata invenerint, non querant illo anno de ipso frudio. Et stetimus semper illud eorum defensandum per hoc tinore, que isto brebem continet, da omnes homines, omnique partibus, et sicut illorum brebem continet, similem de istum, quod illorum modo emisimus, et per ipsi priori brebi, qui fuerunt facti in nomine de ipsum Nicola pater, et patrino illorum, nulle occasiones aliquando eorum preponamus, et quale tempus de ipsi nobem anni in antea rebus ipsa tenere, et lavorare noluerint, aut non potuerit, inclite rebus ipsa cultata, et studiata, sicut supra dictum est, revertat nostre potestati, et illis, et suis heredibus liceat inde exire cum omnia illorum causa movilia, et pergant ubi voluerint. Unde in eo hordine per convenientiam guadiam michi ipsi uterini fratres dederunt, et mediatore michi posuerunt se ipsis, ut, si taliter omnia suprascripta illis, et suis heredibus michi, meique heredibus non adimpleberint, et aliquid inde contradixerint, per ipsam guadiam componere obligaverunt se ipsi uterini fratres, et suis heredibus michi nominati Petri, quam et ad meis heredibus decem auri solidos Constantinos, et omnia suprascripta nobis adimplerent. Verumtamen ipsa sortione nostra de ipsa poma illis, et illorum heredes per omnes annos, postquam illam collexerit, nobis illam adducere ad domus nostra de hanc cives. Quod scripsi Ego Mirandus Notarius, qui interfui. Quam et hoc recolimus, ut per omnes annos per vindemie conciarent michi, meisque heredibus ipsi uterini fratres, vel illorum heredes una bucte da vinu, qui capiat tantum vinum, quantum de supradicta rebus nobis in sortionem evenerit, per suprascripta guadia, et obligata pena. Et si ego nominatus Petrus defunctus fuero, et heredes de me non fuerit, et pervenerit ipsa rebus ad extraneam personam, tunc ipsa bucte jam non concietis ad ipsa extraneam personam; quod subjunxi ego supradictus Mirandus Notarius. Ego Ademari me subscripsi, Ego Alderisi Notarius me subscripsi. Deinde feci legere ipsas cartulas, que ipse Disijus ostendit. Prima sexto anno principatus Domini Johanni, et primo anno Domini Guaimari ejus filii mense Magius secunda Indictione. Petrus filius Petri Judici venumdederat Giczo filio Johannis pro vice Anne uxoris ejus áplictum de terra cum solario ad Hortum magnum. Ab oriente fine ipsius Petri, sicut facienda arcora fabrita discernebat, et pedes septem; a septentrione fine ejus, et pedes decem et octo; ab occidente fine ejus, et pedes septem, et summisse unum, et uncie tres; a meridie fine de consortibus ejus, sicut facie de pariete fabrito discernit, et pedes decem et septem, et uncie tres: mensurati ad talem pedem, quantum cartula ipsa in capite erat lata, cum omnibus intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de andito da ipsa vinditione usque platea majore, ut justa ratione cum illorum congruitatibus ingredere, et regredere poteret, et cum sericidio extra ipsa menia. A septentrione in suo occidentem, et a meridie haberet sericidium in ipsa menia; et ipsa uxor ejus, et ejus heredes infra ipsa menia erga ipso pariete de consortes ejus canalem ponere, et habere, ut aqua, que discurserit de ipsa venditione, cecideret in ipso canale, et de ipso canale discurreret in ipsa fine sua ab occidente, ad faciendum inde ipsa Anna, et ejus heredes quod voluerit; et si illud ei defendere non potuerint, de colludio eis jurarent, et traderent eis ibique alia tanta, et consimilem rem cum suis edificiis, qualis diebus esse paruerit. Et si aliquando tempore ipsa vinditione vinditura habuerit, ipsi Petro, et illius heredibus illud vinderent justo valiente pretium, sicut ipsa carta continet scriptam per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt ipse Petrus, et Jaquintus Notarius. Secunda decimo anno principatus Domini Johanni, et quinto anno Domini Guaimari ejus filii mense Magius sexta Indictione. Ipse Petrus filius Petri Judici in causationes fuerat cum Maraldo Clerico, et Vestarario ipsius Domini Principis de ipsum áplictu de terra cum casa ad Hortum magnum, quod ille venumdederat ipsi Anne uxori Giczi, sicut suprascripta cartula continet, et dice-

tebat ipse Maraldus, ut ipsa Anna donasset et ipsum aplictum, qualiter ei datum fuerat per ipsius Petri solutionem, et ipse Maraldus ostenderat due cartule; una erat suprascripta cartula, altera, qualiter ipsa Anna per ipsius Petri solutionem donaverat ipsi Maraldo ipsa terra per ipse finis, et mensure cum vice de via sua, et cum fericidio, et omnia, qualiter ab ipso Petro ei datum fuerat, ipse Maraldus, et suis heredibus, seu cui, vel ubi per illis datum paruerit, illud habendum, et faciendum quod voluerint; et ipse Petrus manifestaverat, ut cartulas ipsas veraces esse; et sicut inter eos placuerat, tradiderat ipse Petrus ipsi Maraldo ipsa terra per ipse fines, et mensure cum vice de ipsa via, et cum ipsa fericidia, et qualiter continebat ambo ipse cartule, sic inclitum illud ipsi Maraldo tradiderat, securiter semper ille, et ejus heredes, et cui, vel ubi per eos datum paruerit, et illorum heredes eos habendum, et omnia exinde faciendum, quod voluerit, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium; in ea subscripti Lando, Petrus Comes, Romoaldus Notarius. Tertia decimo anno principatus Domini Johanni, et quarto anno Domini Guaimati ejus filii mense Februarius sexta Indictione. Ipsa Anna relicta Giezi clarefecerat ei pertinere ipsum aplictum de terra cum casa ad hortum magnum per datum suprascripti Petri filii Petri Judicis per fines, et mensuras cum vice de via sua da ipsa vindictione usque platea, et cum ipsa fericidia; quemadmodum suprascripta carta continet. Et ipsa Anna per ipsam cartam, per absolutionem ipsius Petri filii Petri Judicis, et illo astante donaverat suprascripto Maraldo Clerico, et Vestarario totum, et inclitum, quantum dixerat ei per ipsum Petrum datum fuerat, securiter ille, et ejus heredes, seu cui, vel ubi per eos datum paruerit, et ejus heredes illud habendum, et faciendum quod voluerint, sicut ipsa carta continet scripta per Romoaldum Notarium, in qua subscripti sunt Jaquintus, et Romoaldus Notarius, et Amatus. Quarta duodecimo anno principatus Domini Johanni, et sexto anno Domini Guaimari ejus filii mense Nobember octaba Indictione. Maraldus Clericus filius Saliconis Presbiteri conjunctus fuerat cum Marum, que fuerat uxor suprascripti Petri filii Petri Judici, propter patiete, quod ille fabricaverat in terra ipsius Marum intus hanc civitatem ad Hortum magnum, in quam arcora fabricata fuerat, que erat erga casis ipsius Maraldi, que ipsa Marum cum ipso viro suo ei confirmaverant, et ipsa Marum tradiderat ei de ipsa terra sua in omni loco summissi tres, et per longitudo pedes nobem, et summisse, ut in ipsa terra fabricare parietem in altum, quantum fuerat ipsa casa ipsius Maraldi, et si plus voluerit fabricare, potestatem haberet in altum, quantum voluerint, et in ipso pariete nullam foramen facere, unde una pars ad alteram aspicere poteret, et omni tempore ille, et cui per eos datum paruerit, et illorum heredes haberent medium ipsum parietem ab occidente faciendum quod voluerint, et ipsa Marum, et ejus heredes haberent medietatem ab oriente, ut omni tempore parietem ipsum salbum fierent justa ratione, sicut ipsa carta continet scripta per Romoaldum Notarium; in ea subscripti Adenolfus, Teudericus, Aghenardus Notarii. Quinta decimo anno principatus Domini Johanni, et quinto anno Domini Guaimari ejus filii mense Junius sexta Indictione. Ipsi Petrus filius Petri Judicis, et Marum uxor ejus clarefecerat ipse Petrus, quoniam per firmam cartulam venumdederat ipse Anne relicta Giezi ipsum aplictum de terra cum casa, quemadmodum suprascripta carta continet, et ipsa Anna donaverat illud suprascripto Maraldo Clerico, et Vestarario, qualiter ei datum fuerat; et ipse Petrus per suprascriptam cartam confirmaverat illud ipsi Maraldo Clerico, et mensuraverant pro fericidio suprano tota ipsa venditione da facie de pariete de ipsi consortes ejus, qui erat a meridie da ipso pariete in septentrionem usque finem ipsorum erga arcora illorum, que erant in oriente pedes octo, et summisse unum, et mensuraverant illud ab occidente da ipso pariete de ipsi consortes eorum in septentrionem pedes nobem, et uncie tres, et per longitudinem a septentrione pedes decem et octo, securiter illud haberet ipse Maraldus, et cui per eum datum paruerit, et illorum heredes cum vice de ipso andito ad faciendum quod voluerit, et de

de illud, quod posuerat a septentrione fine illorum, donaverat ipsi Maraldo per fines et mensuras. Ab oriente fine facies de ipsa arcora illorum fabricata pedem unum; a meridie fine ipsius Maraldi pedes decem, et octo; ab occidente fine illorum, que inferius ei donaverat, pedem unum; a septentrione fine andito, ... et pedes decem et octo, et donaverat ipsi Mataldo de ipsa terra illorum, ab occidente per fines, et mensuras; a meridie fine facie de pariete ipso de ipsi consortes illorum pedes sex; ab oriente fine ipsius Mataldi, quod ei confirmaverat pedes decem, et uncie tres. a septentrione fine ipso andito ..... pedes sex; ab occidente fine eorum, et de consortibus illorum commune pedes decem, et uncie tres, cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de ipso andito, de quantum retinebat ipsa donatio, et usque platea, ut justa ratione cum omnibus illorum congruitatis inde ingredere, et regredere poterent, et cum sericidio extra ipsa menia a septentrione, ut ciciderer in ipsum anditum, et a meridie potestatem haberent in ipsa menia erga parietem de ipsi consortes illorum canalem ponere, et habere, ut aqua, que discurrerit, ciciderent in ipso canale, et ipsa aqua de ipso canale discurreret in ipsa terra illorum commune, que erat ab occidente, ad faciendum inde ille, et ejus heredes, et cui, vel ubi per eos datum paruerit, et illorum heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt Friderisi, Alfanus, et Pando. Sexta duodecimo anno principatus Domini Johanni, et septimo anno Domini Guaimari ejus filii mense Junius octaba Indictione. Ipse Maraldus Clericus, et Vastararius conjunctus fuerat cum ipsa Marum, que fuerat uxor ipsius Petri filii Petri Judici, et tando erat uxor Petri filii Leonis, propter terra, et casa de intus hac civitate ad Hortum magnum, quod ipse Maraldus residebat. Unde ille cum ipsis Marum, et vir ejus in causationes fuerant, ut illi ipsa terra, et casa, et andita de ipsa casa ei contrasset; et ipse Mataldus sex scriptionibus ostenderat, de quibus in ipsa carta declaratum erat. Cum autem lecte fuerant, dicebat ipse Maraldus, ut ipsa Marum, et jam dictus vir ejus contrasset ei terra, et casa, et andita, que ipse scriptionibus continebat; ipsi vir, et uxor dixerant, ut ipsa terra, et casa, et ipsa andita, que ipse scriptionibus continebat, non ei contrasset; nec de ipse scriptionibus aliquid contradixisset. Etiam et manifestaverant, ut omnia, quantum ipse scriptionibus continebat, veracem esse, et nulla inde contradicere poterent, sicut ipsa carta continet scripta per Aghenatdum Notarium, in qua subscriptus est Adenolfus. Septima tertiodecimo anno principatus Domini Johanni, et septimo anno Domini Guaimari ejus filii mense December nona Indictione. Suprascripta Mira filia Andree, que fuerat uxor Atenolfi Castaldei, et Pando filius eorum; clarificaverat ipsa Mira ei pertineret per successionem ab ipso Andrea, et per sua ratione terra cum parietibus fabritis, et terram vacuam cum curticella ibique conjuncta intus hanc civitatem ad Hortum magnum; et ipse Pando per sua ratione ibi sortionem habere debebat. Et ipsi Mira, et Pando venumdederant ipsi Maraldo Clerico, et Vestarario ipsa terra cum parietibus fabritis, et terra vacua, et curticella de intus hanc civitatem ad Hortum magnum per fines, et mensuras. A meridie fine medium parietem fabricatum, qui discernebat a casa Landemari Cletici pedes vigintiocto; ab oriente fine strectola erant; a meridie ipse parietem pedes decem, et summisse, et uncie tres; et revolvebat in orientem pedes tres, et summisse, et uncie quattuor; et revolvebat in septentrionem pedes duo, et summisse, et uncie tres; a septentrione fine ipsius Maraldi, et fine terra, quam ei venumdederant, et pedes triginta, et summisse, et planta; ab occidente usque medium ipsum parietem pedes quattuotdecim minus uncie tres. Et venumdederat ipsi Maraldo ipsa terra vacua conjuncta cum illud, quod superius ei venumdederat per fines, et mensuras. A meridie fine illud, quod ei venumdederat, et pedes sex; ab occidente fine facie de pariete fabrito, et exiebat in andito communi pedes decem, et summisse; a septentrione fine ipso andito communi, et pedes sex; ab oriente fine ipsius Maraldi et pedes decem, et uncie tres, mensuratum ad talem pedem, quantum ipsa cartula in

in capite erat lata, cum omnibus intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de ipso andito, ad faciendum inde ille, et ejus heredes, et cui per eos datum paruerit, et ejus heredes, et cui carta ipsa in manu paruerit quod voluerit; et dederat eis due scriptionis pertinentes de ipsa venditione, sicut ipsa carta continet scriptam per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt Madelfreda, et Disiju, Landoari, et Adenolfus. Octaba quintodecimo anno principatus Domini Guaimarii mense September secunda Indictione. Dumnellus Presbiter, et Abbas Ecclesie Sancte Marie pertinentis supradicto Principi, et Johanni fratri ejus declaraverat, quoniam per firmam cartam ipse Petrus filius Petri Judicis confirmaverat Arechisio filio Petri omnes res suas staviles, ubique inde dederit inventus tam intra hanc civitatem, quam et foris locis Bespanicu, et Jusuni, et Locubia, et Pandola, et Forinu, et per fines, et pertinentias ipsorum locorum, et per aliis locis ubique exinde dederit inventus per totum Principatum Salernitanum cum omnibus muniminibus ex ipsis rebus pertinentibus, ad faciendum inde ille, et cui per eum datum paruerit quod voluerint, et ipse Arechisius donaverat illud Sicelgaite Principisse, et ipsa Sicelgaita illud confirmaverat in prefate Ecclesie Sancte Marie ad faciendum inde pars ipsius Ecclesie quod voluerit; et ipse Dumnellus Presbiter, et Abbas per convenientiam tradiderat ipsi Petro medietatem jam dicte rebus de ipsis loco Bespanicum, Jusuni, Locubia, Pandola, Furinu, et per fines, et pertinentias suprascriptorum locorum, et per aliis locis ubique exinde inventus dederit foris hac civitate per totum Principatum Salernitanum de rebus ipsa pertinentibus ipsius Petri filii Petri Judicis ipsi Petro filio Jaquinti Sculdais tradiderant cum omnibus intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de via sua; et cum muniminibus inde continentibus, ad faciendum inde ille, et ejus heredes quod voluerit, sicut ipsa carta continet scripta per Romoaldum Notarium, in qua subscripti sunt Adenolfus, et ipse Dumnellus Presbiter, et Abbas, et aliis. Nonam quintodecimo anno principatus Domini Guaimari mense September secunda Indictione. Declaraverat ipse Dumnellus Presbiter, et Abbas ipsius Ecclesie Sancte Marie, quoniam per Domina Sicelgaitam Principissam confirmatum erat in ipsa Ecclesia res, qui fuerat ipsius Petri filii Petri Judicis, et per eum data fuerat suprascripto Arechisi, et ipse Arechisius illud dederat ipsius Principisse; unde ipse Abbas cartam offertionis, et aliud scriptionis. Ipsa carta offertionis continebat, qualiter ipsam Domina Princeps clarificaverat, ut ipse Petrus filius Petri Judicis tradidisset ipsi Arechisio omnes res suas staviles, ubique dederit inventus, tam intus hanc Salernitanam civitatem, quam et foris locis, qui dicitur Vespanicu, et Jusuni, Locubia, Pandola, et Furinu, et per fines et pertinentia ipsius locis, ubique dederit inventus, cum muniminibus ex eis pertinentibus; exceptuaverat res suas, quod habebat in Benevento, et in Capua; et ipse Arechisius illud donaverat ipsi Principisse, qualiter ei per ipsum Petrum datum fuerat, et ipse Abbas per convenientiam tradiderat ipsi Petro filio Jaquinti Sculdais inclitum quantum ad pars jam dicte Ecclesie fuit, et erat, seu fuerit pertinentia de ipsis terris, et casis, et presa, et curte, et andita intus hanc civitatem, que fuerat ipsius Petri filii Petri Judici, que ad pars jam dicte Ecclesie pertinebat, vel undecumque ad jam dicta Ecclesia fuerat, et erat pertinente, vel esse debuerat, cum omnibus infra se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, ad faciendum inde ille, et ejus heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt Truppoalt Scolsaiz, et Comes, et Adenolfus, et ipse Dumnellus Presbiter, et Abbas, et aliis. Decima sextodecimo anno principatus Domini Guaimari filii Domini Guaimarii mense Januarius secunda Indictione. Conjunctus fuerat ipse Petrus filius Jaquinti Sculdais cum suprascripto Petro filio Pandonis, et per ipsum filium Jaquinti ostensum erat unum scriptum, et inter cetera, que continebat, continebat, ut perrexisset super terra cum casa, que ipse filius Pandonis monstraverat per fines. Ab occidente fine platea; a meridie fine anditum; ab oriente fine Ecclesia Sancte Marie; a septentrione fine Magelgardi; et monstraverat ipsum anditum adjunctum ad ipsam terram

cum

cum casa a meridie ; et dicebat ipse filius Pandonis, ut ipsa terra cum casa cum vice de ipso andito, et curte ei esse pertinentem per ipsa munimina, quod hostenderat ipse Petrus, et Itta uxor ejus dixerant eorum pertinere, et per expleta possessione illud possedissent; et ipsam terram cum casa ipsi Petrus, et Itta possidebant; ideo inter eis judicatum fuerat, ut ipse filius Pandonis pararet sancta Dei Evangelia, et ipsi vir, et uxor per sacramentum ad ipsa Evangelia secundum legem jurarent, ut que illi, et ipsi Petrus, et Matum genitor, et genitrice ipsius Itte, que ipse Dumnellus Presbiter, et Abbas, que Monda abia ipsius Itte per expletos triginta annos, qualiter ipsa terra cum casa monstrata fuerat, cum vice de ipsa curte, et ipso andito da meridie possedissent, et dominassent, et legibus eis pertineret. Et parati erant cum Sacramentalibus suis secundum legem sacramentum ipsum persolvere. Set antequam illud persolberent, venerant inde inter se ad convenientiam, et ipse filius Pandonis per susceptum launegilt donaverat eis ipsum sacramentum. Et ipse filius Pandonis manifestaverat ipsi filio Jaquinti, et ad ipsa Itta de tota ipsa terra cum casa per supradictas fines, et de ipsa vice de ipso andito, et de ipsa curte, quod ipse filius Pandonis monstraverat, ut nec ipse filius Pandonis, nec ejus heredes, nec nullus homo pro ejus parte cum ipso filio Jaquinti, nec cum ipsa Itta, nec cum illorum heredibus exinde causare non poterent, neque per testes, neque per monimen, neque per nulla ratione, sicut ipsa carta continet scripta per Mirandum Notatium, in qua subscripti sunt Grimoalt Comes, et Ademari Judices. Undecima septimodecimo anno principatus Domini Guaimarii mense Octuber quarta Indictione. Johannes Vestararius ipsius Domini Principis claresecerat, ut venumdedisset ei Maraldus Episcopus Sancte Sedis Sirrentine terra cum casa fabrita solata cum scale fabrite, et sericidiis intus hanc civitatem ad Hortum magnum prope Ecclesiam Sancte Marie, sicut ejus carta continebat, et venumdederat ei ipse Episcopus inclita rrs sua de Propiciano, ubi Tauranico dicebatur; et per aliam cartam venumdederat ei ipse Episcopus peciam de rebus, quod habebat in ipso loco Propiciano, et venumdederat ei monimen continente de ipsis terra cum casa, es rebus. Unde ipse Vestararius ostenderat scriptionibus, et monimen exinde pertinentem, ex quibus in ea declaraverat. Et cum fuerant lecte ipse Johannes Vestararius per ipsam cartam venumdederat ipsi Petro filio Jaquinti Sculdais inclita ipsa terra cum casa cum scale fabrite sue, et cum sericidio suo, et qualiter conciata, et edificata erat, et cum vice de via, et andita sua, et venumdederat ei tota supradicta rebus a foras hac civitate de predicto loco Propiciano, ubi Tauranico dicitur, cum inclito molino, et cum casa, que in ipsa rebus edificata erat, de quantum ei fuerat, et erat pertinente intus hanc civitatem pro dicta terra, et casa, et de quanta rebus in predicto Propiciano, ubi Tauranico dicitur, quod ambo ipse scriptionibus erat continente, quod ipse Episcopus ei emiserat, inclitum illud ei venumdederat cum omnibus infra ipsis rebus habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de vie sue, et venumdederat ei tota ipsa munimina, que ibi declarata erant, cum omnia, quantum continebat, ad faciendum exinde ille, et ejus heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua subscripti sunt Landenolfus, Alfanus, Truppoalt Scolsaiz, et Comes. Duodecima. In nomine Domini tricesimosecundo anno principatus Domini nostri Guaimarii, et tertio anno principatus Domini Guaimari ejus filii gloriosi Principibus mense Octuber quarta Indictione Memoratorium factum a me Petrus filius quondam Jaquinti Sculdais, eo quod ante presentia Ragemprandus Judex pro vice mulieri nomine Itta uxor mea filia quondam Petri per convenientiam tradidit Ursi filio quondam . . . . . terram meam cum casa lignicia solarata ad Hortum magnum, qui pertinet ipsius mulieri conjuncta ad Platea Dominica, que est infra hec finis, et mensure. A pars occidentis fine ipsa platea inde sunt pedes tredecim; a pars meridiei inde sunt pedes octo; a pars orientis inde sunt pedes tredecim, & planta una; a pars septentrionis fine anditum nostrum, inde sunt pedes septem; suprascripta mensura justo pede manu homini mensurata. Suprascripta terra cum casa, per supra-

supraſcripte fines, et menſure ci tradidit eo hordine, ut amodo, & uſque ſex anni completi ille, et ejus heredes ibi reſidere, et habitare, et omnis illorum utilitatis juſta ratione ibidem facere, et ad reſidendum illam dare uſque ipſo conſtitutum, cui voluerit, et ſemper quando meruerit, juſta ratione ipſa traditione cooperire, et conciare faciamus; et ego, et meis heredes uſque ipſi ſex anni completi defenſemus ipſius Urſi, et ad ejus heredes integra ipſa terra cum caſa per ſupraſcripte finis, et menſure cum vice de ipſa platea, et de ipſo anditum ab omnis homines, omnique partibus, et non illud eorum ante ipſi ſex anni queramus tollere, aut contrare. Et per convenientiam ante ipſum prefatum Judex guadiam michi ipſe Urſu dedit, et fidejuſſorem michi poſuit ſe ipſum per partes placentes, et per ipſam guadiam obligavit ſe, et ſuos heredes, ut omne anno amodo, et uſque ipſi ſex anni completi dare michi, meique heredibus pro vice ſupradicte uxoris mee per omnem annum de menſe Octuber tres auri tarì boni de moneta peſanti, que illis diebus per hanc cives andaverit. A completi ipſi ſex anni integra ipſa terra cum caſa cluſa bona cooperta, ſicut meruerit, ad meam, et de meis heredibus remittat poteſtatem, faciendum inde quod voluerimus, et liceat ipſo Urſo, et ejus heredes, et homines, qui ibi miſiti habuerit, inde exire cum omnis illorum cauſa movilia, et pergeret cum illud ubi voluerit. Et ſi, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ipſe Urſu, et ſuos heredes michi, et ad meis heredibus non adimpleberint, et illud vel exinde removere, aut contradicere preſumpſerit, per ipſam guadiam obligavit ſe, et ſuos heredes componere michi, et ad meis heredibus triginta auri ſolidos Conſtantinos, et omnia ſupraſcripta adimpleret; quod ſcripſi Ego Ademari Notarius. Ego qui ſupra Ragenprandus Judex. Tertiamdecima. In nomine Domini viceſimotertio anno principatus Salernitani Domini noſtri Guaimari, et tertio anno principatus ejus Capue, et ſecundo anno ducatus ejus Amalfi, et Surrentu glorioſi Principibus menſe September nona Indictione. Memoratorium factum a nobis Diſidius, et Dauferi germani filii quondam Petri Barbuti, eo quod ante preſentia Ademari Comiti, et Judici per convenientiam ad tenendum, et reſidendum tradidimus mulieri nomine Rogata relicta quondam Manſoni, et filia quondam .... terra cum caſa noſtra lignicia ſolarata, quod nos habuimus intus hanc Salernitanam civitatem ad Hortum magnum, qui eſt per has fines, et menſuras. A parte occidentis fine platea, ſunt inde pedes tridecim; a parte meridiei habet inde pedes octo; a parte orientis habet inde pedes alii tredecim, et planta; a parte ſeptentrionis fine anditum noſtrum, et inde ſunt pedes ſeptem: totum ad juſto pede manu homini menſuratum. Hec autem ſupraſcripta terra cum caſa per ſupraſcripte finis, et menſure ipſius Rogate ad reſidendum tradidimus. Ea ratione, ut amodo, et uſque ttes anni completi ipſa Rogata in ipſa caſa reſidere, et habitare, fovee, et omnes ſue utilitates juſta ratione ibi facere, et per omne annum amodo, et uſque ipſi tribus anni completi ipſa Rogata, et ejus heredes dare nobis, noſtriſque heredibus cenſum pro ipſa caſa tres auri tarì boni faciendum nos de ipſi tarì quod voluerimus; et nos ipſa caſa conciemus bona, ſicut meruerit. Et ipſa Rogata per convenientiam guadiam nobis dedit, et fidejuſſorem nobis poſuit ſe ipſam, et per ipſam guadiam obligavit ſe, et ſuos heredes, ut ab ipſo conſtitutum completum tota ipſa terra cum caſa, qualiter ſupra legitur, nobis remittere, faciendum exinde omnia quod voluerimus, et liceant illa, et ſuos heredes inde exire cum omnis ſua cauſa movilia, et ire cum illud ubi voluerint ſine contrarietate noſtra. Quod ſi taliter omnia ſupraſcripta ipſa Rogata, et ſuis heredibus nobis, noſtriſque heredibus non adimpleberint, et aliquid exinde contradixerit, per ipſam guadiam, et convenientiam componere obligavit ſe, et ſuos heredes nobis, noſtriſque hetedibus viginti auri ſolidos Conſtantinos, et ſupraſcripta nobis adimplere; quod ſcripſi Ego Truppoaldus Notarius. Ego qui ſupra Ademari Judex. Quartadecima. In nomine Domini duodecimo anno principatus Domini noſtri Giſulfi glorioſi Principis menſe Martio ſexta Indictione Memoratorium factum a nobis Diſijo, et Dauferi germani filii quondam Petri Barbuti. Coram ſubſcribendis

teſtibus

testibus per convenientiam ad tenendum, et residendum tradidimus Maria Cacaczola filia quondam Stefani inclita terra nostra cum casa lignicia solarata intus hanc Salernitanam civitatem in Horto magno, qui est per fines, et mensuras justo pede manus hominis mensuratas. A parte occidentis est finis platea inde pedes tredecim; a parte meridiei habet pedes octo; ab oriente habet pedes tridecim, et planta; a parte septentrionis fine anditum, inde pedes septem. Hec autem suprascripta terra cum casa per suprascriptas fines, et mensuras nos suprascripti germani ipsius Maria illam tradidimus ea ratione, ut amodo, et usque tres anni completi illam, et ejus heredes ibi residere, et habitare, fovee, et omnes illorum utilitates justa ratione ibi facere; et per omnem annum de suprascripto mense in kalendis amodo, et usque completi ipsi tres anni deant illis nobis, nostrisque heredibus tres auri tarenos bonos, faciendum nos de ipsis tarenis quod voluerimus. Et per convenientiam ipsa Maria guadiam nobis dedit, et fidejussorem nobis se ipsam posuit, et per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes amodo, et suprascriptum constitutum combletum in ipsa terra cum casa residere, et habitare, sicut suprascriptum est, et nos suprascripti germani suprascriptam casam cooperiamus, et conciemus eorum, sicut meruerit, justa ratione, et defensemus illam eorum ab omnibus hominibus. Ad completi ipsi tres anni tota suprascripta terra cum casa clusa, et coperta remittant illis ad nostram potestatem, faciendum nos exinde quod voluerimus, et liceat illis inde exire cum omne illorum causa, et ire ubi voluerint absque nostra, et de nostris heredibus contrarietate. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa Maria, et suos heredes nobis non adimpleberint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam, et convenientiam obligavit se, et suos heredes componere nobis, nostrisque heredibus viginti auri solidos Constantinos, et, sicut superius scriptum est, nobis adimplere. Omnia suprascripta fecit ipsa Maria cum voluntate de Mundoalt suum; et taliter scripsi Ego Johannes Notarius. Ego Petrus Notarius me subscripsi, Ego Johannes Notarius me subscripsi. Cum autem suprascripte cartule fuerunt ostense, dixit ipse Disijus, ut ipsa terra cum casa, que est intra hanc civitatem, que ante me monstrata fuit, et ipse res foris hac civitate, que ante me monstrate fuerunt, sibi, et Dauferio germano suo pertinere per suprascriptas cartulas, quas ostendit. Ipse infans dicebat sibi, et Johanni, et Pandoni, et Petro jam dictam terram cum casa, et ipsas res pertinere per suprascriptas cartulas, quas ipse Lando infans ostendit. Et ipse infans dixit, ut ipse tres cartule, quas ipse Disijus ostendit, que superius per ordinem declarate sunt, quarum una scripta est per ipsum Ademarium Notarium, altera per ipsum Truppoaldum Notarium, alteram per ipsum Johannem Notarium, false essent. Ipse Disijus dixit illas veraces esse, et secundum legem illas adverare posse, et dixit ipse Disijus, ut suprascripte due cartule, que superius per ordinem declarate sunt, quas ipse infans ostendit, quarum una scripta est per ipsum Jaquintum Notarium, altera per ipsum Mirandum Notarium, false essent. Ipse infans respondit illas veraces esse, & secundum legem illas adverare posse. Ego autem, dum taliter illos inter se causantes audivi, coram ipsis abunculis ipsius infantis iudicavi, & ipsum infantem cum jam dicto Disijo guadiare feci, ut per partes pararent inter se sancta Dei Evangelia, & prius ipse Disijus secundum legem per sacramentum ad ipsa Evangelia suprascriptas tres cartulas, quas ipse Disijus ostendit, que superius per ordinem declarate sunt, adverent; et ubi taliter illas adveraverit, ipse Disijus, et jam dictus Dauferius germanus ejus, et illorum heredes semper securiter habeant ipsam terram cum casa, quam ipse cartule continent, secundum textum de ipsis cartulis, et faciant ex ea quod voluerint absque contrarietate ipsius infantis, et heredum ejus; et ibique presentaliter ipse infans secundum legem per sacramentum ad ipsa Evangelia suprascriptas ambas cartulas, quas ipse infans ostendit, que superius per ordinem declarate sunt, adveret, et ubi taliter ipsas cartulas adveraverit, ipse Lando infans, et jam dictus Johannes, et Pando, et Petrus germani ejus, et illorum heredes semper securiter habeant ipsas

res, quas ipse cartule continent, secundum textum de ipsis cartulis, et faciant ex eis quod voluerint absque contrarietate ipsius Disigii, et heredum ejus, et per partes inter se fidejussorem posuerunt Pandonem Clericum filium quondam Landolfi Comitis. Superius inter virgulos scriptum est de Propiciano. Et taliter pro parte ipsius Disigj te Ademarium Notarium scribere precepi.

✠ Ego qui supra Johannes Judex.

XXXV.

Petrus Clericus filius quondam Johannis facultate habita ab Alferio Diacono, & Archipresbytero, seu Abbate, & uno ex Dominis Ecclesiae S. Maximi intra Salernum in perpetuum concedit Johanni filio quondam Petri Lademari terram cum arbustis vitatis, ubi plagariae *sunt, Nuceriae in loco, qui Ajella dicitur, quam ipse in beneficium tenet a supradicta Ecclesia, pro medietate vini, & terratico consueto. anno 21. Guaimarii principatus Salerni, & 1. principatus Capuae, & ducatuum Amalphiae, & Sirrenti mense Augusti 7. Ind. (Christi anno* 1039.) *Arc.* 30. *n.* 4. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoprimo anno principatus Salerni Domini nostri Guaimarii gloriosi Princ pis, et primo anno principatus ejus Capue, ac primo anno ducatu ejus Amalfi, et Surrenti mense Agustus septima Indictione. Memoratorium factu a me Petrus Clericus filius quondam Johanni, eo quod ante presentia Domini Alferi venerabili Diaconi, et Archipresbiter, seu Abbatis Ecclesia Sancti Maximi situm intus anc Salernitanam civitatem, qui est ipse Dominus Alferus unum de Dominii ipsius Ecclesie, et ibi adessent ydoneis hominibus, per largietatem, et absolutionem ipsius Domini Abbati tradidi Johanni filio quondam Petri Lademari de locum Nuceria una pecia de terra cum arbustis vitatis pertinentem ipsius Ecclesie, quod abet in vocabulum, que dicitur Ajella, ubi plagarie sunt, in ipso hactu Nuceria, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius Ecclesie, habentem as fines, et mensuras. A parte septentrionis fine bia publica, que pergit ad ipse turrim, et ad ipsi parieti sunt inde passus sexagintaocto; a parte occidentis fine, sicut termiti ficti sunt, habet inde passus quinquagintatres, de super parte, quod est a meridie fine ipsius Ecclesie Sancti Maximi, sunt inde passus sexaginta tres; a parte orientis fine, sicut poju discernit, et fine de ipsa Ecclesia, sunt inde passus quinquagintaquadtuor, et exiente usque in ipsa bia publica, que est priore fine: totum ad justo passu homini mensuratum per istas fines, et mensuras. Inclitum illut da ante os plures annos illut tenuir per alium brebem a pars ipsius Ecclesie; et modo per conbenientiam per isto brebem illur eidem Johanni tradidi cum vice de bia sua, una mecum esset Amatus Judex Advocator ipsius Ecclesie; tali hordine, ut amodo, et semper ad sua, et de suis heredibus natos nascentes sint potestatis illut tenendum, et dominandum, sobee, et omnis sue utilitatis ibi facerent, et reditum ibi facere, et sibe illis, sibe omo, quod ibi miserit, ibi residere, et abitare, et salbum illut facerent, et totis arbustis de ipsa traditione annualiter apto tempore laboraret de super, et de supter, sicut locus ipse meruerit, et ubi meruerit, arbores, et vites planctaret, et propagines trajeret, et surjeret, et sic illut cultaret annualiter, et hoperarent, ut semper in melius proficiad, et non disperead, et bonum paread laboratum, et studiatum, et annualiter per vindemie scire faciant me, vel pars ipsius Ecclesie, ut illuc pergamus, aut dirigamus Missum nostrum, et illis totis arbustis de ipsa traditione suis temporibus vindemiarent, et

ad

ad palmentum procuraret, et de omnis vinum, quod inde exierit, tollad pars ipſius Eccleſie ibique ad palmentum medietate, et illis medietate, et ipſa ſortionem ipſius Eccleſie de ipſo vinum, hoc eſt medietate, illis reponad per annum in redito, indeque in organea da vinum, que ibique illorum dederimus, que per illis ſit bona conciata, et ſtudiata, et faceret ipſo vinum ipſius Eccleſie ſalbum, donec illut inde tollamus abſque degeneratione, et ignem; et dum pro ipſa vindemia per annum ibi ſteterit pars ipſius Eccleſie, illis nos notrire ſecundum ſuam poſſivilitatem, et palmentatica nobis daret, ſicud conſuetudo eſt in ipſo locum; et de quod per annum ibi ſeminaberint, terraticum ibique ad aream per annum ad pars ipſius Eccleſie, quem ſcire fecerint, inde darent, ſecundum conſuetudo ipſius locis, et totum ipſo aliut ſivi haberent. Er ſtetit, ut, ſi cellarium fecerint, pars ipſius Eccleſie in ipſo vocabulum pariti ad reponendum vinum, ipſa ſortione ipſius Eccleſie de ipſo vinum de predicta traditione per annum ad ſuo expendio portaret ad ipſo cellarium da pariti, et reponeret illud ibique in organea, indeque ubi adjubatè ſteterunt per annum ad conciandum, et ſtudiandum per annum; et qualis tempore illut tenere, et laborare noluerint, aut non potuerint, tunc inclita ipſa traditione per jam dictas fines, et menſuras cultata, et ſtudiata de bonis, et perfectis arbuſtis vitatis remittant illut in pars ipſius Eccleſie circoitum bonum cluſum; et amodo, et ſemper, dum illut tenuerint, circoitum ipſa rebus cluſa bona aberet, et licead illum, et ſui eredes, ſeu hominem, quod ibi miſerit, inde exire, poſtquam illut ammiſerit, cum omnia ſua cauſa mobilia, et pergad ubi voluerit. Unde in eo hordine per conbenientiam guadiam mihi dedit ipſe Johannes, et mediatorem mihi poſuit ſe ipſum per partes placentem, ut ſimiliter omnia ſupraſcripta per ſupradictum hordinem ille, et ſui eredes in pars ipſius Eccleſie non adimpleberint, et aliquit inde contradixerint, per ipſa guadia componere obligavit ſe ipſe Johannes, et ſuos heredes, natos naſcentes mihi, et in pars ipſius Eccleſie triginta auri ſolidos Coſtantinos. Verumtamen hoc memoramus, quia ipſa rebus, que ei tradidi, abet a pars occidentis fine, ſicut termiti ficti ſunt, inde paſſus quinquagintatres, ſicut ſupra legitur, et appoſuit ad pignerandum in pars ipſius Eccleſie omnia ſua cauſam legitimo, et inlegitimo. Quod ſcripſi Ego Myrandus Notarius. Verumtamen ipſo ſupraſcripto diſturbatum dicit reditum ibi facere, et illis, ſive omo, quod ibi miſerit, ibi abitare, et ſalbum illud faceret; quod ſubjunxi Ego predictus Myrandus Notarius.

✠ Ego Alderiſſi Notarius me ſubſcribſi

✠ Ego Urſus me ſubſcripſi.

XXXVI.

Guaimarius Princeps, & Gisulphus ejus filius concedunt Johanni Abbati Ecclesiam S. Angeli in Monte Coraci cum omnibus bonis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus; nec non Ecclesiam S. Martini in finibus Lucanie, ubi ad Sala dicitur, cum omnibus etiam ejus bonis. anno 26. Guaimarii principatus Salerni, 6. principatus Capuae, 5. ducatuum Amalphiae, et Sirrenti, 2. dictorum principatuum, & ducatuum Gisulphi eius filii, & 2. eorum ducatuum Apuliae, & Calabriae mense Decembri 12. Ind. (Christi anno 1043.) Arm. 1. G. n. 67. in membrana, in qua fuit olim sigillum affixum cum contrasigillo.



IN nomine Domini Dei Eterni Salvatoris nostri Jesu Christi Waimarius, et Gisulfus divina favente clementia Langobardorum Gentis Principes, et Duces. Pro amore omnipotenti Deo, et nostre salutis anime concedimus tibi Johanni venerabili Abbati Ecclesia vocabulum S. Angeli, que sita est in Monte, qui vocatur Coraci, cum terris, et vineis, et casis, et cum omnia, que ipsi Ecclesie habere videntur. Et est terra ipsa, ubi predicta Ecclesia sita est, in omni parte passus quingentos, justo passu hominis mensurati. Sic tamen, ut tu jam dictus Johannes Abbas Sancti Archangeli omnibus diebus vite tue prefatam Ecclesiam S. Angeli tenere debeas, et dominare, et possidere, et frudiare cum omnia infra se habentibus, omnibusque sibi pertinentibus. Seu et concedimus tibi supranominati Johanni venerabili Abbati Monasterii S. Archangeli Ecclesia vocabulum S. Martini, que sita est in finibus Lucanie, ubi ad Sala dicitur, cum terris, et vineis, et cum omnia infra se habentibus per has fines. A parte orientis fine aqua, que decurrit per ipso gualdu, et saliente per ipso ballone, et pergente usque in serra, et revolvente per ipsa serra, et conjungente in ipso ballone, unde perhenis aqua decurrit, et descendente per ipso ballone, et conjungente da ipso ballone, qui est priore finem. Prefata vero Ecclesia cum omnia infra se habentibus, et cum omnia . . . . superius legitur, tibi . . . . concedimus omnibus diebus vite tue absque cujuslibet contrarietatem, vel requisitionem; ita tamen, ut aliquando non . . . . hec omnia sub . . . . sub Principibus . . . . et neque a nostris Iudicibus, Comitibus, aut a quibuscunque Agentibus abeatis exinde aliquam molestationem. Testum vero hujus concessionis scripsi ego Aceprandus Abbas, et Scriba sacri Salernitani Palatii anno vicesimosexto principatus Salerni Domini nostri Guaimarii glotiosissimi Principis, et sexto anno principatus ejus Capue, et quinto anno ducatus illius Amalfis, et Sirrenti, et secundo anno supraścriptorum principatuum, et ducatuum Domini Gisulfi gloriosi Principis, et Ducis filii ejus, et secundo anno ducatus illorum Apulie, et Calabrie Mense Decembri concurrente Indictione duodecima.

Foramen in membrana, ubi inerat sigillum cum contrasigillo.

XXXVII.

XXXVII.

Guaimarius filius quondam Guaimarii, qui fuit filius Guidonis Ducis, offert Monasterio SS. Trinitatis in loco Metiliano partem meridianam bonorum in Lucania, ubi Duo-flumina dicitur, quam in divisione inter Guaimarium Principem, & germanos suos facta ipse Dux Guido ejus avus, & Guaimarii Principis frater comprehendit; necnon terram in dictae Lucaniae finibus, ubi Massanova dicitur, quam memoratus Guaimarius Princeps, & Gisulphus Princeps ejus filius dicti Ducis Guidonis nepos eidem concesserant: recipiens benedictionis causa ab eodem Monasterio 1800. *solidos tarenorum Salernitanae monetae. anno* 1110. *mense Aprilis tertia Indictione. Arm.* 1. *H. n.* 44. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo decimo temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Aprilis tertia Indictione. Ante me Petrum Judicem Guaimarius filius quondam Guaimarii, qui fuit filius Domini Guidonis Ducis, ostendit unam cartulam, & unum preceptum, que videlicet carta continebat. In nomine Domini Dei Eterni & Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo nono temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Januario tertia Indictione. Ante nos Ademarium, & Petrum Judices venit Guaimarius filius quondam Guaimarii, qui fuit filius Domini Guidonis Ducis, et ostendit unam cartam continens. In nomine Domini vicesimonono anno principatus Domini nostri Guaimarii gloriosi Principis, & nono anno ducatus ejus Amalfis, & octabo anno ducatus illius Sirrenti, & sexto anno principatus, et ipsorum ducatuum Domini Gisulfi eximii Principis, et Ducis filii ejus mense Junio quintadecima Indictione. Dum coram presentia suprascripti Domini nostri Guaimarii Serenissimi, et a Deo conserbati Principis, et Ducis essent Dominus Guido Dux, et Pandulfus germani ejus, ac filii gloriose recordationis Domini Guaimarii Principis, et nos Amatus, et Johannes Judices, et plurima suorum circum adesset turba fidelium, Romoaldus, qui est germanus michi Johanni, per jussionem ipsius Domini Principis, et Ducis ostendit scripturam ita continentem. Ego Romoaldus pro parte Domini nostri Guaimarii Serenissimi Principis, et Ducis divisi res, quas ipse Dominus Princeps, et Dux communes habet cum Domino Guidone Duce, et Pandulfo fratribus suis in finibus Lucanie, ubi proprie Duoflumina dicitur, & feci ex ipsis rebus tres sortiones, una in parte meridiei, et altera in parte septentrionis, et alia in medio. Ipsam sortionem a parte meridiei feci per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. Ab ipsa parte meridiei est finis mare, qualiter incipit ab ipso flumine, quod discernit inter as res, et alias res eorum, et vadit usque in flubium de Pluppi; a parte occidentis est finis, qualiter ascendit ab ipso mari usque in terminum, qui fixus est longius ab Ecclesia Sancti Zacharie, que ibi constructa est, passibus quingentis; a parte septentrionis est finis media sors, qualiter incipit ab ipso termino, et descendit in medium vallonis, et ab ipso vallone ascendit in plajam, et descendit in alium vallonem, in quo duo vallones in unum junguntur, et ab ipso vallone ascendit in torum, qui dicitur de Cafari, in quo tres termini in unum fixi sunt; et ab ipsis terminis descendit per plajas, et per valles usque in tres lapides inmoviles, qui sunt longius ab Ecclesia Sancti Pancratii, que ibi constructa est, passibus vigintiquinque, et ab ipsis lapidibus rectum descendit per terminos usque in suprascriptum flubium, quod Duaflu-

flumina dicitur ; a parte orientis est finis medium ipsum flumen. Et pro cognitionis causa mensurare feci ab uno de ipsis terminis, qui fixus est justa viam puplicam intra istam sortionem, & ipsam mediam sortionem, et sunt ab ipso termino usque mare passibus octingenti quadragintasex mensurati per illum locum, unde plus rectum mensurari possunt. Sortem, quem in medio est, feci per fines, & mensuras justo passu hominis mensuratas. Ab ipsa parte meridiei est finis suprascripta sors; a parte occidentis est finis, qualiter incipit a suprascripto termino, qui fixus est longius ab ipsa Ecclesia Sancti Zacharie ipsis quingentis passibus, & vadit per lapidem inmobilem, qui rectum a parte occidentis respicit ipsam Ecclesiam, et ab ipso lapide rectum vadit in vicinius vallone majus, et per ipsum vallonem descendit in partem orientis usque in illum locum, ubi ribus, qui venit a parte septentrionis, jungitur cum ipso vallone, et ab ipso vallone ascendit per vallonem in partem orientis, et revolvit per ipsum vallonem in partem septentrionis, et inde vadit per pedem de vinea Johannis, qui dictus est Riczutu, et ab inde rectum vadit in vallonem in partem septentrionis, et per ipsum vallonem ascendit in partem orientis usque ubi revolvit ipsum vallonem, et ab ipso vallone vadit rectum in terminum, qui fixus est, in parte meridiei longius ab Ecclesia Sancti Michaelis, que ibi constructa est, passibus vigintisex, et ab ipso termino rectum tendit in vallonem majus, et per ipsum vallonem ascendit usque in serram, ubi est parvus lacus, et terminus fixus, et ab ipso termino revolvit in partem occidentis usque in terminum, qui fixus est in serra de monte, que est a super Aquabella passus octuagintaseptem, et ab ipso termino revolvit in partem septentrionis usque in alium terminem passus quadragintaquattuor, et ab ipso termino descendit in partem orientis per serras, que sunt fines inter res Monasterii Sancti Georgii, et Monasterii Sancte Marie usque in terminum, qui fixus est in confinio ipsorum Monasteriorum, et ab ipso termino descendit in vallonem majus in partem meridiei usque in alium vallonem, sicut est confinius ipsorum Monasteriorum, et per ipsum vallonem descendit per confinium ipsorum Monasteriorum usque in terminum, qui fixus est juxta ipsam viam, & ab ipso termino vadit per confinium ipsorum Monasteriornm usque in alium terminem, qui fixus est prope ripam suprascripti flubii; a parte orientis est finis medius ipse flubius. Et pro cognitionis causa mensurare feci ab ipso termino, qui fixus est, prope ipsam viam in partem meridiei usque in ipsum alium terminem, qui fixus est intra istam sortionem, et ipsam sortionem a parte meridiei similiter juxta ipsam viam, et sunt passus mille trecenti mensurati per illum locum, unde plus rectum mensurari possunt; et qui istam sortionem compreenserit, et ejus heredes licentiam habeant juxta litus maris, et in ipso litore illi, et homines eorum barcas, et lintres traere, et religare, et quicquit voluerit juxta ipsum litus, et in ipso litore ponere, et onerare, et portare per ipsum mare qualiter voluerit. Sortem ab ipsa parte septentrionis feci per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte meridiei est finis, sicut media ipsa sors cum ista sorte conterminat; a parte occidentis est finis, qualiter incipit a suprascripto vallone majori, quod, ut dictum est, vicinius est ipsi Ecclesie Sancti Zacharie, et vadit usque in alium vallonem majus usque in vallonem, per quod rivus fluit, qui Xeropotamus dicitur, in eo loco, in quo alter rivus, qui venit ab ipsa parte septentrionis cum ipso Xeropotamo jungitur, et vadit per medium ipsum vallonem, quod, ut dictum est, cum ipso Xeropotamo jungitur, sicut ipsum vallonem revolvit, et ascendit usque in mediam serram, que est in pede de monte, qui dicitur Drodonis; et ab ipsa serra descendit in vallonem, et vadit per ipsum vallonem, et dimittit illum, et ascendit in ipsa parte occidentis usque in serram, et vadit per ipsam serram, et dimictit ipsam serram, et descendit per vallonem usque in alium vallonem majus, et prevaricat ipsum vallonem, et ascendit in plajam, et per ipsam plajam vadit in partem septentrionis, & per serram parvi monticuli, et dimictit ipsam serram, et descendit in partem occidentis, et iterum vadit in ipsa parte septentrionis per medium vallitellum usque in vallonem, quod

quod discernit inter Guaraczanu, et Uminianu; et ista sors per totam ipsam partem occidentis conterminat cum rebus de Guaracranu; ab ipsa pars septentrionis est finis ipsum vallonem, quod, ut dictum est, discernit inter Guaraczanu, et Uminianu, et sunt per ipsam finem passus sexcenti usque in medium flubium, qui Fragina dicitur; a parte orientis est finis medius ipse flubius, qui discernit inter as res, & alias res eorum; et qui istam sortionem compreenserit, et ejus heredes licentiam habeant juxta litus maris, et in ipso litore illi, & homines eorum barcas, et lintres traere, & quicquit voluerit juxta ipsum litus, et in ipso litore ponere, et barcas, et lintres religare, et onerare, et portare per ipsum mare, qualiter voluerint. Et ipse Dominus Princeps, & Dux, et illius heredes, et homines eorum, et ipsi germani ejus, et illorum heredes, et homines eorum licentiam habeant omni tempore ire, & redire per vias, que intra suprascriptas sortiones ducunt cum omnibus eorum congruitatibus justa ratione; et quoniam divisi sunt homines, qui in suprascriptis rebus habitant, et devent mutari de una sortione in alteram, illi, qui mutari devent, & eorum heredes licentiam habeant usque completos annos decem in casis eorum residere, & abitare, et vineas eorum tenere, et laborare, et omnes fructus, et vinum, que de ipsis terris cum vineis exierint, usque completos ipsos annos tollere, & habere, et facere ex eis quod voluerint; et post completos ipsos annos licentiam haberent de ipsis sortionibus tollere omnes res eorum moviles, et facerent de eis quod voluerint; et ipse vinee sint in potestate illorum, de cujus sortione mutati fuerint. Et cum ipsa scripta lecta fuerunt, ipse Pandulfus prius compreensit suprascriptam sortem a parte septentrionis, et ipse Dominus Guido secundus compreensit ipsam sortem a parte meridiei; et ipse Dominus Guaimarius Princeps, et Dux tertius compreensit ipsam sortem, que in medio est. Jam dictas vero sortes compreenserunt cum omnibus, que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, qualiter superius facte sunt, et cum vice de viis suis, ea ratione, ut unusquisque de sortione, quam compreensit, et ejus heredes licentiam habeant secundum suprascriptum tenore facere quod voluerint. Et per convenientiam ipse Dominus Guido, et Pandulfus guadiam ipsi Romoaldo pro parte ipsius Domini Principis, & Ducis dederunt, et ipse Guido pro illius parte fidejussorem ei posuit Atenolfum Comitem filium qnondam Laydolfi Comitis, et ipse Pandulfus pro illius parte fidejussorem ei posuit Johannem Comitem filium quondam Aifani Comitis; et per ipsam guadiam ipse Dominus Guido, et Pandulfus obligaverunt se, et suos heredes semper permanere in suprascripta divisione cum ipso Domino Principe, et Duce, et cum illius heredibus, quemadmodum superius legitur. Et si in suprascripta divisione, quemadmodum superius scriptum est, non permanserint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes componere ipsi Domino Principi, et Duci, et illius heredibus quattuor millia auri solidi Constantini; et in suprascripta divisione, quemadmodum superius legitur, permanere; et taliter te Romoaldum Notarium, qui interfuisti, scribere precepimus. Ego qui supra Amatus Judex. Cum autem ipsa carta ostensa, ac lecta fuit, dixit ipse Guaimarius se similem cartam ipsius divisionis abuisse sibi a suprascr.pto Domino Guidone Duce paterno avo suo jure successionis pertinentem, et eam fortuitu casu ammisisse. Idcirco nos deprecatus est, ut predictam cartam litteris declarare juberemus, quibus precibus annuimus, et eam totam per litteras in ac carta declarare jussimus; quam te Petrum Notarium pro parte ipsius Guaimarii scribere precepimus: Ego qui supra Petrus Judex, Ego qui supra Ademarius Judex. Ipsum quidem preceptum ita continens erat. In nomine Sancte, et Individue Trinitatis Guaimarius, et Gisulfus divina favente clementia Langobardorum gentis Principes, et Duces certi sumus, si dignis petitionibus nos diligentium assensum prebuerimus, eos nobis existere fideliores, et in nostro servitio promptiores, et ceteri ea, que bene fecerimus arbitrati fidelius nobis servire desiderant. Idcirco per interventum Gemme Principis, que est dilecta conjux michi Guaimario, et mater michi Gisulfo concedimus tibi Guidoni Con-

sa-

ſanorum Comiti, et Sirrentinorum Duci, qui es germanus michi Guaimario, et patruus michi Giſulſo, terra pertinente ſacri noſtri Palatii, que eſt in finibus Lucanie, ubi Maſſa noba dicitur, que eſt per fines, et menſuras juſto paſſu hominis menſuratas. A parte meridiei finis terra ſupraſcripti noſtri ſacri Palatii, quam Celſitani, et Guarazaniſi retinent, et per ipſam finem paſſus trecenti; a parte orientis eſt finis media ſerra, et per eam menſurati paſſus ſexcenti; a parte ſeptentrionis ſunt paſſus octoginta; a parte occidentis finis terra ipſius noſtri Palatii, quam Celſitani retinent, et per ipſam finem paſſus quadringenti octoginta, cum omnibus, que intra eam ſunt, cunctiſque ejus pertinentiis, et cum vice de viis ſuis, ea ratione, ut ſemper ſit in poteſtate tua, et heredum tuorum, et liceat te, et tuos heredes de ea facere quod volueritis, et neque a noſtris Judicibus, Comitibus, Caſtaldeis, neque a quibuſcunque Actoribus noſtre Reipublice quolibet tempore de ſupraſcripta noſtra conceſſione habeatis aliquam contrarietatem; ſet in perpetuum illam tu, et tui heredes ſecuriter abeatis, et faciatis de ea quod volueritis. Textum vero hujus conceſſionis ſcripſi ego Truppoaldus Abbas, et Scriba ſupraſcripti ſacri Salernitani Palatii anno triceſimoſecundo principatus ſupraſcripti Domini noſtri Guaimarii glorioſi Principis, et undecimo anno ducatus ejus Amalfis et Sirrenti, et octabo anno principatus, et ipſorum ducatuum ipſius Domini Giſulfi eximii Principis, et Ducis filii ejus menſe Decembri concurrente Indictione tertia. Cum autem ipſa cartula, et jam dictum preceptum oſtenſe, ac lecte fuerunt, ipſe Guaimarius bona ſua voluntate per convenientiam per hanc cartulam pro hamore omnipotentis Dei, qui ſervilem carnem ſumere, et crucis ſubire patibulum, ac mori non dedignatus eſt, quatinus nos ab eterna morte liberaret, necnon pro ſalute anime ſue, et ſupraſcriptorum genitoris, et genitricis ſue optulit in Monaſterio Sancte, et Individue Trinitatis, quod ſitum eſt foris ac civitate in loco Metiliano, in quo Dominus Petrus gratia Dei Reverentiſſimus Abbas preeſt, integram ipſam meridianam ſortionem, quem, et qualiter illam ſupraſcriptus Dominus Guido paterno avo ipſius Guaimarii ab ipſis germanis ſuis in ſorte compreenſerat, ſicut ſupraſcriptum eſt, et totum et integrum illud, quod ſupraſcriptus Dominus Guaimarius, et predictus Dominus Giſulfus Principes ipſi Domino Guidoni Duci germano, et patruo illorum per ipſum preceptum conceſſerant, ſicut ipſum preceptum continet, cum omnibus, que intra hoc totum, quod ipſe Guaimarius in ſupraſcripto Monaſterio, ut dictum eſt, optulit, ſunt, cunctiſque ſuis pertinentiis, et cum ipſis cartula, et precepto, et cum hominibus, et liberis, et uxoribus, et rebus illorum, qui intra ipſam oblationem habitant, vel habitaverunt, et ſunt, vel fuerunt pertinentes ſupraſcripti Guaimarii, ſeu ipſi Guaimario genitori ejus. Ea ratione, ut integra ipſa oblatio, qualiter ſuper legitur, ſemper ſit in poteſtate ipſius Domini Abbati, et ſucceſſorum ejus, et partium ipſius Monaſterii; et ipſe Dominus Abbas, et ſucceſſores ejus, et pars ipſius Monaſterii licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Et ob hoc Raidolfus Vicecomes predicti Guaimarii dixit ſe ſuſcepiſſe ab ipſo Domino Abbate cauſa benedictionis pro parte ſupraſcripti Guaimarii Senioris ſui mille octingentos ſolidos tarenorum monete iſtius civitatis in omni deliberatione. Et per convenientiam ipſe Guaimarius guadiam Berengario Monacho ejuſdem Monaſterii dedit, et fidejuſſores ei pro parte ipſius Monaſterii poſuit Glorioſum filium quondam Pandulfi Comitis, et Johannem filium quondam Ademarii Comitis, qui dictus eſt Ruſſu, et per ipſam guadiam obligavit; ſe, et ſuos heredes ſemper defendere ipſi Domino Abbati, et ſucceſſoribus ejus, et partium ipſius Monaſterii integrum illud, quod in ſupraſcripto Monaſterio, ut dictum eſt, optulit, ab omnibus hominibus; ita tamen, ut quando ipſe Dominus Abbas, et ſucceſſores ejus, et pars ipſius Monaſterii ipſum Guaimarium, et ejus heredes de eo defenſores habere queſierint, per omnes vices dent eis ſupraſcriptam cartam, et jam dictum preceptum juſta ratione ſalvas habendos diebus ſexaginta. Et ipſe Guaimarius, et ejus heredes per omnes vices integrum illud ipſi Domino Abbati, et ſucceſſoribus ejus, et partium ipſius Monaſterii, ſicut ſupraſcriptum

ptum

ptum est, defendant; et post completos ipsos dies per omnes vices ipsa carta, et jam dictum preceptum, quales eis, ut dictum est, date fuerint, ipsi Domino Abbati, et successoribus ejus, et partium ipsius Monasterii reddant, et tribuit ei licentia, ut quando ipse Dominus Abbas, et successores ejus, et partes ipsius Monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Guaimarius, et ejus heredes non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Domino Abbati, ejusque successoribus, et partium ipsius Monasterii tria milia aureorum solidorum Constantinorum. Omnia autem suprascripta fecit ipse Guaimarius per licentiam suprascripti Domini nostri Ducis, et taliter tibi Petro Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

XXXVIII.

ALferius Diaconus Archipresbyter, et Abbas Ecclesiae S. Maximi Salerni concedit Romoaldo filio quondam Johannis Clerici terram in loco Nuceriae, ubi dicitur ad Cappum Majorem ad annos duodecim ad laborandum pro annuo terratico consueto. anno 34. Guaimarii principatus Salerni, 13. ducatuum Amalphiae, & Sirrenti, & 10. dicti principatus, & ducatuum Gisulphi ejus filii mense Februarii 5. Ind. (Christi anno 1052.) Arc. 31. n. 156. in membrana.



IN nomine Domini tricesimoquarto anno principatus Domini nostri Guaimarii gloriosus Princeps, et tertiodecimo anno ducatus ejus Amalfi, et Sirrenti, et decimo anno principatus, et ipsorum ducatuum Domini Gisulfi eximii Principis, et Ducis filii ejus mense Februarius quinta Indictione. Memoratorium factum a me Alferius Diaconus, et Archipresbiter, et Abbas Ecclesia Sancti Maximi, eo quod ante idoneos homines tradidi Romoaldi filii quondam Johanni clerici de locum Nucerie una pecia de terra bacua, quod pars predicte Ecclesie abet in locum Nucerie, ubi dicitur ad Cappum Majorem, et est per finis et mensuras. Ab oriente passus quinquaginta quadtuor; a septentrione passus trigintaduo, ab occidente passus quinquagintaocto, a meridie passus triginrattes justo passu homini mensurati; et est ipsa pecia ex omni parte fine predicte Ecclesie; Ec vero ipsa pecia per suprascripte finis, et mensuras inclitum illum ipsius Romoaldi tradidi tali hordine, ud amodo, et usque duodecim anni completi ipse Romoaldum, et ejus eredes illut tenere, et lavorare, et seminare per omne annum, sicut meruerit, de quale semente per annum ividem meruerit, et ipsi lavori per annum illis boni zappare, et cultare bonum, sicut meruerit, per tempus, quando meruerit, et amodo, et usque ipso costitutum conpletum per omnem annum per tempus de aree faciant illis me, seu partem predicte Ecclesie scire, ud ividem pergamus, aut dirigamus Missum nostrum, et illis ante ipsum Missum nostrum lavore, qui in ipsa traditione abuerint, illis illum metere, et ad area ivique illum adunare, et triculare, et ad palea bonum illum conciare, sicut meruerit; et quicquid bictaleum inde exierit, totum illis sivi abeant, et deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et illis ipsum Missum nostrum nutriant secundum illorum possivilitatem, et equos de ipsos Misso nutriant ad palea, et ad ordeum, et quando ividem perrexero Ego, seu pars predicte Ecclesie in locum Nucerie, illis nos notrire secundum illorum possivilitatem, et equos nostros nutriant ad palea, et ad ordeum; et amodo, et usque ipso costitutum completum per

per omnem annum illis tota fuprafcripta traditione abeant feminatum de quale fe-mente per annum ividem meruerint. Et fi per omnem annum illis tota fuprafcripta traditione non feminaberlnt, tunc ego, feu pars predicte Ecclefie poteftatem abeamus ad illis tollere, et facere exinde omnia, quod voluerimus, et poteftatem abeamus illis pingnerare omnis illorum caufa fine illorum contrarietate. Et ad ipfo cofhitutum completum licead illis inde exire cum omnis illorum caufa mobilia; et inclita fuprafcripta traditione perveniant ad poteftatem noftra faciendum quod boluerimus. Quod fi taliter omnia fuprafcripta per fupradictum hordinem nobis non adimpleverint, et aliquit inde contradixerint, per conbenientiam componere obligaverunt fe, et fuos eredes nobis, feu in parte predicte Ecclefie quinquaginta auri folidos Coftantinos, et omnia fuprafcripta nobis complirent. Et oc memoramus per omnia fuprafcripta nobis adinplendum guadiam michi ipfe Romoaldus dedi, et mediatore michi pofui fe ipfum, et per ipfam guadiam obligavit fe, et fuos eredes, ud omnia fuprafcripta nobis complirent per fuprafcriptam guadiam, et obligata pena. Quod fcripfi ego Petrus Notarius.

✠ Ego Alderiffi Notarius me fubfcripfi.

✠ Ego Johannes Notarius me fubfcribfi.

XXXIX.

Guaimarius, & Guaimarius pater, & filius Salerni Principes donant Adelferio primo Abbati, ac Fundatori Monafterii SS. Trinitatis in Metiliano (quod hodie Cavenfe dicitur) cryptam, & fundum Ecclefiae dicti Monafterii ab ipfo Abbate aedificatae, univerfumque territorium circa eandem cum vallibus, & fluminibus, quae idem territorium comprehendit, & cum hominibus in illo habitantibus, vel habitaturis: Abbatem, Monachos, homines, in quos jurifdictionem omnem, & dominium Monafterio tribuit, eorumque bona ab omni penfione, cenfu, fervitio Reipublicae eximit: jus confert lignandi, ut aiunt, in montibus Sacri Palatii, & in bonis ipforum Principum: bona mortuorum ad Sacrum Palatium fpectantia eidem Abbati, & Monafterio dono dat, nec non bona omnia ftabilia ipfius Sacri Palatii, quae infra, vel juxta bona Monafterii fuerint. Praecipit denique, ut Abbas fuum fucceffforem Abbatem conftituat, vel, fi id ante obitum non praeftiterit, ab ipfa Monachorum Congregatione eligatur, prohibetque, ne Abbates, aut Monachi ad juramenta cogi unquam valeant, fed per Monafterii homines id fieri debeat. anno 37. principatus Guaimarii, & 7. Guaimarii ejus filii menfe Martii 8. Ind. (Chrifti 1025.) Arm. I. G. n. 9. in membrana cum figillo affixo cum contrafigillo.



IN nomine Domini Noftri Jefu Chrifti. Nos Guaimarius, et Guaimarius Pater, et Filius dibina opitulante clementia Langobardorum gentis Principes, per poftulationem Galtelgrime Sereniffime, atque gloriofe Principiffe dilecte conjugis, et matris noftre, quam et pro redemtionis, et patrie noftre falbationis, concedimus tibi Domino Adelferi venerabili Abbati, et fpirituali Patri Oratori noftro totam, et inclitam Ecclefiam illam cum inclita cripta, in quo ipfa Ecclefia a nobo fundamine conftruere fecifti cum tuo expendio in nomine Sancte, et indibidue Trinitatis a foras hanc noftram Salerni-

ta-

tanam cibitatem in pertinentia Mitilianense, et cripta ipsa vocatur Arsicza, cum rebus a supter, et a super jam dictas cripta, et Ecclesia, que sunt terris, & vineis, et arbustis, et insites, et castanetis, et pomis, et bacuum, et rupis, totum uno teniente per as fines. De una parte quomodo descendit per medium ballonem, qui dicitur Juniolu, et conjungit se cum flubio, qui Selano vocatur; de alia parte quomodo descendit per medio ribus, qui Saffubibu dicitur, et conjungit se cum medio flubio Selanu, et sicut descendit ipso flubio Selano, et conjungit se cum supradicto ballone Juniolu, de super parte ad fine rebus predicte Ecclesie conjunctum est, qualiter vadit de suprana pars a medio predicto ballone Juniolu usque in medio predicto ribus, qui Saffubibu dicitur. As vero omnibus supradictis rebus per supradictas fines cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de viis, et anditis suis, totum, et inclitum illud tibi supradicto Domino Adelferi Abbati concessimus, ut amodo, et semper in tua, et de tuis successoribus, qui in ipsa Ecclesia prefuerint, sint potestatis illud tenendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum quod volueritis; et Congregationem Monachorum, quam in ipsa Ecclesia congregare cepisti, si volueris Congregationem ipsam augeri, potestatem habeatis eam ampliare qualiter volueritis. Item si volueris, bibente te, vel ad diem obitis tui alium Abbatem ibidem ordinare, ad tuam sit potestatem qualiter volueris, et sibe te nolente, vel negligente ante tuam defuntionem Abbas per te in predictum Monasterium Sancte Trinitatis ordinatus non fuerit, potestatem habead ipsam Congregationem Monachorum, qui in ipso Monasterio fuerint, Abbatem inter se eligere, et ordinare qualiter voluerint. Alio sic faciant semper per omnes bices, quando Abbatem eorum mortuus fuerit, ita ut amodo, et semper Monasterium ipsum, et supradictam Congregationem, et Abbates eorum cum omnibus supradictis rebus, et cum aliis rebus, quas in supradicto Monastetio quomodocumque datum, vel offertum fuerit, semper liberos absolutos permaneant a pars Reipublice in sua potestate, et arbitrio; et non habeamus potestatem nec nos, nec successoribus nostris exinde tollere, nec pensionem, nec censum, nec plateaticum, nec qualiscumque serbitium, vel dationem. Iterum concedimus tibi supradicto Domino Adelferi Abbati totis, et integris albeis de predicto flubio, et de ipsis ribis, et ballonibus cum omnibus ripis ex undique partibus ibidem adjunctis, cum omnibus aliis albeis, fluminibus, et aquarum, qui ubicumque ad aliis rebus predicti Monasterii sunt, et fuerint conjunctos, ut semper potestates habeant pars predicti Monasterii in ipsis albeis clusamina, et antepositiones facere, et habere, et in ripis earum fodere, et aquis ipsis lebare, et extorquere, et portare per ipsis rebus ipsius Monasterii ubi, aut qualiter voluerint, et molina, et omnes suas utilitates exinde facere, et abere, qualiter pars predicti Monasterii voluerint absque omnibus contrarietatibus nostra, nostrorumque successorum, vel cuiquam hominum. Item concedimus tibi jam dicto Domino Adelferii Abbati omnibus liberis illis hominibus, qui in omnibus supradictis rebus sunt, vel fuerint habitantes, ut semper sint liberi absoluti a pars Reipublice, et non habeamus potestatem nec nos, nec successores nostros eorum tollere, aut facere tollere pensionem, nec plateaticum, nec qualiscumque censa, vel dationes, nec quolibet serbitium eorum tollere, aut inponere, vel exigere querantur, set semper a partibus Respublicis securis, et liberis persistant sub defensione, et protectione tuaque Domini Adelferi Abbati, et de successoribus tuis, qui in ipso Monasterio prefuerint. Pariterque concedimus tibi supradicto Domino Adelferii Abbati licentias abeatis per rebus nostri Palazii, vel successorum nostrorum vos, et Monachos, et ipsis aliis vestris hominibus per totis montaneis lignamina abscidere, et tollere, et portare ubi volueritis pro utilitatibus, et que congrua sunt predicti Monasterii faciendum qualiter voluerint. Quam et concedimus tibi supradicto Domino Adelferi Abbati omnes res ex mortuorum, et rebus nostri Palazii, qui infra, et erga rebus ipsius Monasterii sunt, vel fuerint, ut pars ipsius Monasterii securiter illud habeat faciendum quod voluerint. Et si qualiscumque tempore acciderit pars predicti Monasterii sacramen-

 men-

menta dare de quacumque re, non possant vos, vel successores vestros, nos, aut successores nostros, nec qualiscumque umana persona, Abbates, vel Monachos ipsius Monasterii ad sacramenta ipsa dandum provocare, aut cogere, aut illis molestare; set per omnes vices illis laicis hominibus, qui in ipso Monasterio, et in rebus ipsius Monasterii sunt, vel fuerint, quales ex illis pars ipsius Monasterii voluerint, sacramenta ipsa jurare faciant, qualiter eis per legem judicatum fuerint, et semper firmum, stabilemque permaneant. As omnibus supradictis concessionibus, qualiter supra legitur, tu supradictus Dominus Adelferius, et successores tuos, qui in ipso Monasterio Sancte Trinitatis prefuerint, illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum quod volueritis, et a nullo ex nostris Judicibus, Comitibus, Sculdais, Gastaldeis, vel a quibuscumque Agentibus patiamini inde molestationes, aut contrarietates; set amodo, et deinceps per unc nostrum roboreum preceptum cunctas supradictas nostras concessiones securiter habeatis in predicta ratione. Quod vero preceptum concessionis ex jussionibus supradictorum gloriosorum Principum scripsi ego Aceprandus Clericus in anno tricesimoseptimo principatus supradicti Domini nostri Guaimarii, et septimo anno principatus supradicti Domini Guaimarii ejus filio gloriosis Principibus, de mense Marrius, hoctaba Indictione.

Sigillum affixum cum contrasigillo.

XL.

PEtrus Atrianensis filius quondam Sergii tradit Ligorio filio Stephani terram ad pastenandum *in loco Transboneja, ubi ad Tegora dicitur, sub conditione, quod ipsius Ligorii sint vinum, & poma per annos quatuor; quibus exactis usque ad annos duodecim inter utrumque dividantur; post sexdecim inde annos perfecta jam vinea, et cannieto, & saliceto, haec omnia cum ipsa terra duas in partes dividantur, cujus una Ligorio, Petro alia cedat. Teneatur verò Ligorius, si unquam partem hanc suam alteri daturus, aut venditurus sit, eam Petro justo pretio vendere, si emere eam ille voluerit. anno 30. Guaimarii, & 1. Guaimarii ejus filii mense Novembris 2. Ind. (Christi anno 1018.) Arc. 42. n. 230.* in membrana.



IN nomine Domini anno tricesimo principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domini Guaimari ejus filio gloriosis Principibus mense Nobember secunda Indictione. Memoratorium factum a me Petrus Atrianense filius quondam Sergi, eo quod ante subscripti idoneis hominibus per bona convenientia ad tenendum, et pastenandum tradidi Ligori filio Stephani una pecia de terra mea, que abeo in locum Trasboneja, ubi proprio ad Tegora dicitur; as fines, et mensuras abet. De una parte fine via publica, que pergit ad mare, inde passos quadragintaquinque, alia namque parte fine ballone inde passos quadragintaquinque. Longitudo vero de anbobus lateribus ana passos centum; in ipsa parte da mare da ipso ballone usque in ipsa via publica; quam et de ipsa alia lateribus partibus da fine ipso vallone, et usque in ipsa via da mare per jam dictas fines, et mensuras cum vice de via sua Ego ei tradidi tali ordine, ud amodo facerent ibi reditum, et ibidem residere, et avitarent, et suos eredes; et fovee, et omnes sue utilitati justa rationem ibi facerent, et tota res ipsa pastenare viti de bono vitineo, et pomis, et surgere, et edificare ibidem perfecta vinea; et quantum vinum, et poma exinde exierit, amodo, et usque quadtuor anni completi totum esset sue potestatis faciendum quod bolueri; et da. completi ipsi quad-

quadtuor anni in antea usque completi duodecim anni per omnes annum per tempum de vindemie faciant ille, et suos eredes scirent nos, et nostris eredibus, ut nos ibi pergamus, vel dirigamus Missos noster, et ille, vel ejus eredes tota ipsa vinea rationaviliter vindemiare, et omnes vinum, et poma exinde per medium ibi ad palmentum dividerent in palmento suo, quem ille ibi fecerit, et reponant ille, vel ejus eredes ipsa nostra sortionem de ipso vinum in organeo, quem nos ei ibi adsingnavimus, quem per ille, et ejus eredes per annum ipso organeo esset perfectum bonum conciatum, et studiatum, et faciant nobis salbum ipso vinum usque illos exinde tollere fecerimus absque degeneratione, et ingne, et mures. Missum nostrum, sibe nos, dum ibi steterimus, ille, vel ejus heredes notrire secundum suam possivilitatem, et amodo ille, vel ejus eredes pastenare ibidem cannietum, et salicetum. Ad completi autem sidecim anni, ud amodo se compleant, ille tum, et suos eredes abeant in tota ipsa res per jam dictas fines, et mensuras vinea de bono vitineo surta, perfecta, lebata, et inpalata ad palos, cannas, et circoitum bona clusa, et sic esser operata bona, sicud locus ipse, et de tantos annos meruerit; et presens faciant ille, vel ejus heredes scirent nos, ud ibi pergamus, et adsingnet nobis surtum cannietum, et salicetum perfectum, et dividerent ille, vel ejus eredes tota ipsa terra cum vinea, et salicetum, et cannietum per jam dictas fines, et mensuras justa rationem in duas partes ad equale mensuras; et prius Ego, vel meos eredes compreendamus exinde una sortem, qualem boluerimus, reliqua ipsa alia sorte tradamus ipsius Ligori, et ad ejus eredes per talem securitatem bonam facta omni tempore defensatum per nos, et per nostros eredes cum vice de via sua da omnes omines, omnique partibus, ipso reditum, qui ibi est, si ebenerit in sortionem nostram, potestatem abeant ille exinde tollere, et in sua sortione portarent, et ipsa lingnamina, que modo ibi sunt in ipsa res, quanta exinde ille, vel ejus eredes absciderit per medium nobiscum illas dividere; palmentum vero, qui ibi est, si in sortionem nostram ebenerit, demus ei medietatem, et si in ejus sortionem ebenerit, deant ille nobis medietatem, ita ut ipsa sortionem de predicta res, que ei in sortionem a nos ebenerit, si aliquando tempore ille, vel ejus eredes daturum vel vinditurum abuerit, non abeant potestatem cuicumque illos dare preter mihi, meique eredibus illos deant ad justo baliente pretium, qui juste fuerit adpretiatum, et faciant ille, vel ejus eredes exinde scire nos pro illos tollendum per tertio constitutum usque diebus trigintasex; et si infra ipsa constituta noluerimus eos emere, dandum nos inde ei justo baliente pretium, qui juste fuerit adpretiatum, tuc licead illis eos dare cui boluerit. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illos dederitis sine nostra licentia, ud paratus sit, sicud de illorum potestatem exer substractum, tuc sine pretium rebertat ad nostram, et de nostris eredibus potestatem. Unde pro taliter per bona combenientia guadiam michi ipse Ligori dedi, et mediatorem nobis posui se ipsum per apposita omnes pignera, et causam suam legitimo, et inlegitimo, et per ipsa guadia obligavit se, et suos filios, et eredes, ud, si taliter omnia, ub superius legitur, exinde quesierit remobere, aut contrare, et talia nobis non adimpleberit; per ipsa guadia obligavit se, et suos filios, et eredes ad componendum mihi, meique eredibus viginti auri solidos Costantinos, et omnia suprascripta per invitis nobis adimplere. Et Ego Alderisi Notarius unc brebem scripsi, et interfui.

✠ Ego Amatus.

✠ Ego Petrus me subscripsi.

XLI.

JAquintus, Lando, & Disijus Comites filii quondam Disigi Comitis tradunt ad annum Johanni Atrianensi filio Sergii Boccapiczula, & Johanni Atrianensi filio Sergii Magnanaru lacum vocatum Paulinum cum facultate piscandi; pro quo anno tareni quatuor ab ijs solvuntur. anno 30. *Guaimarii, &* 1. *Guaimarii ejus filii mense Novembris* 2. *Ind.* (*Christi anno* 1018.) *Arc.* 87. *n.* 142. in membrana.



IN nomine Domini anno tricesimo principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domini Guaimari ejus filii gloriosis Principibus mense Nobember secunda Indictione. Memoratorium factum a nobis Jaquintus, et Lando, et Disiju Comitibus germani filii quondam Disigi Comitis, eo quod ante subscripti testes tradidimus Johanni Atrianensi filio Sergi Boccapiczula, et Johanni Atrianensi filio Sergi Mangnanarum unum lagum nostrum, qui dicitur Paulinum, cum omni pertinentia sua, qui ex omni parte ad fine nostra conjuntum est, et liceat illis, vel illorum eredes, et omines, quod illis ibidem miserit, amodo, et usque unum annum completum per ipso lagum piscare qualiter voluerit, et omnes pisces, quod ibidem compreenserit, toti illis sibi abere in eum; et liceat illis per isclis, indeque et per marcatellum folia colligere, et lingna pro focu abscidere, et tollere justa ratione, et illos pro taliter pro censu exinde dederunt nobis quadtuor auri tarì boni. Ad ipso annum completum inclita suprascripta traditio cum ipsum lagu perveniant ad potestatem nostra potestatem. Unde pro taliter guadiam nobis dederunt, et mediatorem nobis posuerunt se ipsis, et per ipsa guadia obligaverunt se, et suis eredibus, ut, si aliquit inde remobere, aut contrare quesierit, componere obligaverunt se, et suis eredibus biginti auri solidos Constantinos, et omnia suprascripta nobis complire. Et hunc brebem scripsi ego Johannes Notarius.

✠ Ego Lando.
✠ Ego Johannes.

XLII.

LEo Atrianensis filius quondam Sergii Boccapiczola vendit Mondae cognatae suae filiae quondam Feri, uxori Johannis fratris sui bona sua, seu terram cum insiteto, & vacuam in loco Transbonea, ubi ad Majano dicitur, de finibus Metilianensibus pro septem solidis auri. anno 30. *Guaimarii, &* 1. *Guaimarii ejus filii mense Novembris* 2. *Ind.* (*Christi anno* 1018.) *Arc.* 101. *n.* 391. in membrana,



IN nomine Domini tricesimo anno principatus Domini nostri Guaimari, et primo principatus Domini Guaimarii ejus filio gloriosi Principibus mense Nobember secunda Indictione. Ideoque ego Leo Atrianense filius quondam Sergii Boccapiczola, sicut mihi congruum est, bona mea boluntate per hanc cartam benunddedi, adque ad semper abendum confirmo tibi mulieri nomine Monde congnate mee filia quondam Feri, qui sit uxor Johanni germano meo, inclita sortionem meam de omnes rebus mea, quam abeo in locum Trasboneja, ubi ad Majano dicitur, finibus Metilianense, de quantum, quanto-

toque de ipsa rebus mihi est pertinentes per successione, sicut diximus, inclitam ipsam meam sortionem tibi nominate Monde congnate mee astante ipso Johannes germano meo, et predicto viro tuo, et per ejus boluntate benundedi cum sortionem meam de omnes monimen inde continentes, qui est rebus ipsa cum insitetum, et terra bacua, cum omnia intro se abentibus, et suis pertinentiis, et cum bice de biis suis, et cum ipsa sortionem meam de omnis monimen inde pertinentes. Unde de inclita ipsam meam sortionem de ipsa rebus nullam mihi, vel uxori mee, aut cuiqua ominibus, vel in quavis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortionem, set, sicut diximus, funditus illut tibi nominate congnate mee benundedit, sceptuatum sortionem meam, quem abeo in terra cum castanietum meum, qui est in ipso monte, qui dicitur Catarisuo, quod ad meam reserbo potestatem; illo aliut totum inclita ipsa sortione mea tibi nominate Monde congnate mee benundedit ad securiter, et firmiter amodo, et semper tu nominata congnata mea, et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis absque omni mea, et de meis eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate, vel requisitione. Unde pro confirmandam, et stabiliscendam anc mea bindictione nunc a presentis recepi a te nominata congnata mea statutum pretium; i sunt auri solidi de tari septem, ana quadtuor auri tari boni per solidum, sicut inter nos combenit, in omnis deliberatione, finitoque vero pretium ipsum aput nos. Ea ratione per bona combenientia guadiam tibi nominate congnate mee dedit, et mediatorem tibi posui me ipsum, et per ipsa guadia obligo me, et meis filiis, et eredibus amodo, et semper antistandum, et defensandum tibi, tuique eredibus inclita super dicta mea bindictione, ut superius dictum est, a pars de uxore mea, et da omnes omines omnique partibus. Et, si taliter, ut superius legitur, tibi, tuique eredibus non defensaberimus, aut si nos, nostrisque eredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde tibi, tuique eredibus tollere, aut contrare, aut si quodcumque causationes vobis exinde emiserimus per quavis modis, vel ingenium, primum omnium questio, et causatio nostra, et de nostris filiis, et eredes modis omnibus adversus vos sint exinde tacita, et bacua; et per bona combenientia per ipsa guadia obligo me, et meis filiis, et eredibus ad componendum tibi nominate congnate mee, quam et ad vestris eredibus, aut cui carta ista in manum paruerit, biginti auri solidos Constantinos, et per inbitis illut vobis defensemus, et omnia adimpleamus, sicut superius legitur, et quale tempore tu, et tuis eredibus per vos ipsis bolueritis inde esset auctores, et defensores bice nostra, licentiam, et potestatem abeatis in omnibus inde causare, et finem facere, sicut bultis cum quale rationem inde abueritis. Nam quando me, et meis filiis et eredes exinde auctores, et defensores abere quesieritis, ego autem, et meis filiis, et eredes inclita super dicta mea bindictione tibi, tuique eredibus defensemus, et omnia adimpleamus, sicut superius legitur, per superdicta guadia, et obligata pena. Quam te Ademari Notarius scribere rogabimus. Actum Salerno.

✠ Ego Radoaldus me subscripsi.

✠ Ego Petrus Notarius me subscripsi.

XLIII.

Guaiferius filius quondam Guaiferii Comitis, & Lando Abbas Monasterii S. Johannis intra Salernum ante portam Rotensem tradunt ad annum Johanni filio Petri duo molendina, quorum medietas ad Guaiferium, altera medietas ad dictum Monasterium pertinet, in fluvio Lirino prope mare, sub conditione, quod singulis mensibus det iis 24. modiola grani mundi, omnemque tunsuram molendinorum, granumque omne, quod ii miserint singula hebdomada, gratis molere teneatur. anno 30. Guaimarii, & 3. Johannis ejus filii mense Septembris 2. Ind. (Christi anno 1018.) Ara. 87. n. 344.



IN nomine Domini tricesimo anno principatus Domini nostri Guaimari, et tertio anno principatus Domini Johanni ejus filii gloriosi Principibus mense September prima die intrante secunda Indictione, Brebem emissum nobis Guaiferius filius quondam Guaiferi Comitis, et Lando Abbas Monasterii Sancti Johanni situs intus anc Salernitanam cibitatem ante porta Rotense per combenientia ante subscripti testes communiter tradidimus Johanni molinator filio Petri inclita duobus molina, quos cumunes abemus, qui dedicata sunt in flubio Lirino propinquo mare. Inclita ipsa molina, qualiter concia, vel edificata sunt cum mole, et ferraturia sua, et cum arcaturiis, et iscle, et aquarum usibus, et trasita, et exita sua illut eidem Johanni tradidimus, tali hordine, ut amodo, et usque unum annum expletum in kalendis de suprascripto mense September liceret illum, et homines, quos ille miserint, inclita suprascripta molina sue potestatis tenere, et dominare, et quotidie illam regere, et conciare, ut perfecte macenare possant, et omnis molitura, que de ipsa molina tollere, vel abere potuerint, totum sue sint potestati faciendum quod boluerit, preter per omnes kalendas deant ad Missum nostrum ibidem bigintiquadtuor modiola de granum, quale ibidem intraberit, mundum absque ordeum ad tale mensuram, quale usque nunc consuetudo illut tollendum, et deant nobis omnis tunsura de ipsa molina, medietatem deant illut ad Missum meumque Guaiferi, et medietatem ad pars predicti Monasterii; et quando infra ipso constitutum necesse fuerit mole in ipsa molina, nos ille ibidem eorum demus bone, sicut meruerit, per illis conciate, et ordinate sicut meruerit; et si ipsa arcaturia de ipsa molina plena, vel rupta fuerit, ubi nos inde scire fecerint, da presentis illam conciare faciamus, sicut meruerit, et quantum opera perdiderit pro ipsa ruptura, et mole, et pro generationem, nobis illut imputemus; et per omnes hebdomada macenare michi nominato Guaiferi omnis granum meum absque molitura, quos ibi mandaverimus, et in pars ipsius Monasterii macenarent per omnis dies Sapati, sibe de nocte omnis granum, quos ibidem mandaverit absque molitura. Unde in eo hordine per vona combenientia guadiam nobis ipse Johannes dedit, et mediatorem nobis posuit; michi Guaiferi posuit mediatorem Petrus Comes filius quondam Alfani, et michi nominati Abbati posuit mediatorem Petrus filius Arechisi; et per ipsa guadia obligavit se, et suos eredes, ut, si taliter, sicut dictum est, nobis non adimpleberit, et aliquit exinde contradixerit, componere michi nominato Guaiferi, vel ad meos eredes, et ad partibus ipsius Monasterii quinquaginta auri solidos Costantinos. Ad ipso constitutum inclita ipsa molina cum omni pertinentia sua conciata ad nostra remittat potestate, faciendum quod boluerimus per suprascripta guadia, et obligata pena. Verumtamen suprascripta molina cum omnis pertinentiis sua, et ipse isclis medietas pertinet michi nominati Guaiferi, et medietas predicti Monasterii. Et unc brebem scribsi Ego Dauferius Notarius.

✠ Ego Myrandus Notarius me subscripsi.

✠ Ego Ademari me subscripsi.

XLIV.

XLIV.

Guaiferius filius quondam Guaiferii Comitis de loco Nuceriae tradit ad annos duodecim Alfano, & Johanni filiis quondam Majonis terram ad laborandum in loco Fiano, ubi Cannito dicitur, pro terratico consueto. anno 27. Guaimarii, & primo Johannis ejus filii mense Januarii 14. Ind. (Christi anno 1016.) Arc. 31. n. 170. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoseptimo anno principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filio gloriosi Principibus mense Januarius quartadecima Indictione. Memoratorium factum a me Guaiferius filius quondam Guaiferi Comitis in locum Nucerie. Ante subscripti testes per conbenientia tradidit Ego ad tenendum, et lavorandum de rebus mea una pecia de terra campense Alfani, et Johanni filiis quondam Majoni abitatores de Nucerie, quod abeo in locum Fiano, ubi propio Cannito dicitur, et qui est propinquo ad badu majore per as finis. Ab oriente fine via antika, et a pars meridie fine de ominibus Nucerini, et a pars occidentis similiter fine alia via pubplica, que pergit ad Sarnum, et a subtus ipsa via usque padule, quantum introire potueritis ad lavorandum, et a sebtentrione similiter fine de ipsi Nucerini usque ipsa via priore fines. Ideo, sicut diximus, ipsa predicta pecia per ipse predicte finis ipsorum predictorum Alfani, et Johanni ad lavorandum illut tradidit in oc ordine, ut amodo, et usque duodecim anni completi ad sue, et de suis eredibus sit potestatis ipsa jam dicta pecia illis tenere, et dominare, et fobee, et omnes sue utilitatis illis ibi facere juxta ratione, et illut lavorare, et seminare per omnes annum semente, qualiter voluerint, et omnes lavores, qui illis ibidem fecerint, totum sue sit potestatis faciendum quod voluerint. Tantum per omnes annum deant illis, vel eorum eredibus ad Missum nostrum juxto terraticum secundum consuetudo de ipso locum, et ad completo ipso constitutum ipsa predicta pecia rebertatur ad nostra, vel de nostris eredibus potestatis, faciendum inde quod voluerimus. Tantum si illut seminatum habuerint ipso annum ad ipso constitutum, liceat illis inde exire cum ipsum lavoris sine omnis contrarietate nostra, et de nostros eredibus, vel et de cuiquam ominibus, qui pro nobis illut datum paruerit; tantum terraticum illut nobis dare juxto, sicut dictum est. Unde pro taliter per vona combenientia guadiam nobis ipsi predicti contrahentes dederunt, et mediatorem nobis posuerunt Mirando zio illorum filio quondam Berenandi de ipso locum Turricle, et per ipsa jam dicta guadia obligaverunt se ipsi contrahentes, et illorum eredibus, ut, si de omnia suprascripta non adinpleberint, et aliquit exinde contra dixerint, per ipsa guadia componere obligaverunt se ipsi contrahentes, et illorum eredibus ad componendum mihi, meique eredibus, vel cui unc brebem vice nostre inventum paruerit, viginti auri solidos Constantinos, et omnia suprascripta per invitis nobis compliret. Quae scripsi ego Petrus Clericus, et Notarius, qui interfui.

✠ Ego Johannes Clericus.
✠ Ego Dauferi.

XLV.

Eupraxius Graecus Presbyter, & Abbas Ecclesiae S. Nicolai in loco Veteri, quae ad Lambertum, & Landoarium Comites filios quondam Alberti Comitis pertinet; necnon Risus, & Rodericus filii quondam Maraldi, & Madelmus filius Jaquinti, & Petrus nepos Madelmi filius quondam Sergii, & Imperatissae sororis dicti Madelmi tradunt Johanni nativo loci dicti Pecara de territorio Amalphiae filio Mauronis terras in loco Albolae de finibus Salerni, unam vacuam, & aliam cum castanieto, quarum medietas ad dictam Ecclesiam, medietas ad omnes memoratos spectat, ad annos duodecim pro tertia parte vini, insitarum, & pomorum, & duobus tarenis auri annualibus pro castaneis; ita tamen, ut expletis duodecim annis castanieta ad Ecclesiam redeant, & ad dictos consortes; trrrae vero cum vinca, & insiteto maneant penes Johannem, eiusque haeredes, qui tertiam vini, & pomorum partem dictae Ecclesiae, & consortibus reddere annuatim debeant. anno 27. Guaimarii, et 1. Johannis ejus filii mense Januarii 14. Ind. (Christi anno 1016.) Arc. 40. n. 154. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoseptimo anno principatus Domini nostri Guaimarii gloriosi Principis, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filii glorioso Princeps mense Januarius quartadecima Indictione. Memoratorium factu a nobis Eupraxius Grecus, qui sum Presbiter, et Abbas Ecclesie Sancti Nicolay, qui situm est in locum Beteri a super mare pertinentem Ecclesia ipsa de Lambertus, et Landoari Comitibus germani filii quondam Alberti Comitis, una mecum esset Petrus Advocatorem ipsius Ecclesie, quam et nos Risus, et Rodericus germani filii quodnam Maraldi, et Madelmus . . . . Domini Jaquinti, et Petrus nepos istius Madelmi, ac filius quodnam Sergi quod de Imperatissa germana istius Madelmi genuit; toti insimul ante subscripti idoneis hominibus . . . . Johanni, qui fuit natibus de locum Pecara territorio de Amalfi, et filio Mauroni de rebus pertinentem ipsius Hecclesie, et pertinentem nobis omnibus supraseripti parentes, atque consortes, qui est . . . . in locum Albole ex illa pars Salernitane finibus, qui est medietate pertinentem ipsius Ecclesie, et medietate nobis omnibus suprascripti. Unde de ipsa nostra medietate est pertinentem nobis Risi, et . . . . . . medietate, et nobis Madelmi, et Petri medietate, et de ista medietate, quod nobis Madelmi, er Petri inde pertinet, Ego Madelmus habere inde debeo tres sortis, et ipse Petrus a pars ipsius . . . . sue inde pertinet quartam partem. Quapropter nos omnes una cum ipsum Abbatem tradidimus ipsius Johanni de ipsa terra baciba in omni facie per mensuras ana passus sexaginta . . . . sicur per omni parte ad fine nostra conjungitur. Etiam et tradidimus ei una pecia de terra cum castanietum nostrum pertinentem ibique propinquo per as fines mensuras. Incipiente a capite de vallonem, qui inde esse videtur, et salientem usque tractorarium inde passos sexaginta; et ab inde revolbente per ipso cristone quasi in parte orientis; inde passus centum biginti, et ab inde descendente per tractorarium ipsum, et conjungentem in alio tractorarium, sunt inde passos septuagintaocto, et inde saliente per alio tractorarium sunt inde passos quadragintaocto, et ab inde qualiter salit per ipso ballonem, et conjungit in priore fine; qnam et tradidimus ei omnes alia castanieta, quod ibique in ipso locum habemus cum vice de biis suis. Tali hordine, ut amodo, et usque duodecim anni

anni completi ad illius, vel de illius heredes fit poteftatem illut tenendum, et dominandum, et fobee, et omnis fue hutilitatis ibidem facere jufta ratione, et reditum ibidem faciendum in quo ei comparuerit, et ibidem refidere, et abitare, et in ipfo vacibum per jam dictas menfuras paftenare vinea de bono vitinio, feu pomis, aut fi canne, vel falici ibi apte paruerit planctandum, et illa annualiter lavorare, et ftudiaret, et furgeret, ficut meruerit, et circoitum illa cluderet; et in ipfa pecia de terra cum caftanietum faceret infitetum de inferri, et robiolis, feu zenzale, ficut meruerit. Had conpleto ipfo conftitutum in tota ipfa terra bacua per jam dictas fines, et menfuras haberent vinea facta, et hoperata bona, et inpalata, et clufa, feu fi pomis, vel canne, aut falici ibi planctaberit, totum haberet illut hoperatum, et cultatum, ficut de tantos annos locus ipfe meruerit, ut bonum paread factum, et hoperatum. Tantum a quo vinum, et infite inde exierit infra ipfi anni, vel fi alia poma ibi facta fuerit, inclita tertiam partem inde nobis, vel ad Miffum noftrum inde daret ipfe infite fecehe, et due fortis inde fivi habeter; et donec ipfi caftaneis fuerit, quod infitare debuerit, tolleret fivi ipfo frudium de ipfis caftaneis, et omnes alia noftra caftanieta de ipfo locum extra illut per jam dictas menfuras illis annualiter ufque ipfo conftitutum fivi colligeret, et tolleret, et tote ille fivi haberet. Tantum pro cenfum exinde daret nobis per annum duo auri tari boni. Da conpletos ipfos duodecim annos ipfis caftanietis noftris extra illut, quod infitate debunt, redeant ad poteftatem ipfius Ecclefie, et ad poteftatem de nobis omnibus fupcafcripri, vel de noftris heredibus. Et ipfa terra cum vinea, et ipfa terra cum infitetum per jam dictas fines et menfuras ille, et fuos heredes tenere natos nafcentes omni tempore, et omnes fue hutilitatis ibidem facere jufta rationem; et ibidem refideret, et avitatet, et tota vinea ipfa per jam dictas menfuras annualiter apto tempore lavorare, et ftudiaret de fuper, et de fubter ficut locus ipfe meruerit, ut proficiad, et non difperead; tragendum ibi propagines, et vites planctandum, et furgendum, feu cultandum. Et ipfo infitetum ftudiet, et falbum faciad, et per tempus de vindemmie fcire faciant pars Ipfius Ecclefie, et nos omnes fuprafcripti confortes, vel noftris heredibus, ut ibi pergamus, aut dirigamus Miffum noftrum, et ille, vel fuos heredes tota ipfa vinea fuis temporibus vindemiaret, et ad palmentum ibique ipfo vinum procuraret, et poma, quas ibi fuerit, colligeret, et totum illud ibique nobifcum, vel cum Miffum noftrum divideret; illis due fortis, et nos tertiam partem: inter nos, et pars ipfius Ecclefie illud dividendum, ficut fupra diximus ibi effe fortifices; et ipfa fortione noftra de ipfo vinum illis reponant ibique in domo, ubi avitaberint, in organea noftra, que ibique ei dedetimus, qui per illis fit bona conciata per annum, et faciad nobis ipfo vinum falbum, donec illud inde tulerimus, abfque degeneratione, et ignem. Et dum pro ipfa vindemia ibi fteterimus, nos, aut Miffos noftros illis enutrire nos debead fecundum illorum poffivilitatem. Et fi de ac terra Salernitana exierit pro aliubi ad avitandum, aut fi talem fecerit culpam, unde legibus ad publicum cecidat, tunc inclita ipfa traditionem ad poteftate ipfius Ecclefie, et de nos omnes fuprafcripti, et de noftris heredibus eveniad; et fi infra tribus anni in ac terra ad avitandum redierit, & voluerit illud recolligere in fupradicto hordine, poteftatem habeant tantum illo anno, quod redierit, fi rebus ipfa lavorata invenerit, non querad illo anno de ipfo frudium; et quale tempore da ipfi duodecim anni in antea rebus ipfa, hoc eft ipfa terra cum vinea, et ipfa terra cum infitetum per jam dictis menfuras tenere, et lavorare noluerit, aut non potuerit, inclitum illud, ficut diximus, operatum, et cultatum, et ftudiatum remittad ad poteftatem ipfius Ecclefie, et nobis omnibus fuprafcipti confortes, vel ad noftris heredibus. Et fi taliter omnia fuprafcripta nobis, vel in pars ipfius Ecclefie non adinpleberit, et aliquit inde contradixerit, tunc per bona conbenientiam conponere obligavit fe ipfe Johannes, et fuos heredes natos nafcentes in pars ipfius Ecclefie, ejufque Rectoribus, et nobis biginti auri folidos Coftantinos. De qua, ut omnia fuprafcripta in pars ipfius Ecclefie, et nobis omnibus fuptafcripti, vel ad noftris heredibus ipfe Johannes, et fuos heredes adinplendum, et ali-

aliquit inde non remobendum per bona conbenientiam guadiam nobis omnibus supraseripti consortes, et mihi predicto Eupraxi Abbati dedit, et mediatorem nobis posuit semedipsum. Verumtamen hoc memoramus ut quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa tenere, et lavorare noluerit, aut non potuerit, inclitum illud per ipsas mensuras cultatum, et hoperatum, et studiatum, sicut diximus, remittant ad potestatem de pars ipsius Ecclesie, et ad potestate nostra de ii omnibus suprascripti consortes Risus, Rodericus, Madelmus, et Petrus, et de nostris heredibus faciendum per partes de sua sorte quod voluerit; et ipsum Johannes, vel suos heredes licead inde exire cum omnia sua causa mobilia, et pergad ubi voluerit. Et hoc recolimus, ut de omnis vinum, et frudium, quod nobis ab ipsum pastenatorem in sorte venerit, tollad illud pars ipsius Ecclesie medietate, et nos omnes supradicti consortes medietate, et de ipsi tari, quod ab eum pro ipse castanee per annum tollimus, unum inde tollad pars ipsius Ecclesie, et unum nos toti consortes; et postquam ammissum fuerit nobis per illis per supradicto hordinem rebus ipsa, medietate sit ipsius Ecclesie, et medietate de nos predicti consortes, et de nostris heredibus, et supradicta traditione, quam ei tradidimus, est in ipsum locum Albole et illa pars aqua de Albole in parte Falerzo. Quod scripsi Ego Myrandus Notarius.

✠ Ego Romoaldus Castaldeus.

✠ Ego Romoaldus.

XLVI.

Prandi filius quondam Ursi Terravindica vendit Ingnelfredae cognato suo filio Johannis quartam partem terrae cum casa solerata, quae dicitur de Falco Liotardi intra Nuceriam, pro tarenis auri octo. anno 28. Guaimarii, et 2. Johannis ejus filii mense Januario 15. Ind. (Christi an. 1017. Arc. 30. n. 46. in membrana.



IN nomine Domini anno bicesimooctabo principatus Domini nostri Guaimari, et secundo anno principatus Domini Johanni ejus filio gloriosi Principibus mense Januarius quintadecima Indictione. Ideoque Ego Prandi filius quondam Ursi Terravindica, sicut mihi congruum est, mea quidem vona boluntate ante Mirandus Judex, et alii subscripti testes per anc cartam benumdedit tivi Ingnelfreda congnati meo filio Johanni quartam parte de terra cum casa fravita solarata, quod abeo intus firmitate Nuceria; ipsa casa, que dicitur de Falco Liotardi per ec finis. Da pars orientis fine anditu, de super fine casa de eredes Maraldi Camaliolu, sicut muro communale discernit; a pars occidentis fine media strectola; de subter fine casa Johanni Frecentese, sicut inde medio muro discernit, et conjungente se ad ipsum anditum priore fines. De ec vero terra cum casa fravita solarata, qualiter modo conciata, et edificata est per jam dicte finis, inclita quarta parte tivi nominato Ingnelfrede cum omnia sua pertinentia, et cum vice de ipso andito; unde nullam mihi, nec quarta uxori mee, nec cuicqua ominibus, vel in quavis partibus nichil inde restitit, aud dicimus remanere sortio, set, sicut diximus, inclita ipsa quartam parte de jam dicta casa tivi nominato benumdedit Ad securiter, et firmiter amodo, et semper tu, tuisque eredibus eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum, quod volueritis absque omni nostra, et de nostris eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate, vel requisitione. Et pro confirmandam, et stavilis cendam anc nostra virdictione a presentis recepit a te, qui supra, auri tarì boni octo in omnes deliberatione, sicut inter nos convenit. De qua Ego supradictus Prandi per vona convenientia guadiam tivi jam dictus Ingnelfreda dedit, et mediatorem tivi posuit Johannes filius idem

idem Johanni Baffi, et per ipfa guadia obligo me, et meis filiis, et eredes amodo, et femper omni tempore defenfemus tivi, tuique eredibus inclita fuperdicta nostra vinditione cum omni fua pertinentia, et cum vice de ipfo andito a pars uxori mee, et da omnes homines, omnique partibus. Quod fi taliter, ut fuperius legitur, illut tivi, tuique eredibus non defenfaberimus, et aliquit inde remobere, aut contrare quefierimus per quavis modis, vel ingenium, tunc primum omnium queftio, et caufatio nostra, et de noftris eredibus adberfus vos fit exinde tacita, et bacua, et componere obligo me, et meis eredibus per ipfa guadia tivi, tuique biginti auri folidos Conftantinos, et, ficut fuperius legitur, illut vobis defenfemus, et queftio, et caufatio noftra fit exinde tacita, et bacua. Et taliter fcribere rogavimus te Romoaldus Notarius. Actum ujus Nuceria.

✠ Ego qui fupra Mirandus Judex.
✠ Ego Johannes Clericus.
✠ Ego Joannes.

XLVII.

MAjo Abbas Ecclefiae S. Maximi tradit Johanni filio Maftali ad annos decem medietatem curtis a parte occidentali in loco Angre, ubi Cafamabile dicitur, feu terrae cum arbuftis vitatis, & vacuo pertinentis ad eandem Ecclefiam pro medietate vini, & pomorum. anno 29. Guaimarii, & 3. Johannis menfe Januarii 1. Ind. (Chrifti anno 1018.) Arc. 31. n. 81. in membrana.



IN nomine Domini vicefimonono anno principatus Domini noftri Guaimarii, et tertio anno principatus Domini Johanni ejus filio gloriofis Principibus menfe Januarius prima Indictione. Memoratorium factu a me Majo Abbas Ecclefie Sancti Maximi; una mecum adeffet Roderifius Advocatorem noftrum, eo quod ante fubfcripti idoneis hominibus per bonam conbenientiam tradidimus Johanni filio Maftali, qui fuit de Graniana, et modo eft avitator in locum Nuceria, ubi Angre dicitur, medietate de inclita curtem, quod pars ipfius noftre Ecclefie abet in ipfo locum Angre, ubi proprio Cafamavile dicitur, qui eft terra cum arbuftis vitatis, et bacuum una tenientem infra as fines, et menfuras. A pars orientis finis ipfius Ecclefie, unde via fuit, inde paffos centum nonagintaquadtuor ufque bia, qui modo fe andat, et per ipfa via abientem in pars meridie ufque alia via publica majore, funt inde paffos quadraginta quinque; a parte meridie finis ipfa bia publica majore, que dicitur Stabiana, funt inde paffos centum quadtuordecim; a parte occidentis rectum menfurati paffus feptuagintaunum, et abinde revolbente in ipfa pars occidentis rectum, et exiente ufque in fine de heredes Domini Radelghifi funt inde paffus nonagintaquadtuor, et ab inde revolbente in pars feptentrionis contra ipfa padule, et inde paffus octuagintaquadtuor; a pars feptentrionis finis ipfa padule pertinente predicte noftre Ecclefie, inde paffos centum feptuagintaquadtuor: totum menfuratum ad jufto paffum hominum. De ec vero rebus infra predictos fines, et menfuras inclita medietas in ipfa pars occidentis eidem Johanni tradidimus, feu et tradidimus ei extra ipfas menfuras, quantum plus potuerit, cum predicta medietate exire lavorandum in ipfa padulo in oc hordine, ut amodo, et ufque decem anni completi ipfe Johannes, et fuos heredes predicta noftra traditione fue poteftatis teneren, et dominarent, et ibidem refiderent, et abitarent, et fue hutilitates jufta ratione ibi facerent, et annualiter ufque ipfo coftitutum tota predicta noftra traditione apto tempore perfecte laborarent, potare, propaginare, et ubi meruerit, arbores, et vites de bono vitinco

neo ibidem planctarent, et sic illut annualiter lavorarent, et hoperarent, quatenus proficiant, et non dispereant, et semper bene paread lavorata, et cultata, et, ubi meruerit, clusa, et quantum potuerint per tempus introire in ipsa padule lavorandum, lavorent illut, et faciant ibi ortora, et seminent annualiter tam ibi, quam etiam et in ipsa alia traditionem, quale semente ibi meruerit, et tam ipsa ortora, quam et ipso seminatum annualiter studient, et de omnis frudium, et lavores, quam inde exierit, de totum deant annualitor ad pars predicte nostre Ecclesie justo terraticum, et servitium secundum consuetudinem de ipso locum, et per tempus de vindemie annualiter usque ipso constitutum faciant scire pars predicte nostre Ecclesie, ut ibidem dirigamus Missum nostrum, et illis totum ipso arbustum annualiter apto tempore rationaviliter vindemiaret, et poma exinde colligere, et omnis vinum, et poma exinde ibique per medietatem dividant; pars predicte nostre Ecclesie tollad illi medietatem, et illis medietatem, et ipsa medietas de ipso vinum, que ad pars ipsius Ecclesie inde venerit, illis portent illut usque cellarium ipsius Ecclesie, quod abemus in ipso locum Nucerie, ubi dicitur ad Pariti, et mittant illut in organea, que pars ipsius Ecclesie eorum ibi assignaberit; ita ut illis organea ipsa perfecta conciet; Missum vero, quem pars predicte nostre Ecclesie annualiter ibidem direxerit, illis eum nutriad secundum suam possivilitatem, donec pro ipse vendemie, et aire ibi steterit, et dead ei palmentatica, & airatica, sicut consuetudo est. Ad completo ipso constitutum inclita predicta traditionem hoperata bona, et, ubi meruerit, clusa, remittant ad potestatem de pars predicte nostre Ecclesie, et illis licead inde exire cum omni sua causa mobilia, et iret ubi voluerit. De qua per bona convenientiam guadiam nobis ipse Johannes dedit, et mediatorem nobis posuit seipsum, & Johannes socerum suum filium Sparani, et Petrus Boni, et per eadem guadiam obligavit se ipse Johannes, et suos heredes, ut, si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine nobis, et ad pars predicte nostre Ecclesie non adimplebent, vel aliquit de quod superius legitur remobere, aut contrare quesierit, tunc per bona conbenientiam per ipsa guadia componere obligavit se, et suos eredes nobis, et ad pars predicte nostre Ecclesie biginti auri solidos Costantinos. Quod scripsi Ego Myrandus Notarius.

✠ Ego Romualdus.
✠ Ego Jaquintus Notarius me subscripsi.
✠ Ego Ademari.

XLVIII.

MAjo Abbas Ecclesiae S. Maximi tradit ad annos decem Grimoaldo filio Stephani Comitis, & Johanni filio Stephani Calbenzo medietatem curtis a parte orientali in loco Angre, ubi Casamabile dicitur, seu terrae cum arbustis vitatis, & vacuo ad candem Ecclesiam pertinentis pro terratico, & servitio consueto, necnon pro medietate vini, & pomorum. anno 30. Guaimarii, & 3. Johannis mense Martii 1. Ind. (Christi anno 1018.) Arc. 30. n. 69. in membrana.



IN nomine Domini tricesimo anno principatus Domini nostri Guaimarii, et tertio anno principatus Domini Johanni ejus filii gloriosi Principibus mense Martius prima Indictione. Memoratorium factu a nobis Grimoaldus filius Stefani Comitis, et Johannes filius Stefani Calbenzo, qui sumus habitantes de locum Angre de actum Nucerie, eo quod ante subscripti idoneis hominibus tradidit nobis Majo Abbas Ecclesie Sancti Maxi-

Maximi, una cum eum esset Roderus Advocatorem ejus; inclita medietate de curte, quod pars ipsius Ecclesie habet in ipso locum Angre, ubi proprio Casamavile dicitur, qui est terra cum arbustis vitatis; & bacuum uno tenientem infra as fines, et mensuras. A parte orientis fine ipsius Ecclesie, unde via fuit, inde passus centum nonagintaquadtuor, usque bia, que modo se andad, et per ipsa bia abientem in pars meridie usque alia via publica majore, sunt inde passus quadragintaquinque; a parte meridie fine ipsa bia publica majore, que dicitur Stabiana, sunt inde passus centum quadtuordecim; a parte occidentis rectum mensurati passus septuagintaunum, & ab inde revolbente in ipsa pars occidentis rectum exiente usque in fine de heredes Domini Rodelghisi, sunt inde passus nonagintaquadtuor, et ab inde revolbente in pars septentrionis contra ipsa padule, et inde passus octuagintaquadtuor; a pars septentrionis fine ipsa padule pertinentem ipsius Ecclesie inde passus centum septuagintaquadtuor: totum mensuratum ad justo passu hominis. De hec vero rebus infra predictos fines, et mensuras inclita medietatem in ipsa pars orientis nobis tradiderunt, seu et tradiderunt nobis extra ipsas mensuras, quantum plus potuerimus cum predicta medietate exire laborandum in ipsa padule, tantum exceptuatum sit de ipsa traditionem, quod nobis non dederunt ipsa pecia, quod tenuit Johannes Livoranus. Nam ipso aliur, sicut dictum est, nobis tradiderunt cum vice de ipsa bia in oe hordine, ut amodo, et usque decem anni complerit nos, et nostris heredibus ipsa eorum traditionem nostre potestatis tenere, et dominare, et ibidem residere, et abitare, et nostre hutilatis ibidem facere justa ratione, et annualiter usque ipso constitutum tota predicta traditione annualiter perfecte laboremus, propaginemus, et ubi meruerit arbores, et vites de bono vitinio ibidem planctemus, et sic illut annualiter lavoremus, et hoperemus, quatenus proficiad, et non disperead, et semper bene paread lavorata, et cultata, et ubi meruerit clusa, quantum potuerimus per tempus introire in ipsa padule lavorandum, lavoremus illut, et faciamus ibi ortora, et seminemus annualiter tam ibi, quam et in ipsa alia traditione quale semente ibi meruerit, et tam ipsa ortora, quam et ipsos seminatum annualiter studiemus, et de omnes frudium, et lavores, quam inde exierit, de totum dernus annualiter ad pars ipsius Ecclesie justo terraticum, et servitium secundum consuetudinem de ipso locum, et per tempore de vindemmie annualiter usque ipso costitutum faciamus scire pars ipsius Ecclesie, ut ibidem dirigant Missum suum, et nos totum ipso arbustum annualiter apto tempore rationabiliter vindemmiare debeamus, et poma exinde colligamus, et omnis vinum, et poma exinde ibique per medietatem dividamus; pars predicte Ecclesie tollad illut medietate, et nos medietate, et ipsa medietate eorum de ipso vinum, que ad pars ipsius Ecclesie inde benerit, nos portemus illut usque cellarium ipsius Ecclesie, quod habet, et in ipso locum Nuceria, ubi dicitur ad Pariti, et mittamus illut in organea, que pars ipsius Ecclesie nobis assignaberit, ita ut nos organea ipsa perfecta conciemus; Missum illorum, que pars predicte Ecclesie annualiter ibidem direxerit, nos eum nutriamus secundum nostram possivilitatem, donec pro ipse vindemie, et aire ibi steterit, et demus ei palmentatica, et airatica, sicut consuetudo est. Ad completo ipso constituto inclita predicta traditionem hoperata bona, et ubi meruerit clusa, remittamus ad potestatem de pars ipsius Ecclesie, et nos licead inde exire cum omnia nostra mobilia, et ire ubi voluerimus. Tautum amodo, et usque ipso constitutum ipse Abbas, suique successoribus, et pars ipsius Ecclesie defensare nobis, nostrisque eredibus tota supradicta sua traditione per jam dictum hordinem, quemadmodum supra legitur, da omnes homines; omnique partibus, et non querere ante ipso constitutum illut nobis tollere, aut contrare. De qua per bona conbenientiam guadiam nobis ipse Abas dedit, una cum eum esset ipse suum Advocatorem, et mediatorem nobis posuit Jaquintus Diaconus, et Primicerius eundem Ecclesie; ut, si taliter omnia, ut superius legitur, ipse Abbas, suique successoribus, et pars ipsius Eclesie nobis non adimpleberint, et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse

ipse Abbas, suique successoribus, et pars ipsius Ecclesie nobis, nostrisque eredibus biginti auri solidos Costantinos. Et hunc brebem scripsi Ego Myrandus Notarius, qui ita novi.

✠ Ego qui supra Majo Presbiter et Abbas.
✠ Ego qui supra Roderisius me subscripsi.
✠ Ego Jaquintus Notarius me subscripsi.
✠ Ego Dauferius Notarius me subscripsi.

XLIX.

Jaquintus filius quondam Johannis filii Jaquinti vendit Monasterio SS. Trinitatis in loco Metiliano decimamoctavam partem terrae in Transboneja, ubi Catagrisuli dicitur; quam in oblatione ejusdem terrae ipsi Monasterio olim facta sibi reservaverat, pro solidis auri tarenorum sexaginta: sibi retinens in vita usumfructum, & secum ad rei venditae defensionem sese obligante Gemma filia quondam Jaquinti ejus uxore. anno 1094. mense Augusti 2. Ind. Arc. 6. n. 9. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni, et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo nonagesimoquarto temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Augusto secunda Indictione. Dum coram presentia Domini Petri gratia Dei Abbatis Monasterii Sancte, et Individue Trinitatis, quod constructum est foris hanc Salernitanam civitatem in loco Mitiliano, essem Ego Petrus Judex, aliique ydonei homines, Adelarius ejusdem Monasterii Monachus jussu suprascripti Domini Abbatis, ac pro parte ejusdem Monasterii, et Jaquintus filius quondam Johannis filii Jaquinti Apuliensis conjuncti sunt, et ipse Adelarius pro parte suprascripti Monasterii ostendit una cartulam scriptam per Johannem Notarium, qualiter in anno Dominice Incarnationis millesimo octogesimooctabo temporibus suprascripti Domini nostri Ducis mense Augusto undecima Indictione ante Ademarium Judicem ipse Jaquintus, et Gemma uxor sua filia quondam Jaquinti clarificaverant se habere duas pecias de terris cum zenzalitis foris hanc Salernitanam civitatem in loco Transboneja, quas dixerant esse per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. Una ex eis, ubi Catagrisuli dicitur, de pede finis silva, quae ducit inter hanc, et alteram terram cum zenzaleto, de qua ipse Jaquintus duas partes pro quarta istius terre ejusdem uxoris sue tunc ante ipsum Judicem dederat, et passus septuaginta, de uno latere finis terra silbosa Sancti Cesarii, et recte mensurati passus ducentos; de capite finis media serra, et passus triginta. De alio latere finis aliorum, sicut aliquantum media sepes discernit, et recte mensurati intra ipsam terram mensurati passus ducentos triginta usque ipsa alia priore fine. Altera ex eis, ubi Fagitu dicitur. De pede finis medius ribus, qui Sabuculus dicitur, et recte prope eum intra ipsam terram mensurati passus triginta, et duo. De uno latere recte mensurati a cilio ripe ejusdem rivi passus nonagintasex; de capite fines, sicut revolvit de alio latere, recte mensurati passus nonagintaduo usque cilium ripe ipsius rivi; et ex ipsis terris per suprascriptas fines, et mensuras dixerant quattam partem pertinere ipsi Gemme, et tres partes eidem Jaquinto extra octabadecima parte de ipsa terra, ubi Catagrisuli dicitur. Et ipsa Gemma ipsam quartam partem suam remiserat in potestate suprascripti viri sui pro ipsis duabus partibus de ipsa terra a suptus ipsa via da Catagrisuli, qualiter, ut dictum est, ante ipsum Judice eidem uxori sue dederat. Et, sicut ipsi Jaquinto congruum fuerat, bona sua voluntate pro salute anime sue optulerat in suprascripto Monasterio Religiosorum virorum Sancte, et Individue Trinitatis inte-

integras ambas suprascriptas pecias de terris per jam dictas fines, et mensuras cum omnibus, que intra eas erant, cunctisque earum pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et de aliis viis suis extra ipsam octabamdecimam partem de ipsa terra, ubi Catagrisuli dicitur, quam videlicet partem aliis hominibus pertinere dixerat ipse Jaquintus. Ea ratione, ut semper esset in potestate ipsius Domini Abbatis, et successorum ejus, et partium ipsius Monasterii, et liceret illum, et successores ejus, et partes ipsius Monasterii de eo facere, quod vellent. Tantum, dum ipse Jaquintus vixisset, & Monachus factus non fuisset, integrum illud de Catagrisuli sue retineret potestatis usufruendi nomine, et de usufructus ejus quod vellet faceret; et per omnem annum tempore castanearum daret exinde intra supradictum Monasterium parti ejusdem Monasterii ipse Jaquintus sex cophinos mensuraturos de bonis zenzalis siccis ad faciendum ex eis pars ipsius Monasterii quod vellet. Cum autem ipse Jaquintus mortuus, vel Monachus factus fuisset, ipse usufructus extingueretur, et ad suam rediret proprietatem, sicut ipsa carta continet, in qua ipse Ademarius Judex subscriptus est. Et suprascriptus Jaquintus ostendit unam aliam cartam scriptam per Grimoaldum Notarium, qualiter in anno dominice Incarnationis millesimo nonagesimosecundo temporibus suprascripti Domini nostri Ducis mense Aprili quintadecima Indictione ante Johannem Judicem Vivus Vicecomes filius quondam Petri conjunctus fuerat cum suprascripto Jaquinto nepote suo, et ipse Jaquintus ostenderat unam cartam scriptam per Jaquintum Notarium vicesimo anno principatus Domini Guaimarii, et primo anno principatus Domini Johannis ejus filii mense Aprili sexta Indictione, qualiter in sacro Salernitano Palatio ante ipsos Principes, dum ybidem adesset Grimoalt Comes, et Judex, abierant mulier Fasanam nomine filia Petri, relicta Johannis, et Maraldus, et Ursus, et Falco infantes intra etatem filii ipsorum Fasane, et Johannis, et secundum legem per ipsam cartam venumdederant ipsi Johanni genitoris ipsius Jaquinti portiones suas, et Johannis filii, et germani eorum de rebus foris hanc civitatem in loco Transboneja in monte, ubi Majanum, et Grisulu dicitur, que erat per fines; de duabus partibus fine viis, et de alia parte fine, que fuerat serborum Sancti Cesarii; de alia parte fine, que fuerat Roderici filii Gentilis, cum omnibus ad se pertinentibus, et cum vice de via sua, ad faciendum exinde ipse Johannes, et ejus heredes quod vellent; sicut ipsa carta continet, in qua ipse Grimoalt Comes, et Judex subscriptus erat. Necnon et ipse Jaquintus ostenderat plures alias cartulas continentes, qualiter ipse Johannes genitor ejus emerat, et acquisierat a pluribus aliis hominibus portiones illorum de suprascriptis rebus, per jam dictas fines; que cum fuerant ostense, dixerat ipse Vivus, ut et sibi persuas rationes ex ipsis rebus pertinere integram portionem, que quondam pertinuerat euidam Deodedo filio Vivi, et reliquum totum pertinere ipsi Jaquinto, eo quod in sortem ei evenisse a germanis suis cum alia terra cum zenzaleto, que est a suptus, et conjuncta cum via, que ducit per pede de ipsis rebus; et sicut ipsi Vivo congruum fuerat, bona sua voluntate per ipsam cartam tradiderat ipsi Jaquinto integram ipsam portionem, que olim pertinuerat ipsi Deodedo ex omnibus suprascriptis rebus, cum omnibus, que intra ipsam portionem erant, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis. Ea ratione, ut semper integras omnes suprascriptas res per jam dictas fines, que est cum zenzaleto, et silba, et vacuo cum omnibus, que intra eas erant, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsis viis semper esset in potestate ipsius Jaquinti, et heredum ejus, et ille, et ejus heredes licentiam haberent ex eis facere quod vellent absque contrarietate ipsius Vivi, et heredum ejus, sicut ipsa carta continet, in qua ipse Johannes Judex subscriptus est. Cum autem ipse cartule ostense, ac lecte fuerunt, ipse Jaquintus clarificavit se habere terra cum insiteto, et silba foris hanc predictam civitatem in ipso loco Transboneja, ubi Catagrisulu dicitur, quam dixit esse per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis finis via, et passus decem et octo; a parte occidentis est finis illud, quod ipse Jaquintus in suprascripto Monasterio optulit,

lit, ficut fuprafcripta carta, quam ipfe Adelarius fuperius oftendit, continet; a parte meridiei finis media terra, et pasfus quattuor; a parte orientis eft finis, qualiter a media ipfa terra recte defcendit ufque ipfa via. Et, ficut ipfi Jaquinto congruum fuit, fua voluntate per convenientiam per hanc cartulam vendidit ipfi Adelario pro parte fuprafcripti Monafterii totam, et integram ipfam octabamdecimam partem, quam ecfceptuaverat de ipfa terra, ubi Catagrifuli dicitur, per ipfas fines, & menfuras, ficut fuprafcripta carta offertionis continet, eo quod illam poftmodum ipfe Jaquintus acquifierat, quemadmodum ipfa carta, quam ille, ut dictum eft, oftendit, continet; et totam et integram fuprafcriptam terram cum infiteto, et filba, quam fe, ut dictum eft, clarificavit habere, per ipfas fines, et menfuras, qualiter fuperius legitur, et totum, et integrum, quantum ipfi Jaquinto pertinuit, ac pertinet juxta ipfa terra da Catagrifuli a completa fuprafcripta menfuria fuprafcripte terre in ipfa parte orientis, et totum, et integrum, quantum ipfi Jaquinto pertinuit, ac pertinet, conjunctum cum ipfa terra da Fagitu, quam in ipfo Monafterio optulit, ficut fuprafcripta carta offertionis continet; cum omnibus, que intra ipfam venditionem funt, cunctifque fuis pertinentiis, et cum vice de ipfa via, et de aliis viis fuis, et cum fuprafcripta carta, quam, ipfe Jaquintus, ut dictum eft, oftendit, et cum decem aliis cartulis ex ipfa terra da Catagrifuli continentibus. Ex quibus Prima fcripta eft per Romualdum Notarium anno vicefimoprimo principatus Domini Gifolfi menfe Januario duodecima Indictione, et in ea Radelgrimus Judex fubfcriptus eft. Secunda, et Tertia, et Quarta, et Quinta fcripte per Jaquintum Notarium vicefimo anno principatus Domini Guaimarii, et primo anno principatus Domini Johanni filii ejus fecunda, et tertia menfe Aprili, et quarta, et quinta menfe Majo, et tote fexta Indictione, et in unaqueque ex eis Grimoalt Comes, et Judex fubfcriptus eft. Sexta fcripta per Dauferium Notarium anno tricefimo principatus Domini Guaimarii, et primo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii menfe Octobri prima die intrante fecunda Indictione, et in ea Romualdus Judex fubfcriptus eft. Septima fcripta per Ademarium Notarium tricefimofecundo anno principatus Domini Guaimarii, et undecimo anno ducatus ejus Amalfis, et Sirrenti, et octabo anno principatus, et ipforum ducatuum Domini Gifulfi Principis, et Ducis filii ejus menfe Octobri tertia Indictione, in qua teftati funt Petrus, et Petrus Notarlis. Octaba fcripta per Johannem Notarium tricefimotertio anno principatus Domini Guaimarii, et duodecimo anno ducatus ejus Amalfis, et Sirrenti, et decimo anno principatus, et ipforum ducatuum fuprafcripti Domini Gifulfi ejus filii menfe Martio quarta Indictione, et in ea Sico Comes, et Judex fubfcriptus eft. Nona fcripta per Petrum Notarium tricefimofecundo anno principatus Domini Guaimarii, & duodecimo anno ducatus ejus Amalfis, et undecimo anno ducatus ejus Sirrenti, & nono anno principatus, et ipforum ducatuum fuprafcripti Domini Gifulfi filii ejus menfe Julio tertia Indictione, et in ea ipfe Sico Comes, et Judex fubfcriptus eft. Decima fcripta per Johannem Notarium tertiodecimo anno principatus domini Gifulfi menfe Majo feptima Indictione, in qua ipfe Sico Comes, et Judex fubfcriptus eft; et cum tribus cartulis ex ipfa terra da Fagitu continentibus, ex quibus Una fcripta eft per Petrum Notarium vicefimoquarto anno principatus Salerni Domini Guaimarii, et quarto anno principatus ejus Capue, et ducatus ejus Amalfis, et tertio anno ducatus ejus Surrenti, et primo anno fuprafcriptorum principatuum, et ducatuum fuprafcripti Domini Gifulfi filii ejus menfe Junio decima Indictione, in qua ipfe Grimoalt Comes, & Judex fubfcriptus eft. Altera fcripta per ipfum Petrum Notarium vicesimoquinto anno principatus Salerni Domini Guaimarii, & quinto anno principatus ejus Capue, et ducatus ejus Amalfis, & quarto anno ducatus ejus Sirrenti, & primo anno fuprafcriptorum principatuum, & ducatuum fuprafcripti Domini Gifulfi filii ejus, et primo anno ducatus illius Apulie, et Calabrie menfe Martio undecima Indictione, in qua Ademarius Judex fubfcriptus eft. Altera fcripta per ipfum Petrum Notarium fextodecimo anno principatus fuprafcripti Domini Gi-

Gisulfi menfe Martio Indictione decima, in qua fubfcripti funt Urfus Caftaldeus, et Judex, et Vivo Caftaldeus. Ea ratione, ut integra fuprafcripta venditio, ficut fupra fcriptum eft, femper fit in poteftate partium fuprafcripti Monafterii, et pars ejufdem Monafterii licentiam habeant de ea facere quod voluerit. Sic tamen, ut dum ipfe Jaquintus vixerit, et Monachus factus non fuerit, integrum illud da Catagrifuli, quod ipfe Jaquintus, ut fupra fcriptum eft, vendidit, ufufruendi nomine teneat, et de ufufructu ejus quod voluerit faciat. Poft hovitum vero ejufdem Jaquinti, vel, fi Monachus factus fuerit, integrum ipfum ufumfructum exftinquatur, et ad partes fuprafcripti Monafterii perbeniat faciendum quod voluerit. Et propter confirmationem hujus venditionis ipfe Jaquintus fufcepit ab ipfo Adelario pro parte fuprafcripti Monafterii ftatutum pretium auri folidos tarenorum fexaginta in omni deliberatione. Et per convenientiam ipfe Jaquintus guadiam ipfi Adelario dedit, et fidejufforem ei proparte fuprafcripti Monafterii pofuit femedipfum, et per ipfam guadiam obligavit fe, et fuos heredes femper defendere partibus fuprafcripti Monafterii integrum illud, quod, ut dictum eft, vendidit in fuprafcripta ratione, ab omnibus hominibus, ea ratione, ut, quotiens pars fuprafcripti Monafterii ipfum Jaquintum, & ejus heredes defenfores de eo habere quefierint, totiens pars fuprafcripti Monafterii det eis fuprafcriptas quattuordecim cartulas jufta ratione falbas habendas diebus fexaginta; et per omnes vices ipfe Jaquintus, et ejus heredes integrum illud, quod, ut dictum eft, vendidit, partibus fuprafcripti Monafterii defendant, ficut fupra fcriptum eft, et poft completos ipfos dies per omnes vices ipfe Jaquintus, et ejus heredes cartulas ipfas, quales eis date fuerint, partibus fuprafcripti Monafterii reddant; et licentiam tribuit, ut, quando partes ejufdem Monafterii voluerint, poteftatem habeant illud per fe defendere qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo oftenderint. Et fi, ficut fuperius fcriptum eft, ipfe Jaquintus, et ejus heredes non adimpleverint, et fuprafcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere prefumpferint, per ipfam guadiam obligavit fe, et fuos heredes componere partibus fuprafcripti Monafterii centum auri folidos Conftantinos. Interea Gemma filia quondam Jaquinti, et uxor fuprafcripti Jaquinti in mea accedens prefentia prefente ipfo viro fuo, et cum illius voluntate per convenientiam obligavit fe, et fuos heredes, fi fuprafcripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere prefumpferint, componere partibus fuprafcripti Monafterii centum auri folidos Conftantinos. Et duas cartulas unius tenoris, hanc, quam partes fuprafcripti Monafterii, et alteram, quam ipfe Jaquintus retinet, tibi Johanni Notario fcribere precepi, memorans quod fuperius difturbatum eft legitur undecimo.

✠ Ego qui fupra Petrus Judex.

L.

ADelferius, & Guaiferius Comites filii quondam Rifandi tradunt ad paftenandum *Johanni filio quondam Petri, qui fuit Beneventanus, terram cum vinea in loco Uliaria de finibus Salerni pro medietate vini, pomorum, & aliorum fructuum. anno* 38. *Guaimarii, &* 9. *Guaimarii ejus filii menfe Januarii* 10. *Ind. (Chrifti anno* 1027. *) Arc.* 87. *n.* 337. in membrana.



IN nomine Domini tricefimohoctabo anno principatus Domini noftri Guaimari, et nono anno Domini Guaimari ejus filio gloriofi Principibus menfe Januarius decima Indictione. Memoratorium factum a nobis Adelferi, et Guaiferi germani, adque Comitibus filii quondam Rifandi, eo quod ante prefentia Rageprandi Judici, et aliis fubfcripti teftes per bona combenien-

benientia ad tenendum, et laborandum tradidimus Johanni filio quondam Petri, qui fuit Benebentano, inclita terra cum binea, quod abemus in locum Uliaria finibus Salernitane, quod nobis est pertinente abere a pars ipsius Risandi genitorem nostrum, et ipse Risando, qui fuit genitorem nostrum, illut paratum abuit a pars Archiepiscopo Salernitano, et a pars Landoni Comiti filii . . . . Ideo, sicut dictum est, tantum exinde nos ipsius Johanni tradidimus, quantum est ipsa terra cum binea, qualiter illa usque modo da nos retinuit Bonizo cum filii sui ad laborandum, sic illut nos ipsius Johanni tradidimus in tali ordine, ut amodo, et omni tempore natos nascente ad sua, et de suis eredibus sint potestatis ipsa terra cum binea tenendi, et dominandi, et fobee, et omnis illorum utilitatis justa ratione ibidem facere, et ibidem residere, et abitare, et per omnis annum ipsa binea scalciare, propaginare, et quantum bacuum infra ipsa binea est, illum pastenare binea de bono bitineo, et per omnis annum ipsa binea porare, et inpalare, et lingnare bona, et zappare, et sic illam laborare per omnis annum, ut bona paread laborata, et cultata, ut proficiant, et non dispereant, et ubi meruerit ipsa binea cludere, et semper illam clusam abere; et per tempus de bindemie faciant nos jam dicti germani, vel nostris eredibus exinde scire, ut ibidem dirigamus Missum nostrum, et ille, et eredes ipsa binea bindemiare, et omnis binum, et poma, quam de ipsa rebus exierit, totum illum ibique ad palmentum inter nos dibidamus per medietatem; nos, vel nostris eredibus tollamus illut medietatem, et ille, vel ejus eredes tolleret illut medietatem; et si nos, vel nostris eredibus dederimus eorum ibidem organea da binum, illis per omnis annum ipsa organea conciare, et studiare bona, et micterent illam a suptus reditum, ibique in ipsa rebus, et sic ipsa nostra sortione de ipso binum ibidem mictere, et salbum illum facere, usquedum illum inde tulerimus asque degeneratione, et ingne; et si non dederimus eorum ipsa organea, que super legitur, ut ipsa nostra medietate de ipso binum per omnis annum per bindemie illut inde tollamus, faciendum que boluerimus. Missum nostrum, quam ibidem direxerimus per ipse bindemie, illis eum nutrire secundum illorum possibilitate, et dare eidem palmentateca, sicut meruerit, et potestatem abeamus nos, et nostris eredibus per omnis annum ille, vel ejus eredes perquirere, pro faciendi laborare, et cultare ipsa terra cum binea, sicut superius illis obligati sunt. De qua per bona combenientia guadiam nobis ipse Johannes dedit, et mediatorem nobis posuit Petrus filius Ursi, et Mari filius Amati Presbiteri, et Dauferi filii Offi, qui fuit de Acerni; et per ipsa guadia obligavit se, suoque eredes, ut, si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis, nostrisque eredibus non adimpleberit, vel de suprascripta aliquit contradixerit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligabit se ipse Johannes, et suos eredes nobis, nostrisque eredibus biginti auri solidos Constantinos, et omnia suprascripta nobis, nostrisque eredibus adimplerent, sicut superius legitur. Verumtamen memoramus insites, et rubiole, qui ibidem sunt, per tempus ille colligere, et seccare, et medietatem ille nobis dare, et medietatem ille sibi abere, et quantum bacuum in ipsa clusa habet, totum ille, et ejus eredes illum pastenare binea de bono bitineo, et illum surgere, sicut meruerit, per supradicta guadia, et obligata pena. Quod scripsi ego Jaquintus Notarius, qui interfui.

✠ Ego qui supra Ragemprandus Judex.
✠ Ego Petrus.
✠ Ego Roffrit.

LI.

Riso filius Ursi Papacena dimittit Jaquinto Presbytero, & Primicerio filio quondam Gaudiosi bona in loco Naceriae, ubi Agella dicitur, quae a parte Ecclesiae S. Maximi Jaquintus ipse in beneficium tenet, quaeque idem ad pastenandum *suprascripto Urso tradiderat. anno* 38. *Guaimarii, & 9. Guaimarii ejus filii mense Februarii* 10. *Ind.* (*Christi anno* 1027.) *Arc.* 35. *n.* 84. in membrana.



IN nomine Domini tricesimohoctabo anno principatus Domini nostri Guaimari, et nono anno Domini Guaimari ejus filii gloriosis Principibus mense Februarius decima Indictione. Ante me Ragemprandus Judex conjunti sunt Jaquintus Presbiter, et Primicerius filius quondam Gaudiosi, et Riso filius Ursi Papacena; et, sicut inter illis conbenit, ipse Riso anisit modo ante me ipsius Jaquinti Presbiteri rebus de locum Nucerie, quod ipse Jaquintus ad tenendum, et pastenandum, et laborandum traditum abuit ipsius Ursi, quod ille in beneficium retinuit a pars Ecclesie Sancti Maximi in ipso locum Nuceria, ubi Agella dicitur; et modo, sicut inter illis combenit, ipse Riso admisit illum inclitum ad potestatem ipsius Jaquinti, qui illum modo in beneficium retinet a pars jam dicte Ecclesie, ad securiter illuc abendum amo ipse Jaquintus Presbiter, et pars ipsius Ecclesie, et faciendum inde omnia, que boluerit; et per bona combenientia sua boluntate guadiam ipse Riso ipsius Jaquinti Presbiteri dedit, et mediatorem eis posuit se ipsum, et per ipsa guadia obligavit se, et suos eredes, ut aducerent, et remicterent ad potestatem ipsius Jaquinti Presbiteri, vel de pars ipsius Ecclesie ipsum brebem pastenatione, et laborationis cum ea, que continet, faciendum quod boluerit. Et, si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ipse Riso, et ejus eredes ipsius Jaquinti Presbiteri, et predicte Ecclesie non adimpleberit, et quesierit ipsa rebus per qualecumque ratione tenere, et laborare, et ipsum brebem non amiserit, sicut supra legitur, per ipsa guadia componere obligavit se ipse Riso, et suos eredes ipsorum Jaquinti Presbiteri, vel ad pars jam dicte Ecclesie triginta auri Constantinos, et tacitum inde manerent, et tacerent inde faciant illi ominibus, et partibus, qui pro ejus parte quodcumque causationis ad pars ipsius Ecclesie emiserit de ipsa rebus, quod ille modo admisit ad pars predicte Ecclesie. Et pro parte ipsius Ecclesie scribere fecimus te Jaquintus Notarius, qui interfuisti.

✠ Ego qui supra Ragemprandus Judex.

LII.

LII.

Johannes filius Johannis promittit Johanni, & Landoni filiis Petri, quod in uxorem sibi sociabit Rodelaitam eorum sororem, & secunda die nuptiarum ei tradet scriptum Morgincaph, seu quartam bonorum suorum partem, eandem bene tractabit, & colet, neque ei injustum aliquid faciet; & si unquam ea depraedata fuerit, eam ubique quaeret, & inventam redimet, si oportuerit. Alia vero die nuptiarum ei coram parentibus, & amicis promissum morgincaph tradit secundum legem Langobardorum. anno 9. principatus Guaimarii, & primo Gaitelgrimae genitricis suae mense Junii decima Ind. (Christi anno 1027.) Arc. 11. n. 5. Ambo instrumenta in eadem membrana.



IN nomine Domini nono anno principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domine Gaitelgrime genitrice ejus gloriosi Principes mense Junius decima Indictione. Memoratorium factu a nobis Johannes, et Lando germani filii Petri ante subscriptorum . . . . per conbenientia guadiam nobis dedi Johanni filius ydem Johanni tali ordine . . . . sivi legitimam uxorem abendum mulier nomine Rodelaita . . . . et daret ei firmum scriptum . . . . et quietam, et pacificam . . . . et abere, et bene eam abere, et colere secundum suam possivilitatem . . . . ei non facere; si quidem injuste ei facere presuserit . . . . nobis, vel a nostris heredibus pulsatus fuerit, seu da . . . . time in manu paruerit, et evangelia parata . . . . nobis fuerit exinde ausus nobis jurare cum suis parentibus . . . . se obligavit biginti auri solidos Constantinos, et in antea per inbito . . . . lex, sicut dictum est; pignera vero, que exinde pignerata . . . . justiria, seu et pro ipsa guadia obligavit se, ut si . . . . et predicta sorore nostra bibente, cum defunctas fuerit, et filium, vel filiam non reliquerit, quantum illis diebus de causa sua esse paruerit, quod per eam non fuerit veraciter datum, vel judicatum, totum rebertat at nostra potestate. Quod si nobis retdere noluerit, decem auri solidos componere nobis se obligavit. Simulque et per ipsam guadiam obligavit se, ut si eminentibus peccatum, et predicta sorore nostra aput illum foras civitate, vel castello, de quo abitantes fuerit, ex qualecumque generatione depredata fuerit, et ista par . . . . a fuerit inbenta, quantum pretium nos, vel . . . . parte tertia parte ille vero a sua parte . . . . maxima certamen, et inquisitione at . . . . sita inbenire, et emere noluerit, decem auri solidos Constantinos . . . . em omnia suprascripta non adimpleberit, et aliquit . . . . ipsa guadia obligavit se componere nobis, nostrisque heredibus, et cui brebem . . . . rit, biginti auri solidos Constantinos, et omnia suprascripta nobis adimplere . . . . de omnis suprascripta guadia, quod nobis ipse Johannes dedi, mediatorem nobis posui Adinolfum Gastaldeum, et Karu Presbiter filius Amati. Et hunc brebem scribsi Ego Jaquintus Notarius.

✠ Ego Lanfreda Presbiter.

✠ Ego Sico.



IN nomine Domini nono anno principatus Domini nostri Guaimari, et primo anno principatus Domine Gaitelgrime genitrice ejus gloriosi Principes mense Junius decima Indictione. Ideoque Ego Johannes filius ydem Johanni, dum michi, et mulier nomine Rodelaita filia Petri at meo sociavi conjugio, cum in alia die nuptiarum ante patentes, et amicos no-

nostros secundum ritus gentis nostre Langobardorum per hunc scriptum morgincap trado, atque confirmo tibi predicte uxori mee quartam enim parte de ex omnibus rebus substantiis meis; y. sunt casis, et intrinsecus casis, territori, et vineis, arbusta, querciета, castanieta, campis, silbis, montibus, quam et in planis, cultum, vel incultum, mobile, atque inmobile, servis, vel ancillis meis, peculiis, ydest de omnia, et in omnibus, que nunc modo abeo, vel quod in ante . . . . . ubicumque, seu quomodocumque parare, aut conquidere potuerimus, sive quod ex paterna, vel materna substantia mihi pertinet, vel pertinentes fuerint abere, de totum tibi predicte uxori mee quartam partem tradidi; sub ea quidem videlicet ratione, ut ab odiernum die at tuam, que supra, uxorem . . . . sint potestatem faciendum exinde justa leges omnia, quod volueritis, set neque a me, qui supra, viro tuus, neque a nostris heredibus, neque a nullis quenquam hominibus abeatis exinde aliquando aliquam requisitionem, set in perpetuis temporibus securo nomine eos abere, et possidere baleatis. Quod vero scriptum ystum morgincap yn eo hordine firmum, et stavile permaneat. Quam enim te Jaquintus Notarius scribere rogabimus. Hactum Salerni.

✠ Ego Lanfreda Presbiter.
✠ Ego Sico.

LIII.

R Adelghisius Comes filius quondam Adelferii tradit ad annos quatuor Johanni Graeco molendinum aedificatum in fluvio Veteri cum duabus isclis pro tribus focaciis singulis mensibus, & septem auri tarenis annualibus. anno 9. Guaimarii, & 1. Gaitelgrimae ejus Matris mense Julii 10. Ind. (*Christi anno* 1027.) *Arc.* 11. *n.* 6. in membrana.



IN nomine Domini nono anno principatus Domini nostri Guaimarii, et primo anno principatus Domine Gaitelgrime genetrice ejus gloriosi Principis mense Julius decima Indictione. Memoratorium factum a me Radelghisi Comes filius quondam Adelferi, eo quod ante subscripti testes per bona conbenientia tradidit ad tenendum, et gubernandum Johanni Greci, et Molinator unum molinum meum pertinentem, quod abeo edificatum in flubio Beteri. Ideo ipso molinum conciatum, et hedificatum cum mole nobe, et cum omni ordine, et pertinentia sua, et cum bucchale, et canale, et cum husibus aquarum, et coopertum boquale modo perfectum macenant cum due iscle mee pertinentem, in qua salicetum ibi sunt, et abunt; una de ipse iscle est ibi in parte orientis, et ipsa halia est in parte occidentis; tali ordine, ut amodo, et usque quadtuor anni conpleti ille, et suos heredes ipso molinum sue potestatis tenere, et dominare. et ipso molinum cotidie conciare, et custotire, et salbos facere, ut perfectum macenare possant; et quanta molitura exinde tollere, et habere potuerit usque ipso constitutum, et proinde quod de ipse iscle tollere potuerit, totum illut sibi haberent, faciendum quod boluerit. Tantum si ortora in ipse iscle annualiter fecerit, cotidie exinde nos bisitare, et dare, et per omnes kalendas de circuli anni usque ipso constitutum atducerent intus hec cibes ad domus mea ana tres focacie bone facte, et codte, et ille nobis adsignare, quam et per omnis annum ille, et suos heredes dare mihi, meique heredibus censum alium exinde ana septem auri tari boni pesanti, ut per caput badant, faciendum quod boluerimus. Ad completi ipsi quadtuor anni ille, et suos heredes remittere ad potestate mea, et de meis heredibus integrum ipso molinum cum mole nobe, et bone, et cum omnis ferraturiis suis, et

omnis

omnis ad ipso molinum pertinentibus, et cum reditum bonum factum a super ipso molinum, et cum ambe ipse iscle cum saliceium, et aconciatum bonum, qualiter molinum ipsum perfectum die, noctuque maceuare possant, faciendum quod boluerimus. Unde per vona conbenientia guadiam mihi ipse Johannes dedit, et mediatorem mihi posui se ipsum, et Grimoaldus Molinator, qui retinet molinum Johanni Bestarari, per apposita nobis ad pignerandum omnis illorum causa legitimo, et inlegitimo, et persona de ipsum Johannes Molinator; et per ipsa guadia obligavit se ipse Johannes Grecus, et suos filios, et heredes adinplendum nobis omnia, ut supta dictum est. Et si taliter omnia suprascripta nobis non adinpleberit, et aliquit exinde remobere, aut contrare quesierit, per ipsa guadia conponere obligavit se ipse Johannes Grecus, et suos heredes mihi nominati Radelghisi, et ad meis eredibus triginta auri solidos Constantinos, et, sicut dictum est, per inbitis omnia suprascripta nobis adinplerent. Et hunc brebem scripsi Ego Ciciro Notarius, qui interfui.

✠ Ego Mirandus Notarius me subscripsi.

✠ Ego Grimoaldus.

LIV.

Maghenolfus Presbyter filius Granati, & Petrus Diaconus filius Johannis coram Majone Abbate Ecclesiae S. Maximi Salerni pro parte ejusdem Ecclesiae tradunt ad laborandum Marancio Presbytero filio Petri tres terras, quas in beneficium retinent in loco dicto Montoru de finibus Salerni; ea conditione, ut per annos novem totum earum fructum sibi habeat Marancius; a decimo ad duodecimum annum tertiam frugum partem sibi ipsis, vel Ecclesiae reddat; postmodum vero medietatem tam vini, quam avellanarum, & castanearum; &, si seminaverit, terraticum consuetum. anno 10. *Guaimarii mense Novembris* 11. *Ind.* (*Christi anno* 1027.) *Arc.* 18. *n.* 9. in membrana.



IN nomine Domini decimo anno principatus Domini nostri Guaimari gloriosus Princeps mense Nobember undecima Indictione. Memoratorium factu a nobis Maghenolfus Presbiter filius Granati, et Petrus Diaconus filius Johanni, eo quod ante presentia Domini Majoni venerabili Abbati Ecclesia Sancti Maximi situm intus Salernitanam cibitate, et ibique esset subscripti testes, per demandatione ipsius Domini Abbati pro pars ipsius Eclesie ad tenendum, et laborandum, et pastenandum tradidimus Maranci Presbiter filii Petri de rebus pertinente ipsius Ecclesie, qui sunt pecie tres, quod nos in beneficium retinemus a pars ipsius Ecclesie. Una est cum arbusto, et ipsa halia fuit abellanietum, et ipsa halia est castanietum. Ipsa pecia, qui est terra cum arbusto bitatum per ec finis, et mensuria. A septentrionis fine bia hantica inde passus viginti; a parte occidentis fine rebus ipsius Ecclesie inde passus triginta, et inde termini discernit; a pars meridie fine plaju ipsius Ecclesie, & fine ipsius Ecclesie inde passus trigintaduo; ab oriente, sicut limite discernit, inde passus sedecim, & rebolbente per limite erga ipsa bia, qui pergit ad fontana, passus undecim, & rebolbente in pars septentrionis per termini passus biginti, et rebolbente in occidente per termini passus quinque, & rebolbente in pars septentrionis per termini, et conjungenre in priore fine passus biginti. Tamen memoramus, quia tota ipsa rebus, que nos ei tradidimus, est in locum Montoru finibus Salernitane. Ipsa alia pecia, qui fuit abellanietum, est infra ec finis, et mensuria. A meridie fine bia inde passus tridecim, & medium; a pars orientis fine ipsius Ecclesie inde passus sexaginta, a

ta, a feptentrionis fine ipfius Ecclesie inde paffus bigintifeptem, ab occidente fine ipsius Ecclesie inde paffus fexagintaduo. Ipfa halia pecia, qui eft caftanietum, a pars orientis fine ipfius Ecclefie, inde paffus bigintifeptem, a feptentrionis fine ripa de tibùs, qui dicitur Soccu, rectum menfuratum erga ipfa ripa paffus quadragintaquatuor, ab occidente fine ipfius Ecclefie inde paffus bigintiduo, a meridie fine ipfius Ecclefie paffus quadragintaquatuor: tota fupradicta menfura menfurata fuit ad jufta paffus ominum. In tali ordine nos illut ei tradidimus, ut amodo, et femper ille, et ejus eredes inclita fupradicta traditio fue poteftatis tenere, et dominare, et fobee, et omnes illorum utilitatis jufta ratione ibidem facere, et ipfo arbuftu, qui modo ibidem eft, per omnis annum illum propaginare, potare, et ubi meruerit arbores, et biti ibidem plantare, et fic illum per omnis annum laborare de fuper, et de fubter, ficut locus ipfe meruerit, ut bene paread laboratum, et cultatum; et ipfa pecia, qui fuit abellanietum, que fuperius dictum eft, fi ibi abuerit de ipfo abellanietum, illis illum inde abfcidere, et paftenarent illis ibidem arbufto de bono birineo; et ipfa pecia, qui eft caftanietum per fupradicta menfura paftenarent illum abellanietum, et tota, et inclita fuprafcripta traditio illis furgere, et operare, et cultare, que illis paftenare debuerit, et amodo, et ufque nobem anni completi inde illum, quod paftenare debuerit, quodcumque frudium inde tollere potuerit, totum illorum fint poteftatis, et nullam inde nobis dare, vel ad pars ipfius Ecclefie; et quantum frudium da ipfi nobem anni in antea exierit de illut, quod illis paftenaberit, ufque duodecim anni amodo fe compleant, una tertiam partem inde nobis, vel ad pars ipfius Ecclefie dare, et due fortis inde fibi abere. Ad completim ipfi duodecim anni, ut amodo fe compleant, abeant illis in ambe ipfe pecie per ipfe menfure arbuftum, et abellanietum factum, et operatum, et cultatum, ficut de tantos annos locus ipfe meruerit, ut bene paread factos, et ab inde in antea omni tempore illut laborare de fuper, et de fubter, ficut locus ipfe meruerit, ut bene paread factos, et ipfa frudia de illum, quod illis paftenaberit, fic illut dibidere nobifcum, vel cum pars ipfius Ecclefie, ficut fuperius legitur, et ipfo harbuftu, qui modo eft, omnis frudium, quod inde exierit de fuper, medietatem illum nobis, vel ad pars ipfius Ecclefie dare, et medietatem illum fibi abere; et que amodo in ipfa rebus feminaberit, darent inde nobis terraticum, vel ad pars ipfius Ecclefie de illum, quod inde exierit, fecundum confuetudene de ipfo locum. Tantum per omnis annum per bindemie faciant feire nos, vel pars ipfius Ecclefie, ut ibidem dirigamus Miffum noftrum, et ille, et ejus eredes ipfa harbufta, et abellane, et caftanee, fi ibidet funt, ille colligere, et feccare, et ipfa frudia nobifcum, vel cum pars ipfius Ecclefie dibidere per illa ratione, que fuper legitur, et nos, vel pars ipfius Ecclefie demus ibidem eorum organea da binum, et per illis per omnis annum ipfa organea fiad conciata bona, et fic ipfa fortione ipfius Ecclefie ibidet mictere de ipfo binum, et falbum illum facere, ufquedum illum inde tulerimus afque degeneratione, et ingne, Miffum vel ipfius Ecclefie, quod ibidem direxerimus pro ipfa frudia recipiendum, ibi eum nutrire fecundum illorum poffibilitatem, et dare nobis palmenrateca, ficut meruerit; et fi da completim ipfi duodecim anni in antea fupradicta rebus tenere, et laborare non boluerint, aut non potuerint, inclitu illum laboratum, et cultatu bonum, et clufum cum ipfa organea, quod nos ei dederimus, rebertat ad pars jam dicte Ecclefie. Unde in eo hordine per bona conbenientia pro pars predicte Ecclefie guadiam nobis ipfe Maranci Presbiter dedi, et mediatorem nobis pofui fe ipfum per appofita illorum pingnera, quod eft legitimo, et inlegitimo; et per ipfa guadia obligavit fe, et fuos eredes, ut, fi taliter omnia fuprafcripta per fupradicto ordine nobis, vel ad pars ipfius Ecclefie non adinpleberit, et de fuprafcripto aliquit contradixerit, per ipfa guadia componere obligavit fe, et fuos eredes ad pars jam dicte Ecclefie triginta auri folidos Conftantinos. Quod fcripfi Ego Jaquintus Notarius.

✠ Ego Urfu me, fubfcripfi.

o

✠ Ego

✠ Ego Smaracdus Notarius me subscripsi.
✠ Ego Alderisi Notarius me subscripsi.

LV.

JAquintus Presbyter, & Primicerius filius Gaudiosi praesente, ac mandante Majone Abbate Ecclesiae S. Maximi Salerni tradit Johanni filio quondam Petri ad laborandum duas terras de arbusto, & aliam de avellaneto, & castaneto in loco Nuceriae, ubi Agella dicitur, quas in beneficium retinet, pro medietate vini, & pomorum nedum veterum, sed etiam novorum, quae per novas insitiones infra decem annos a Johanne faciendas jam creverint. anno 10. Guaimarii mense Novembris 11. Ind. (Christi anno 1027.) Arc. 30. n. 51. in membrana.



IN nomine Domini decimo anno principatus Domini nostri Guaimari gloriosus Princeps mense Nobember undecima Indictione. Memoratorium factu a me Jaquintus Presbiter, et Primicerius, et filius Gaudiosi, eo quod ante presentia Domini Majoni venerabili Abbati Ecclesia Sancti Maximi situm intus Salernitanam cibitatem, et ibique esset subscripti testes, per bona combenientia per demandatione ipsius Domini Abbati tradidi Ego Johanni filio quondam Petri ad tenendum, et laborandum, et pastenandum, et insitandum de rebus, quod pars ipsius Ecclesie abet in locum Nucerie, ubi Agella dicitur, qui sunt pecie due de arbusta, et ipsa halia pecia est abellanietum, et castanietum uno teniente, quod Ego in beneficium retineo a pars ipsius Ecclesia Sancti Maximi, et est per ec fini, et mensurie. Una ex ipse pecie de terris cum arbustis a partibus orientis passus bigintiquinque, a septentrionis abet passus bigintiunum, ab occidente passus trigintaunum, a meridie passus sexagintatres. Ipsa halia pecia de terra cum arbusto a septentrionis abet passus trigintaduo, a parte occidentis passus sexagintasex, a meridie passus trigintasex, ab orienti sunt passus sexaginta, et de ex omni parte conjunctum est ad fine ipsius Ecclesie. Et ipsa pecia de terra, qui est abellanietum, qui conjuncta est cum ipso abellanietu, est per ec mensuras. Ab orienti abet passus quinquagintaduo, a septentrionis passus bigintiseptem, et medium passus, ab occidente passus quinquaginta, a meridie passus bigintiduo, et pedem unum, et planta. Ipsa halia pecia de terra cum castanietum per ec mensura. Ab occidente sunt passus centum triginta, a meridie sunt passus quadtaginraquatuor, modicum rebolbente passus octo, inde abiente per fine meridie passus quadragintaduo, ab orienti passus octuagintaocto, a septentrionis passus trigintaunum, inde descendente passus bigintiunum, et medium, rebolbente passus bigintiocto, et iterum rebolbente passus decem et septem, et iterum abiente passus trigintaseptem, et est de ex omni parte ista conjunctum ad fine ipsius Ecclesie. Tota omnis supradicta mensura mensurata fuit ad passus, qui singnatum est in columna marmorea de Ecclesia Sancti Mathei de Archiepiscopio Salernitano. Ec bero rebus per supradicta mensura inclitum illum Ego ipsius Johanni per demandatione ipsius Abbati tradidi in tali ordine, ut amodo, et omni tempore ad sua, et de suis eredibus sint potestatis rebus ipsa tenendum, et dominandum, et sobee, et omnes sue utilitatis justa ratione ibidet facere, et ipsa arbusta per omnes annum illam potare, propaginare, fcalciare, et, ubi meruerit, arbori, et biti ibidem plantare, et, ubi metuerit, illum cludere, et clusum illum habere; semper, et per omnis annum illum laborare de super, et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant, et non dispereant, et per omnis annum patead bonum laboratum; et ipso abellanietum per omnis annum

num illum studiare de suptu, sicut meruerit, et, ubi meruerit, abellane plantare, et, ubi meruerit, illum cludere; et ipso castanietum, quantum est ipso planu, illum pastenarent arbori, et biti de bono bitineo; sic tamen, ut castanei, qui modo ibidet sunt, non illis inde abscidere, set omni tempore illis salbi abere, et quantum est ipso plaiu illum facere insitetum, et ubi meruerit illum cludere, et clusum illum abere, et amodo ibidet residere, et abitare. Tantum per omnis annum per bindemie faciant scire me, vel pars ipsius Ecclesie, ut ibidet dirigamus Missum nostrum; et ille, et ejus eredes ipsa harbusta amodo bindemiare, et omnis binum, et poma, quam inde exierit, totum illum ibique ad palmentum illis dibidere per medietatem; ego, vel pars ipsius Ecclesie tollamus illum medietate, et illis medietatem, et ipsa sortione, quod mihi, vel ad pars ipsius Ecclesie ebenerit de ipso binum, si boluerit Ego, vel pars ipsius Ecclesie illum portare ipso binum ad ipsi pariti, ubi abuerit pars ipsius Ecclesie cellario, illis per omnis annum ipso binum, quod est nostra medietate, portare ad ipso cellario, et mictere illum in organea, quod nos ei adsingnamus, et organea ipsa per omnis annum sit conciata bona, et sic ipsa sortione nostra de ipso binum ibidem mictere. Et si Ego, vel pars ipsius Ecclesie boluerimus ipsa nostra sortione de ipsi binum ibidet repouere in ipsa rebus, demus nos ibidet eorum organea da binum, et illis adsingnare, et dare mihi, vel ad pars ipsius Eclesie ibidet conjunctum, ubi ille abitaberit in ipsa rebus unum applictum de casa, et mictant ibi de ipsa organea, et illut per omnes annum conciare, et studiare, et sic ipsa sortione nostra de ipso binum ibidet mictere, et salbum illum facere, usquedum illum inde tulerimus asque degeneratione, et ingne; et a quo binum exierit de ipso arbusto, quod illis pastenare debuerit, medietate illum mihi dare, vel ad pars ipsius Eclesie, et medietate illum sibi abere. Castance, et insitas, et rubiole, et abellane pariter ille salbe facere, et ille colligere, et seccare, et medietate ille mihi, vel ad pars ipsius Ecclesie dare, et medietate ille sibi habere; et que in ipsa rebus seminaberit, darent inde mihi, vel in pars ipsius Ecclesie terraticum secundum consuetudine de ipso locum. Missum nostium, quam ibidet direxerimus per ipse bindemie, et per ipse aire, et per aliis temporibus pro recipiendum ipsa frudia, illis eum nutrire secundum illorum possibilitate, et dare nobis palmentateca, et airateca, sicut meruerit, et palmentum illis ibidet facere, et abere. Ad completim autem amodo decem anni abeant illum, quod illis pastenare, et insitare debet, arbustu, et insitetum factum, et operatum, et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factos; et ab inde in antea omni tempore illum laborare de supes, et de supto, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant, et non dispereant; et ipsa frudia mecum, vel cum pars ipsius Ecclesie dibidere per illa ratione, sicut superius legitur. De qua per bona conbenientia pro pars predicte Ecclesie guadiam mihi ipse Johannes dedi, et mediatorem mihi posuit se ipsum, et Gicso filium Stefani per apposita illorum pingnera legitima, et inlegitima, et per ipsa guadia obligavit se, et suos eredes, ut, si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine mihi, vel ad pars ipsius Ecclesie non adimpleberit, et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia componere obligavit se, et suos eredes ad pars jam dicte Ecclesie biginti auri solidos Constantinos. Quod scripsi Ego Jaquintus Notarius. Verumtamen memoramus, et ipse abellane per omnes annum due sortis Ego, vel pars ipsius Ecclesie ille tollamus, seu et illis tertiam, et ubi ipso binum de ipsa organea tulerimus a presentis, per omnes vices illis illam labare, et studiare per supradictam medietatem, et obligata pena. Quod subiunsi Ego esdictus Jaquintus Notarius.

✠ Ego Aldgissi Notarius me subscripsi.

✠ Ego Smaracdus Notarius me subscripsi.

LVI.

Musandus Abbas Monasterii S. Sophiae Salerni tradit Johanni filio Mau i de Nuceria duas terras cum arbustis in loco Lenzara, ubi a la Statua dicitur, pro medietate vini, & pomorum, & terratico consueto. anno 11. *Guaimarii filii Guaimarii mense Octobris* 12. *Ind.* (*Christi anno* 1028.) *Arc.* 30. *n.* 63. in membrana.



IN nomine Domini undecimo anno principatus Domini nostri Guaimari filio Domini Guaimari gloriosi Principibus mense Octuber duodecima Indictione. Memoratorium factum a me Dominus Musandus venerabilis Abbas Monasterii Sancte Sofie, que sita est intus ec cibes Salerno, una cum Petrus advocator ipsius Monasterii. Tradidit Ego Johanni filio Mauri de Nucerie duobus pecie de terra cum arbustis de locum Lenzara, et ala Statua dicitur, que est intus curte majore ipsius Monasterii, et est illut, unde ego ipsius Johanni tradidit, quod pertinet ipsius jam dicti Monasterii a quodnam Guaiferi filii Guaiferi, qui ipso Monasterio construxit per as fines, et mensuras. Ab occidente finis flubio, qui dicitur Salteta, qui per ipsa curte ipsius Monasterii descendit, et inde abet alveo ipso flumen latitudo passus quiuquaginta, et a pars meridie fine ipsius Monasterii, et inde sunt longitudo passus centum octo; de super capite, qui est in pars orientis, fine via puplica majore, et inde abet per ipsa via latitudo passus ipsa curte trigintasex minus gubito unum; et a sebtentrionis similiter fine ipsius Monasterii, et inde sunt longitudo usque ipso flubio passus centum duodecim. Alia ipsa pecia de terra, que conjuncta est in quo ipso Monasterio cellario abet, et que deh ex omni parte fine ipsius Monasteri intus ipsa curte majore, est ec finis, et mensura. A sebtentrionis fine via ipsius Monasterii, que per ipsa curte descendit, et inde sunt longitudo passus sexagintaunum, et medium, et ab occidente similiter fine ipsius Monasterii inde abet passus trigintasebtem, et a pars meridie per eadem fines ipsius Monasterii abet inde passus trigintaunum, et ab oriente fine ipso flubio, qui intus per ipsa curte descendit ipsius Monasterii, et inde sunt passus sexaginta; totum ad justo passus omini est mensuratum. De ec vero ambe supradicte pecie pertinentem ipsius Monasterii cum omnia intra se abentibus, et suis pertinentiis ego ipsius su; radicti Johanni ad tenendum, et lavorandum tradidit in oc ordinem, ut amodo, et semper tote, et inclite supradicte est ipsa traditio, ad sua, et de suis eredibus sint potestate illut tenendum, et dominandum, et fobee, et omnis sue utilitatis justa rationem ille ibidem faciant, et amodo, et semper ibidem residere, et abitare deveant, et illut cludant, et clusum abeant, et tota supradicta est traditio, que est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum abto tempore de super, et de subter illut lavorarent, et operarent, et cultarent vonum, et ubi meruetit arbores, et vites ibidem plantarent, et propaginarent, et studiarent, et surgant illut, sicut meruetit vonum esse atbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum, et cultatum de super, et de subter tota ipsa traditio, quatenus annualiter proficiat, et non dispereat, et salbum illut faciant, sicut meruerit, et justum fuerit; et per omnis annum per vindemie per abto tempore faciant me scire, vel successores meos, ut ibidem dirigamus Missum nostrum; et ille, et ejus eredes adjubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius Monasterii abet ad cellario nostro ibique in ipsa curte, et conciarent, et studiarent vonum, sicut meruerit, organeum ipsum, ubi ipsa medietas ipsius Monasterii de ipsum vinum, quod ad ipsum evenerit, Missum nostrum midtere debuerint, et ordinarent ipso horganeum in ipsum cellario, sicut meruerit, et ille, et suos eredes per omnis annum bia-

bindemiarent tota supradicta est tradictio; et poma, si abuerit, illa colligant, et de omnis vinum, et ipsa poma exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipsum Missum nostrum, et reliqua ipsa medietas inde illis sivi abeant; et ipsa medietas de ipso vinum predictum est ipsius Monasterii per omnis annum, quod ab ipso Missum nostrum evenerit, cum suo expendio illut portarent ad ipsum cellario ipsius Monasterii, et midtere illut in ipso horganeum, quod illut conciaberint ad faciendum pars predicti Monasterii quod voluerint; et de quod annualiter amodo, et semper in predicta tradictione seminaberint, deant inde terraticum ad ipso Missum, ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum, et usquedum annualiter ipso Missum pro ipsa vindemia ibi steterit, illut nutrirent, sicut justum fuerit, secundum sua possivilitatem; et per omnis annum palmentatica deant ad ipsum Missum nostrum secundum consuetudinem de ipso locum. Unde in eo hordine per vona convenientia guadiam nobis ipse Johannes dedit, et mediatorem nobis posuit Johannes filius Verenardi abitatorem de ipso locum Nucerie, ubi dicitur Turricle, et per ipsa guadia obligavit se, et suis filiis, et eredes, preter quale tempus ipsa tradictio in predicto ordine illut tenere, et lavorare non voluerint, et sic inde ad pars predicti Monasterii adimplere, sicut supradictum est, tunc ille, et ejus eredes tota, et inclita supradicta tradictio in jam dicto ordine lavorata, et operata, cultata, et clusa remidtant ad potestate predicti Monasterii ad faciendum exinde quod voluerimus, et liceat illis inde exire cum omnis sua sausa movilia, et cum redita, quod ibidem abuerint. Quod si aliquit de quod superius legitur quesierint remobere, aud contrare, tunc per ipsa guadia componere obligavit se, et suis eredibus nobis, vel ad nostris successoribus viginti auri solidos Constantinos: Et unc brebem scripsi Ego Petrus Clericus, et Notarius, qui interfui.

✠ Ego Ademari Notarius me subscripsi.

✠ Ego Joannes Notarius me subscripsi.

LVII.

Alfanus filius quondam Petri Comitis vendit Gregorio filio quondam Pandulfi filii Domini Guaimarii Principis omnia bona ad se spectantia subtus Castellum Caputaquis, ubi Casavetere dicitur, cum Ecclesia S. Nicolai ibi aedificata cum omnibus ejus bonis, clausuram terrae circa flumen de Ambrosi, & medietatem molendini, & terrae, in qua ipsum constructum est, pro 115. auri solidis sclifatis, consentiente pro parte sua, & sese cum ipso viro suo ad defensionem obligante Aloara filia Castelmanni Comitis ejus uxore. anno Christi 1074. & 32. Gisulphi Principis mense Novembri 12. Ind. Arc. 59. n. 275. in membrana.



IN nomine Domini nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo septuagesimoquarto, et tricesimosecundo anno principatus Domini nostri Gisulfi gloriosi Principis mense Nobembri duodecima Indictione. Ante me Johannem Judicem Alfanus filius quondam Petri Comitis conjunctus est cum Gregorio filio quondam bone memorie Domini Paldulfi filii Domini Guaimarii Principis; & ipse Alfanus ostendit septem cartas. Prima ex eis de quatragesimo anno principatus Domini Guaimarii Principis mense Aprili quinta Indictione, qualiter Paulus Sancte Sedis Pestane Ecclesie Pontifex, dum una cum eo esset Johannes Clericus, & Vicedominus ejus, et Johannes Advocator ipsius Episcopii congregato intra castellum Caputaquis cuncto Clero ejusdem Episcopii, & adstantibus bonis hominibus conjunctus fuerat cum Dauferio, et Majo germanis filiis Dau-

Dauferii Comitis, et Dauferio filio Guaiferii, qui erat frater istorum germanorum, & clarefecerat se habere res oblatas a Johanne bonę memorię filio Domini Petri Principis, et a Sikelmario filio Aldemarii Castaldei, qui fuerat filius jam dicti Domini Petri Principis. Et per ipsos germanos ostensa fuerat una carta, quomodo Petrus filius Ursi venundederat omnes res suas de Lucania supradicto genitori ipsotum germanorum, eo quod ipse Ursus genitor ipsius Petri filius fuerat jam dicti Aldemarii Castaldei. Proinde ipsi germani coangustabant ipsum Pontificem, & semper querebant in eisdem rebus communiter introire, et dum inter se altercaverant, ipse partes venerant ad convenientiam, et ipsi germani a partibus ipsius Episcopii absolute querebant singulas pecias terrę, et ipsi darent ei tantum de res ipsas de finibus Lucanię, sicut carta eorum declarabat, ubicumque inventę fuissent, et tantum exceptuaverant res de Maliano cum serbis, et ancillis. Solus Dauferius reciperet ab ipso Episcopio duas pecias de terra, eo quod adjunxerat ipsi Pontifici quinque solidos Constantinos. Et habito consilio cum Clero honorato ipsius Episcopii, & predicto Vicedomino, et Advocatore ipsius Episcopii, sicut omnibus placuit, ipse Pontifex per ipsam cartam convenientię tradiderat supradicto Majo unam peciam de terra suptus jam dictum castellum loco, ubi proprie Casavetere vocatur, habentem fines. De capite finis terra ipsius Episcopii, sicut petr. fixę discernebant, et mensurati justo passu hominis passus nonaginta; de uno latere descendendo in viam publicam erant passus octoginta; de pede erga ipsam viam passus nonaginta; de alio latere saliente erga terram ipsius Episcopii, sicut petrę fixę erant, passus hoctoginta. Hanc vero peciam de terra cum fontana, et casa, quę destructa erat, qualiter fines eas circumdabant cum inferioribus, superioribusque suis, cum introitu, & exitu suo, et cum omnibus intro habentibus ipsi Majo per convenientiam tradiderat ad faciendum ex eo ipse Majus, et ejus heredes quod vellent; sicut ipsa carta continet scripta per Sikelgastum Diakonum, et Notarium, in qua subscripti erant ipse Paulus Episcopus, et Johannes Clericus, et Vicedominus, et ab aliis testibus satis roborata. Secunda de anno tricesimo principatus Domini Gisulfi Principis mense Martio sexta Indictione. Johannes Dei gratia Episcopus Sanctę Sedis Pestanę declaraverat, quod pars predicti Episcopii haberet molinum edificatum in flubio, qui dicitur Trabe, qui decurrit suptus castellum, quod dicitur Caputaquis, et unum ex ipsis molinis fecerat Majo Castaldeus filius quondam Dauferii Comitis, et tunc filii ipsius Majonis id ipsum molinum retinebant a parte ipsius Episcopii libellarii nomine, et pro hac re nullum effectum ebeniebat in partem ipsius Episcopii, et volebat illud dare, et alias res inde tollere, insuper et aliquantum pretium ad perficienda ea, quę ipsi Episcopio necessaria erant. Et nemine invento, qui talia faceret, nobissime venerant ad eum Truppoaldus, et Majo Castaldei germani filii predicti Majonis Castaldei dicentes, ut, si dedisset eis vice illorum, et Jaquinti germani illorum ipsum molinum cum sedimine, et arcaturia sua . . . . per convenientiam vicariationis ordine illi darent in ipso Episcopio res suas, quas habebant in Campania; insuper et adjungerent ei hocto libras argenti purgati. Et ipse Dominus Presul obserbatis quę in Edicti capitulo adfixa sunt de hujusmodi vicaria facienda, dum una cum eo Johannes Clericus, et Vicedominus, et Riccardus Notarius, et Advocator ipsius Episcopii adessent, per convenientiam vicariationis ordine tradiderat jam dicto Truppoaldo, et Majoni pro illis, et ipso Jaquinto germano illorum predictum molinum cum sedimine, et arcaturia sua, cum cursu aquarum, et exitu suo, sicut tunc conciatum, et edificatum erat, et cum tanta aqua, quę ibi decurrebat, ut in perpetuum pleniter, et perfecte macinare posset, et cum ipsa terra vacua, que ibi erat. Et ipsum molinum habebat fines. Ex una parte finis terra, et arcaturia, et molinum Aczonis Castaldei cognati illorum filii Arechisii, quem a parte ipsius Episcopii ei per convenientiam datum erat; et ex alia parte finis arcaturia, et sedimen antiquum, quod tunc desertum erat, pertinens ipsi Episcopio, et erat secus ribum majorem. Hanc vero terram cum sedimine, et arcaturia, et ipso mo-

molino conciato, et cum ipsa aqua, et trasita, et exita ipsis germanis vicariationis ordine, ut dictum est, tradiderat cum omnibus suis aquis, et aliis, quc ad molinum pertinent, et cum vice de via sua; seu et tradiderat eis de terra vacua pertinente ipsi Episcopio a foras ipsa aqua, quam tunc illi retinebant, erga ipsum flumen, et conjuncta cum uno valluncello per mensuras longitudinis ex omni loco passus triginta, et latitudine in omni loco passus viginti justo passu hominis mensurati, cum omnibus intro habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de viis suis ad securiter, et firmiter semper ipsi germani, et eorum heredes illud habendum, et faciendum ex eo quod vellent, et receperat ab eis inclitam sortionem de rebus supradicti genitoris illorum, quas habuerat in Campania, ubi Correianum dicitur, et per alia loca de finibus Campanię, et ipsas hocto libras argenti purgati, sicut ipsa carta continet scripta per Romoaldum Notarium, in qua ipse Johannes Episcopus, et Petrus Judex, et plures alii subscripti sunt. Tertia de tricesimosexto anno principatus Domini Paldulfi Principis, et secundo anno principatus Salerni, et quinto anno principatus Domini Palduft ejus filii mense Junio septima Indictione, qualiter Pando Presul Sanctę Sedis Pertanę ante presentiam Gaidonis Judicis, et aliorum hominum per convenientiam per ipsam cartam tradiderat suprascripto Truppoaldo filio Majonis Castaldei terram, quam pars ipsius Episcopii habebat in Lucanis finibus a super flubio, in quo molinum erat, et secus viam, quę ascendit ad castellum Caputaquis per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. De suptus finis via publica, quę discernebat a fine ipsius Episcopii, et inde passus hoctogintatres; de alia parte finis via, quę ducebat ad ipsum castellum, et inde passus centumviginti; de super a parte de Toro erat finis ipsius Episcopii; et inde passus centum sexagintasex; de alia parte finis jam dicti Episcopii; et inde passus hoctogintaquatuor; cum omnibus intro habentibus, et cum vice de viis suis: totam, et inclitam illam per ipsas fines, et mensuras ipsi Truppoaldo, ut dictum est, tradiderat ad securiter, et firmiter semper ipse Truppoaldus, et ejus heredes illud habendum, et faciendum ex eo quod vellent, sicut ipsa carta continet scripta per Arechisium Notarium, in qua ipse Pando Episcopus, et Gaido Judex, et alii subscripti sunt. Quartam de tricesimoseptimo anno principatus ipsius Domini Paldulfi, et secundo anno ejus Salerni, et sexto anno principatus Domini Paldulfi ejus filii mense Martio hoctaba Indictione; qualiter ipse Pando Presul ipsius Sanctę Sedis Pestanę ante presentiam Gaidonis Judicis, et aliorum hominum per convenientiam per ipsam cartam tradiderat jam dicto Truppoaldo filio Majonis, et Ermesendę germanę ipsius Pandonis religionis velamine indutę relict. Majonis, qui fuerat germanus ipsius Truppoaldi, duas clausuras de terria, quas a parte ipsius Episcopii tenere debebant usque annos vigintinobem in Lucanis finibus; unam suptus ipsum castellum Caputaquis per fines, et mensuras: De una parte finis illorum, et Gaitę genitricis ipsius Truppoaldi, et Majonis nepotis, et filii illorum, sicut via discernebat, inde passus centum quatragintatres; de super parte passus centum, et revolvendo in supra secus vineam Pauli Presbiteri passus sexaginta, sicut terminatum erat, usque in viam, quę pergebat ad ipsum castellum; et per ipsam viam descendendo passus ducenti septuagintaduo usque in via publica subtanam, et a parte occidentis erat finis ipsius Truppoaldi, sicut ipsa via discernit, quę pergebat ad ipsum castellum; de suptus finis ipsa via publica, et inde passus ducentiduo; et alteram in loco Velenzano per fines, et mensuras. De una parte finis illorum, et inde passus centum trigintatres; de alia parte finis ipsius Episcopii, quod tenebat Petrus, et inde passus centum; de subtus finis limite passus septuaginta quattuor; et saliebat usque in alium limitem passus trigintaseptem, sicut terminatam erat; et revolvendo per ipsum limitem usque in Torum passus hoctogintatres; de super per ipsum Torum passus septuaginta; justo passu hominis ambabus ipsis clausuris mensuratis, et ambas ipsas clausuras unam suptus ipsum castellum, et aliam in jam dicto loco Velenzano sub ea rationem transacte, et funditus per supradictas fines, et mensuras cum omnibus intro habentibus, et

cum

cum vice de viis suis, et cum vice de fontana, quę dicitur de Casavetere, ipsi Truppoaldo, et Ermesendę tradiderat ad securiter, ac firmiter semper illi, et illorum heredes illud habendum, et faciendum ex eo quod vellent, sicut ipsa carta continet scripta per Ademarium Notarium. in qua subscripti sunt ipse Pando Episcopus, et Gaido Judex, et Riccardus Advocatus ipsius Episcopii, et plures alii. Quintam de sexto anno principatus Domini Johannis, et primo anno Domini Guaimarii ejus filii mense Martio secunda Indictione; qualiter ante Petrum Judicem venerant Majo Diaconus, et Guaiferius, et infantulus intra etatem nomine Alfanus germani filii quondam Truppoaldi, et Majus filius quondam Majonis, qui erant consobrini fratres. Ipse Majus vice sua, et vice Ermesendę genitricis suę querentes inter se dividere res de finibus Lucanię locis, qui dicebantur Torone, et Velanzano, et res subtus castellum Caputaquis, ubi dicitur Casavetere, et Plajum de Monte. Et secundum legem ipse Judex una cum parentibus ipsius infantuli, et Dauferio Archidiacono, et Abbate Cappellę Palatii, quem ei advocatorem dederat, quem cognoverat esse bonam personam Deum timentem, diviserat ipsas res, quas inter se communes habebant de jam dictis locis. Primum diviserat ipse Majus illud de ipso loco Torone, et Velenzano, et fecerat inde unam sortem per fines, et mensuras, quas ipsa carta continebat, et aliam sortem fecerat esse illud subtus ipso castello, ubi Casavetere dicitur, per fines et mensuras. De capite finis terra, quę fuerat ipsius Episcopii, sicut petrę fixę discernebant, inde passus nonaginta: de alio latere descendendo in viam publicam erant passus hoctoginta; de pede erga ipsam viam passus centum quadraginta, et de uno latere ab ipsa via publica in supra per fines, quę fuerat predicti Episcopii, sicut petrę fixę erant, et inde passus hoctoginta. Et adjunxerat in ista sortione unam peciam de terra ibique conjunctam, quę erat in ipso Plajo de Monte, quę cum aliis rebus ipsi Truppoaldo, et Ermesendę data fuerat a parte jam dicti Episcopii per fines, et mensuras. De una parte finis via, erant inde passus centum quadragintatres; de superiori parte passus centum, et revolvendo in supra secus vineam, quę fuerat Pauli Presbiteri passus sexaginta, sicut terminatum erat, usque in viam, quę pergebat ad ipsum castellum; et per ipsam viam descendendo passus ducenti septuagintaduo, et usque in viam publicam subtanam, et a parte occidentis finis ipsorum germanorum, sicut via discernit, quę ad ipsum castellum pergebat; de suptus fine ipsa via publica, et inde passus ducentiduo. De ista pecia infra istas fines, et mensuras sceptuaverant unam peciam erga fines de ipsa via, quę discernebat fines de ipsis germanis per mensuras erga ipsam viam passus vigintiliocto; et saliendo erga ipsam viam in supra passus hoctoginta; et descendendo in ipsam viam publicam passus septuaginta; et per ipsam viam publicam passus hoctoginta. Istam peciam, quam sceptuaverant, per ipsas tamen adjunxerant in ipsa priore sortione de jam dicto loco Torone, et Velenzano, totaque omnis suprascripta res mensurata fuerat justo passu hominis. Et cognoscentes, ut ipse sortes per rationem, et ęqualiter essent factę, juxta legem prius compreenserant ipsi Majo Diaconus, et Guaiferius, et ipse infantulus cum jam dicto suo Advocatore in sorte illud de subtus ipso castello, et Casavetere, et ipso Plajo, sicut supra legitur, scepta ipsa pecia, quam adjunxerant in illo de Torone, et Velenzano, sicut supra dictum erat, et ipse Majus pro vice sua, et ipsius Ermesendę genitricis suę compreenserat in sorte illud de Torone, et Velenzano, sicut supra dictum erat, cum ipsa peciola per ipsas mensuras, quam supra sceptuaverant; et supradictę sortes, sicut compreenserant, sic per partes inter se eas tradiderant cum omnibus intro habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de viis suis. Ad securiter ipsas sortes, sicut compreenserant, habendum, et faciendum per partes, quod vellent; veruntamen de eadem sortione, quam ipsi germani compreenserant, haberet ipse Guaiferius cum ipso infantulo sortionem, quę fuerat Petri germani illorum, quę ipsi Guaiferio, et Alfano pertinebat per scriptum testamenti, quod ipse Petrus reliquerat, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua ipse Petrus Judex, et Grimoaldus sub-

fubfcripti funt. Sexta de feptimo anno principatus ipfius Domini Johannis, et fecundo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii menfe Septembri quarta Indictione; qualiter ante ipfum Petrum Judicem venerant Majo Diaconus, et Guaifetius, et infantulus infra etatem nomine Alfanus germani filii quondam Truppoaldi querentes inter fe dividere res de finibus Lucanenfibus de loco, qui dicitur Cafavetere, qui erat fubtus ipfo caftello de Capuraquis, et Plajo de monte, quę illis in fortionem evenerat a Majo confobrino fratre illorum filio Majonis, et inclitam unam claufuram de terra de eodem loco Caputaquis, quę erat a fuper, et prope flumen, quod exiebat fubtus monte de ipfo caftello, que illis pertinebat a parte predicti genitoris fui; et de omnibus ipsis rebus ipsi Guaiferio, et predicto infantulo pertinentibus fortio Petri, qui fuerat germanus illorum, quam eis ille per fcriptum teftamenti reliquerat. Et primum ipfe Guaiferius, et predictus infantulus cum Aczone Caftaldeo Advocatore fuo, qui erat confobrinus illius, pro vice ipfius Petri, qui eas dividere obligatus fuerat, diviferant ipfas res in quattuor fortiones. Unam fortionem fecerant effe illud, quod per firmam fcriptionem tulerat Maio abus illorum a parte fuprafcripti Epifcopii Peftani fubtus ipfo caftello, ubi Cafavetere vocabatur, per fines, et menfuras. De capite finis terra, que fuerat predicti Epifcopii, ficut petrę fixę difcernebant, inde paffus nonaginta; de uno latere defcendendo in viam publicam paffus hoctoginta; de pede erga ipfam viam paffus nonaginta; de alio latere faliendo erga aliam fortionem, quę inferius declaranda erat, et, ficut afcendebat via, paffus hoctoginta. Et aliam fortionem fecerant effe illud, quod erat in capite de ipfo flubio, quod dicebatur de Ambrosi, quod ipsi Truppoaldo genitori illorum per convenientiam datum fuerat per Dominum Pandonem Epifcopum ipfius Sanctę Sedis per fines, et menfuras. De una parte finis via, quę pergebat ad ipfum caftellum, inde erant paffus centumviginti; de fuper a parte de Toro, qui erat ipfius Epifcopii, finis paffus centumfexagintafex; de alia parte finis jam dicti Epifcopii, et inde paffus hoctogintaquattuor, et defcendendo in viam publicam, et per ipfam viam publicam erant paffus hoctogintatres; et duas fortiones fecerant effe adunatas, quod erat illud fubtus ipfo caftello, quod ipfe genitor illorum tulerat a parte ipfius Epifcopii Peftani. De una parte finis fupradicta prior fors, ficut via difcernit, et pertangebat in fupradictam peciolam, quę inferius declaranda erat, erant in ipfa parte paffus centum quadragintatres; de fuper partem paffus centum; et revolvendo in fupra fecus vineam, quę fuerat Pauli Presbiteri, paffus fexaginta, ficut terminatum erat, et ufque in viam, quę pergebat ad ipfum caftellum; et per ipfam viam defcendendo paffus centum fexagintaquattuor ufque in finem ipfius Majonis confobrini fratris illorum; et defcendendo erga fines ipfius Majonis paffus feptuagintatres ufque in viam publicam, et per ipfam viam paffus centum vigintiduo. De ifto per iftas menfuras fecerant effe duas fortes ęqualis menfurę, unam in parte orientis, et aliam in parte occidentis erga fines ipfius Majonis confobrini fratris illorum, ut qui compreenfiffet ipfam fortionem a parte occidentis, tolleret de ipfa orientali fortione fex paffus per latitudinem in omni loco conjunctam ad ipfam aliam fortionem; et adjunxerant in ipfa occidentali fortione fupradictam peciolam, quę erat conjuncta ad ipfam fortionem priorem, ficut limes difcernebat, et ab undę finiebatur ipfe limes ufque in viam publicam, et per totam iftam finem paffus quadragintahocto; de fubtus per ipfam viam paffus quadraginta; et faliendo per ipfam aliam viam, quę difcernit inter hanc peciam, et ipfam aliam fortem paffus quadraginta: totis omnibus fuprafcriptis rebus jufto paffu hominis menfuratis. Et cognito, quia ipfę fortes per rationem, et ęqualiter effent factę, prius compreenferat in forte ipfe Guaiferius ipfam priorem fortionem, quam predictus abius ejus tulerat a parte ipfius Epifcopii per fupradictos fines, et menfuras. Secundus compreenferat ipfe Majo Diaconus ipfam fortionem, quę erat in capite de ipfo flumine, quę dicebatur de Ambrofi per fupradictas fines, et menfuras, qualiter ipfi genitori illorum data fuerat per ipfum Dominum Pandonem Epifcopum. Tertius compreenferat ipfe infans

fans cum ipso suo Advocatore ipsam sortionem, quę erat a parte orientis, et conjunctus ipse infans cum ipso Advocatore suo, et predicto Guaiferio compreensit pro sortione ipsius Petri, quę illis, ut dictum est, pertinebat, ipsam sortionem a parte occidentis cum ipsis sex passibus superfluis, et cum ipsa alia pecia per supradictas mensuras, sicut superius legebatur; et ipsa sortio, sicut compreeuserant, sic per partes inter se tradiderant cum omnibus intro habentibus, et cum vice de viis suis, et cum omnibus ad eas pertinentibus, ad habendum, et faciendum de eis per partes quod vellent, sicut ipsa carta continet scripta per Petrum Notarium, in qua ipse Petrus Judex, et Guaiferius, et Petrus subscripti sunt. Septimam de tricesimo-primo anno principatus Domini Guaimarii, et primo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii mense Junio secunda Indictione, qualiter Johannes Domini gratia Episcopus Sanctę Sedis Pestanę tradiderat quidem, et confirmaverat Guaiferio Comiti filio quondam Gualę pro vice Petri filii quondam Alfani inclitam Ecclesiam S. Nikolai, quę edificata erat subtus castellum Caputaquis a super, et conjuncta ad viam publicam, quę per caput de flubio Trabe pergebat; ut semper esset in potestate ipsius Petri, et heredum ejus, sicut ipsa carta continet scripta per Romoaldum Clericum Notarium, in qua ipse Johannes Episcopus, et Romoaldus Judex, et duo alii subscripti sunt. Cum autem suprascriptę cartulę ostensę, ac lectę fuerunt, ipse Alfanus filius prefati Petri clarificavit sibi per successionis gradum pertinere integras ipsas sortiones, quas suprascripti filii Truppoaldi Majo Diaconus, et Guaiferius, et infans nomine Alfanus compreenserant, et inter se per partes tradiderant, quemadmodum suprascripta sexta carta continet; hoc est totum illud suptus supradictum castellum Caputaquis, ubi Casavetere dicitur, et ipsum Plajum, qualiter eis per memoratam quintam cartam in sortem evenerat ab ipso Majone filio Majonis consobrino fratre illorum, et inclitam ipsam clausuram de terra, quę est super, et prope suprascriptum flumen, videlicet in capite ipsius fluminis, quę et dicta est de Ambrosi. Similiter et sibi ipse Alfanus pertinere clarificavit integram medietatem de molino, et terra, in qua constructum est, et de arcaturia sua, et aqua, et generaliter de toto, quod, et quantum suprascriptus Johannes Domini gratia Episcopus Truppoaldo, et Majoni Castaldeo germanis filiis quondam Majonis Castaldei pro vice illorum, et Jaquinti germani illorum vicariarionis ordine tradiderat, quemadmodum suprascripta secunda carta continet. Et, sicut ipsi Alfano congruum fuit, sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam vendidit suprascripto Gregorio filio memorati Domini Paldulfi totum, et integrum illud, quod sibi, ut dictum est, pertinere clarificavit cum integra Ecclesia S. Nikolai, quę intra illud constructa esse videtur, et cum omnibus aliis, quę intra ipsam venditionem sunt, cunctisque ejus pertinentiis, et cum integra vice sua de fontana, quę in suprascripta quarta declaratur cartula, et vice de suprascriptis viis, et de aliis viis suis, et cum omnibus stavilibus, et movilibus ipsi Ecclesię pertinentibus. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Gregorii, et heredum ejus, et ille, et ejus heredes licentiam habeant, de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipse Alfanus suscepit ab ipso Gregorio statutum pretium auri solidos sclifatos centum quindecim in omni deliberatione. Et per convenientiam isdem Alfanus guadiam ipsi Gregorio dedit, et fidejussorem ei posuit Ademarium Comitem filium quondam Landolfi Comitis, et per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes semper defendere ipsi Gregorio, et illius heredibus integrum illud, quod ei, sicut supra scriptum est, vendidit, ab omnibus hominibus; et licentiam ei ipse Alfanus tribuit, ut quotiens ipse Gregorius, et ejus heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Alfanus, et ejus heredes ipsi Gregorio, et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Gregorio, et illius heredibus tricentos solidos Constantinos

aureos,

aureos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Verumtamen illud ad memoriam revoco, quoniam ipse Alfanus vendidit suprascripto Gregorio in jam dicta ratione simul cum eo, quod supra legitur, totum, et integrum, quantum ei, et Aloarę uxori suę filię Castelmanni Comitis ibique conjunctum pertinuit, ac pertinet, et integram vicem, quę similiter ipsi viro, et uxori pertinuit, ac pertinet de memorata fontana; et totum ipse Alfanus, et ejus heredes ex eadem venditione ipsi Gregorio, et illius heredibus adimpleant, quemadmodum eis se, suosque heredes superius adimplere obligaverunt per suprascriptam guadiam, et obligationis penam. Et ipsa quidem Aloara in mea haccedens presentia, dum una cum ea ipse Alfanus vir, ac Mundoalt ejus adesset, et cum illius voluntate per convenientiam obligavit se, et suos heredes, si suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, componere ipsi Gregorio, et illius heredibus trecentos auri solidos Constantinos, et taciti ex hoc adversus illum, et ejus heredes semper permanere. Quod autem superius disturbatum est, in uno loco legitur presul obserbatis, et in alio hominis mensuram; inter virgulum, quod superius scriptum est, in uno loco legitur et cum vice de via sua, in alio autem via, et in alio usque in viam publicam, et in alio compreenserat. Et taliter tibi Grimoaldo Notario scribere precepi, qui interfuisti.

✠ Ego qui supra Johannes Judex.

LVIII.

Lando Paestanus Episcopus tradit per commutationem Pinnino clausuram terrae cum vinea, et vacuo in loco Trondalu ad suam Ecclesiam pertinentem, cujus vice ab eo recipit clausuram aliam terrae in loco Pazzano, & solidos decem. anno 6. principatus Johannis, & 1. Guaimarii ejus filii mense Aprilis 2. Ind. (Christi anno 989.) Arc. 59. n. 186. in membrana.



IN nomine Domini sexto anno principatus Domini nostri Johanni gloriosi Principis, et primo anno principatus Domini Guaimarii Principis filio ejus mense Aprelis secunda Indictione. Declaro Ego Lando Domini gratia Episcopus Sancte Sedis Pestane, quoniam aulam Sancte Dei Genitricis, hac Virginis Marie, que fundata est intus . . . . Caputaquis magnam partem ex ea in ruina posita est, et non havemus aliquit consulu, unde eam conciare, et restituere . . . . voluerámus de . . . . ibique aliquantulum ex rebus nostri Episcopii per vonam conbenientia vicariationis ordine daret; et acciperet exinde alia rebus cum aliquanto pretium, unde et Ecclesiam ipsam, et aliis minuitatibus nostri Episcopii restituere, et adimplere valeamus. Et dum causa ista per plures divulgavimus, et divulgare fecimus, nemo invenimus, qui illut facere voleret. Nobilissime autem venit ad nos Pinnino filius . . . . qui dixit nobis, ut si per convenientia permutationis ordine dederimus ei una clusuria de terra cum binea, & . . . . aliquantum vacuo de locum Trondalu Canoense finibus nostri Episcopii pertinentibus, daret exinde partibus nostri Episcopii . . . . alia clusuria sua de terra cum binea, quod habet in locum Pazzano finibus eodem Lu . . . . . ., et adjungeret in partibus nostri Episcopii . . . . . . decem. Tunc cepimus inde havere colloquium cum Totonem Scriba Palatii Advocatorem nostrum, et cum cleros honoratos . . . . nostri Episcopii. Inito consilio comparuit nobis vonum esset eidem Pinnini prephatam clusuriam de terra cum vinea, et cum aliquantulum ipsum vacuum per finis, et mensuriis, que inferius declaramus, daret, et ab eum reciperet ipsa clusuria sua de terra cum vinea cum ipsi solidi, unde,

unde, ut diximus, eadimen ipsius Ecclesie, aliisque in . . . . nostri Episcopii restituere, et adimplere valeamus. Et ut videremus, si vonum ad pars nostri Episcopii evenitet, super rebus ipsis, quem dare, et recipere volumus, una cum Johanne Judice, et cum ipso Advocatorem, aliisque doctis hominibus perreximus, et cum summa diligentia rebus ipsa providimus, et estimavimus. Sec melius multo nobis temelioratum compatuit esse illut, quem ipse Pinnino nobis dare vult cum ipsis solidis, super illut, que a nos tollere querit. Redeuntes vero de illuc hec omnia per ordinem supradicti magni Principibus nuntiavimus, ut per illorum licentiam hanc faceremus vicaria. Illi autem dum per sua esquisitione agnoverunt, quod vonum ad partibus nostri Episcopii evenitet, psolutionem nobis dederunt talia perficiendum, etiam et de sua presentia inter medium nostrum essendum direxerunt Sikenolfus Comite, et nos utrique partibus observantes ea, que in lege Langobardorum de convenientia, et commutatione adfictum est, pars partium convocavimus idoneis hominibus, quo utrumque faceremus omni tempore firmum, stavilemque maneret. Quo ita factum Ego superius dictus Pontifex . . . . mecum ipsum Advocatorem nostrum per vonam convenientia ante ipsum Judex, et subscriptos testes recepimus a te supranominato Pinnino ipsi decem solidi, et per vonam convenientia tradidimus, et confirmamus vobis, ut diximus, commutationis ordine predicta clusuria de terra cum vinea, et bacuum per hec finis, et mensuriis. De super parte incipiente a termine, que fictum est . . . . . . ra de via, que vadit ad Sancto Petro, et pergente per medio risano, qui est inter bine ipsa, et binea de erede Alfani Diaconi, et filii Stefani, usque ubi alio termine fictum est, inde sunt passi septuagintasex, et deinde descendente in partibus occidentis per medio alio risano usque in via puplica; suntque passi quinquaginta, et de subtus partibus erga ipsa via, et inde sunt passos nonagintasex, et saliente per ipsa via priores, et junge in jam dicto termine sunt . . . . passus bigintiduo: totum mensuratum ad justo passum. Hanc vero clusuria de terra cum binea, et bacuum per jam dictas finis, et mensuriis cum omnibus infra se habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua tibi jam dicto Pinnini in commutationis ordine tradidimus ad secuiter, et firmiter amodo, et semper vos, vestrique heredes illut havendum, dominandum, possidendum, et omnia inde faciendum, que volueritis, absque omni nostra, nostrique successoribus contrarietate, vel requisitione. Unde pro confirmandam, et stavilissendam hanc nostra vicariatione per alia cartula, que aput nos scribta retinemus, recepimus a vos ipsa clusuria de terra cum vinea vestra de locum Pazzano per hec finis, et mensuriis. A super parte sicut media murice discernit inter binea vestra, et vinea Imperati Archidiaconi, inde sunt passi biginti, ex alio latere inter binea ipsa, et vinea de heredes Petri, et Faracki pergente per medio risanco, suntque passi trigintaocto; da pede fine Leoni filii Petri Curti, et inde sunt passi bigintiocto, et saliente da alia parte secus ipsa bia, suntque passos quinquagintasex, finitaque vicaria ipsa apud nos. Ea ratione per bona convenientia obligo me, qui supra, Lando Domini gratia Episcopus, et meis successoribus, et pars nostri Episcopii amodo, et semper prephatam nostram traditionem vobis, vestrisque heredibus antistandum, et defensandum ab omnibus hominibus, omnique partibus, et qualis tempore volueritis per bos ipsis inde esse autores vice nostri Episcopii, potestatem habeatis vos, vestrique heredes cum quale monimen, et rationem inde havere potueritis, in omnibus inde causare, et omnem legem, et justitiam exinde reciperet, et omnia inde agere, que, et qualiter volueritis; et per vos ipsis exinde siatis autores, et defensores. Nam quando pars nostri Episcopii exinde autores quesieritis habere, nos autem, nostrique successoribus, et pars nostri Episcopii antistemus, et defensemus illut vobis, vestrique heredibus, quomodo superius legitur. Si autem, sicut dictum est, taliter vobis illut non defensaverimus, aut si nos, nostrique successoribus, et pars nostri Episcopii quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis, vestrique heredibus tollere, aut contrare, seu removere quesierimus, et quod-

quodcumque causationes vobis inde prepofuerimus ; tunc per bonam conbenientia obligo me, meique fuccefforibus, et pars nostri Episcopii ad componendum vobis, vestrique heredibus sexaginta aureos solidos Constantinos. Unde . . . . vobis ; vestrisque heredibus adimplendum guadiam ipsum Advocatorem vobis una cum Landone Diacono, et Vicedominus dare exinde fecimus, et mediatorem vobis posuimus Rainaldo filius Donelli ; et tali ordine te Stefanus Diaconus, et Notarius scribere rogavimus. Intus Caputaquis.

✠ Ego qui supra Lando Episcopus.
✠ Ego superius Toto Scriba Palatii.
✠ Ego qui supra Sichenolfus.
✠ Ego qui supra Johannes Judex.
✠ Ego Sifamus.
✠ Ego qui supra Lando Diaconus et Bicedominus.

LIX.

Dumnellus Presbyter, & Abbas Ecclesiae S. Mariae intra Salernum in muro, & muricino pertinentis ad Dominum Johannem Principem dividit cum Disijo de Jusuni filio Almari terras, quae inter Disijum, & dictam Ecclesiam communes erant in ipso loco Jusuni Stricturiae finibus, ubi Caliano, & Correjanu, & Beterali, et Pescatu, et Castaniola dicitur. anno 16. Johannis, et 10. Guaimarii ejus filii mense Januarii 12. Ind. (Christi anno 999.) Arc. 69. n. 312. in membrana.



IN nomine Domini sextodecimo anno principatus Domini nostri Johanni, et decimo anno principatus Domini Guaimari ejus filio gloriosi Principibus mense Januarius duadecima Indictione. Memoratorium factum a me Dumnellus Presbiter, et Abbas Ecclesie Sancte Marie, qui constructa est intus hec Salernitanam cibitatem in muro, et muricino, pertinentem supradicto mangni Principi, una mecum Teudericus Advocatorem meum, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniuntus sum cum Disigio de Jusuni filio Almari propter at debidendum inter nos de rebus, quod cum illum comune abemus in ipso locum Jusuni Stricturie finibus, locis, ubi propio Caliano, et Correjanu, et Beterali, et Pescatu, et Castaniola. Primitus quidem ipse Disigio tradidit nobis pro parte ipsius Ecclesie una pecia de terra in ipso locum Beterali, qui est per ec finis. De una parte fine, sicut terminatu est, de super capite fine bia, et rectum exiente usque termiti, et Carbonari ; alia parte, quod est a meridie, fine medio ipso Carbonaru, et termiti inde ficti sunt, et qualiter se conjungit ad ipsa priore fine sua. Alia pecia de terra bacua ulter ribus Pescatu per ec finis. De una parte fine ipso ribus Pescatu, alia parte fine bia antica, que modo se non dant, qualiter conjungit ad ipso ribus Pescatu. De ambo ipse pecie de terra per supradictis finis inclita sua sortione exinde, quale legibus undecumque ibidem fuit, vel est pertinentem ei abere, totum a funditus nobis pro parte ipsius Ecclesie in sorte tradidit cum bice de bia sua, et cum omnia intro se abentibus, et suis pertinentiis ad faciendum exinde pars ipsius Ecclesie, ejusque rectores omnia, quod boluerint, absque omni requisitione, et contrarietatem ipsius Disigi, et de ejus eredes, aut cuiquam ominibus ; et ipsius Disigi tradidimus in sorte una pecia de terra bacua cum quercietum, et aliquanti salici in ipso locum Calianu, et Correjanu per ec finis, et mensuras. De capite fine de eredes Johanni Cuntefrit inde sunt passus sexagintaduo ; alia parte fine, sicut terminatum est, inde passus sexaginta ; de pede fine sua inde sunt passus septuagintaocto ;

alia

alia igitur parte fine, sicut terminatum est, inde passus quadragintanobem ad justo passu omini; inclitum illut ei in sorte tradidimus cum omnia intro se abentibus, et suis pertinentiis ad faciendum inde quod boluerit. Hec soriis inter nos fecimus, et tradidimus, sicut supra dictum est. Unde pro taliter guadiam nobis ipse Disiju dedi, et mediatorem nobis posuit Jaquintus filius Rocci de ipso locum, et per ipsa guadia obligavit se, et suos eredes, ut, si aliquit de quomodo superius legitur remobere, aut contrare quesierit, et talia ad pars ipsius Ecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia componere obligavit se, et suos eredes ad pars ipsius Ecclesie quinquaginta auri solidos Constantinos. Et hunc brebem scripsi ego Johannes Notarius, qui interfui.

✠ Ego Petrus

✠ Ego Nascini

✠ Ego Johannes me subscripsi.

LX.

GRimoaldus filius quondam Joannis vendit Andreae Monacho Monasterii S. Nicolai extra Salernum in loco, ubi Gallocanta dicitur, pro eodem Monasterio terram cum arbusto deserto in loco Balneâria, ubi Cataforte dicitur, pro tarenis auri 62. Amalphitanae monetae. anno 1093. mense Maii 1. Ind. Arc. 40. n. 220. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni, et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo nonògesimotertio temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Majo prima Indictione. Ante me Johannem Judicem Grimoaldus filius quondam Johannis conjunctus est cum Andrea Monacho Monasterii Sancti Nykolai, quod situm est foris hanc Salernitanam civitatem in loco, ubi Gallocanta vocatur, cui Dominus Theofilactus venerabilis Abbas preest, et sicut ei congruum fuit, bona sua voluntate per convenientiam per hanc cartulam venumdedit ipsi Andree pro parte suprascripti Monasterii terram cum arbusto deserto foris hanc civitatem in loco Valnearia, ubi Cataforte dicitur, per fines, et mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte meridiei finis medius vallonus, et passus centum sex; a parte orientis finis medius limes et secus eum intra ipsam terram mensurati passus septuaginta; a parte septentrionis finis medius vallonus, et passus centum quadragintaquattuor; a parte occidentis finis via convenientiaria, et passus nonaginta et sex, cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, et cum decem cartulis ex ipsa terra continentibus; quarum Prima scripta per Alderisium Notarium vicesimooctabo anno principatus Domini Gisulfi mense Aprelis quarta Indictione, et in ea subscripti Romoaldus, Majo, Radoaldus, Johannes. Secunda scripta per Johannem Notarium decimo anno principatus Domini Johannis, et quarto anno principatus Domini Guaimarii ejus filii mense Nobember sexta Indictione, et in ea subscripti Petrus, et Teodericus. Tertia scripta per Johannem Notarium sextodecimo anno principatus ipsius Domini Johannis, et undecimo anno principatus ipsius Domini Guaimarii ejus filii mense Augustus duodecima Indictione, in qua subscripti sunt Romoaldus Comes, et Petrus. Quarta scripta per Ademarium Notarium anno tricesimoseptimo principatus ipsius Domini Guaimarii, et septimo anno principatus Domini Guaimarii ejus filii mense Martio octaba Indictione, et in ea subscripti Ademari, et Petrus Notarius. Quinta scripta per ipsum Johannem Notarium anno tricesimosecundo principatus Domini Guaimarii, et tertio anno principatus Domini Guaimarii mense Nobember quinta Indictione, in qua subscripti sunt Petrus, et Ademarius. Sexta scripta per Johannem Notarium octabodecimo anno principatus ipsius Domini Guaimarii filii Domini Guaimarii mense Julius quarta Indictione, et in ea subscriptus

ptus

ptus Petrus Judex. Septima scripta per ipsum Johannem Notarium vicesimooctabo anno principatus ipsius Domini Guaimarii, et primo anno principatus Domini Johanni ejus filii mense Aprili quartadecima Indictione, in qua subscripti sunt Arechisi, et Alderissi Notarii. Octaba scripta per Romoaldum Notarium undecimo anno principatus Domini Gisulfi mense Januario sexta Indictione, in qua subscriptus est Johannes Judex. Nona scripta per Alderissi Notarium tertiodecimo anno principatus ipsius Domini Gisulfi mense Nobember octaba Indictione, et in ea subscripti Alderissi, et Petrus Notarii. Decima scripta per Johannem Notarium vicesimosecundo anno principatus ipsius Domini Gisulfi mense Aprelis prima Indictione, in qua Petrus Judex subscriptus est. Ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius Domini Abbatis, et successorum ejus, et partium suprascripti Monasterii, et ille, et successores, ejus, et pars ipsius Monasterii licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem hujus venditionis ipse Grimoaldus suscepit ab ipso Andrea statutum pretium auri terenos Amalfitane monete sexaginta et duos Amalfitane monete in omni deliberatione, et per convenientiam ipse Grimoaldus guadiam ipsi Andree pro parte suprascripti Monasterii dedit, et fidejussorem ei pro illius parte posuit Leonem filium quondam Johannis Atrianensis, qui dictus est Buccabitellu, et per ipsam guadiam ipse Grimoaldus obligavit se, et suos heredes semper defendere ipsi Domino Abbati, et successoribus ejus, et parti suprascripti Monasterii integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus; ita tamen, ut quando ipse Dominus Abbas, et successores ejus, et pars suprascripti Monasterii ipsum Grimoaldum, et ejus heredes defensores de ea habere quesierint, dent eis suprascriptas decem cartas justa ratione salvas habendas diebus sexaginta, et per omnes vices ipse Grimoaldus, et ejus heredes integrum illud, quod, ut supra scriptum est, vendidit, defendant ipsi Domino Abbati, et successoribus ejus, et parti suprascripti Monasterii, sicut supra scriptum est, et post completos ipsos dies per omnes vices cartas ipsas, quales eis date fuerint, ipsi Domino Abbati, et successoribus ejus, et parti suprascripti Monasterii reddant. Et ipse Grimoaldus tribuit ei licentiam, ut, quando ipse Dominus Abbas, et successores ejus, et pars ipsius Monasterii voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus munimiinibus, et rationibus, quas de eo ostenderint; et si sicut superius scriptum est, ipse Grimoaldus, et ejus heredes non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se, et suos heredes componere ipsi Domino Abbati, et successoribus ejus, et parti suprascripti Monasterii quinquaginta auri solidos Constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere, Quod superius disturbatum est, legitur Johanni. Et taliter tibi Grimoaldo Notario scribere precepi.

✠ Ego, qui superius, Johannes Judex.

LXI.

Alfanus filius quondam Petri de Capazzana vendit Johanni Russo filio Petri bona sua in loco Capazzana, ubi Sabuculo. dicitur, de finibus Salerni pro tarenis auri 22. anno 11. Guaimarii mense Octobris 13. Ind. (Christi anno 999.) Arc. 59. n. 234. in membrana.



IN nomine Domini undecimo anno principatus Domini nostri Guaimari gloriosi Principis mense Octuber tertiadecima Indictione. Ideoque Ego Alfanus filius quondam Petri de Capazzana, sicut michi congruum est, ante subscripti noviliores per hanc cartam bona etenim mea bolumtate venumdedit tivi Johanni Russi filio Petri de rebus mea, quod abeo in locum Capazzana, ubi propio Sabuculo bocatur, finibus Salernitana infra finis illos tivi nominato Johanni Russi venumdedit. De pede fine medio ribus, qui dici-

dicitur Sabuculo, de nna parte fine tuaque Johanni, quod paratum abetis da Jaquinto filio Johanni, qui bocabad Molle, et de super da ipsa fine tua rectum aspiciente per medio criftone, et per ipso criftone faliente, et conjungente per media serra, de super fine media ipsa serra, qui discernit a fine de hominibus de Coperele; alia igitur parte fine medio ballitellu, et per medio ipso ballitellu descendente, et conjungente in ipso ribus, quod est priore fines. Infra ipse finis inclitum illud tivi nominato Johanni venumdedit cum omnia infra se abentes, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bia sua, ad securiter, et firmiter amodo, et semper tu nominatus Johannes, et tuis heredibus, et cui carta ista in manu paruerit, illos abendum, poxidendum, dominandum, omnia exinde faciatis, quod bolueritis. Et pro confirmandam, et stavilisceendam hanc nostra vindictio nuc a presenti recepi a te nominatus Johannes emtorem nostrum auri tari boni numerum bigintiduo in omnes deliberatione, sicut inter nos conbenit, finitoque pretium ipsum aput nos. Es qua te promitto, et boluntarie mee guadiam tivi dedit jam dicto Johanni, et per ipsa guadia hobligo me, qui supra, Alfanus, et meis filiis, et heredes amodo, et semper antistandum, et defensandum tivi jam dicti Johanni Russi, et ad tuis heredibus, et cui carta ista in manu paruerit, tota ipsa res infra ipse finis cum omnia infra se abentes, et cum vice de bia sua a pars uxori mee, et ab omnibus hominibus, omnique partibus. Si autem, sicut dictum est, taliter illud vobis non defensaverimus, vel si nos, vel nostris heredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illud vel exinde vobis tollere, aut contrare, seu removere quesierimus, et quodcumque causationes vobis inde miserimus, primum omnium questio, et causatio nostra, et de meis filiis, et heredes sit exinde tacita, et bacua, et per ipsa guadia hobligo me, qui supra, Alfanus, et meis filiis, et heredes ad componendum tivi nominati Johanni Russi, et ad tuis heredibus, vel cui carta ista in manu paruerit, triginta auri solidos Costantinos, et, sicut dictum est, per invitis illut vobis defensemus in suprascripta ratione. Quando autem per bos bolueritis inde exe auctores, potestatem, et licentia abeatis vice nostra, et de nostris heredibus in omnibus per bos ipsis exinde causare, et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale monimen, et rationem exinde abere potueriti, et omnis legem, et justitiam exinde recipiatis, et per bos ipsis fiatis exinde auctores, et defensores. Nam quando nos, vel nostris heredibus quesieritis exinde auctores abere, Ego autem, et filiis, et heredes meas antistemus, et defensemus tivi, tuique heredibus, et cui carta ista in manu paruerit, inclita ipsa rebus infra ipse finis per illa hordine, sicut superius legitur, per suprascripta guadia, et hobligata pena, et de suprascripta guadia, quod tivi jam dicti Johanni in suprascripto hordine dedit, mediatorem tivi posui me ipsum, et amodo appono, et hobligo vobis ad pingnerandum, si exinde ad pingnerationem beneritis, omnes rebus nostra stavile, et mobile, quod legitimo, et inlegitimo est ad pingnerandum. Et tali hordine te Alderissi Notario scribere rogavimus. Actum Salerno.

✠ Ego Romoalt.
✠ Ego Adelferi.
✠ Ego Majo.

LXII.

Cicenus, & Mari filii Adelghisi, & Ursus Atrianensis filius Janelgari, qui vocabatur Ingeniosu, tradunt ad annum unum ad laborandum Domnando filio quondam Turbi bona, quae in communi habent in loco Jovi pro terratico consueto. anno 1. Johannis, & Guidonis mense Januarii 12. Ind. (Christi anno 984.) Arc. 86. n. 218. in membrana.



IN nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Johanni, et Domini Guidoni ejus filio gloriosi Principibus mense Januarius duodecima Indictione. Memoratorium factu a nobis Cicenus, et Mari germani filii Adelghisi, et Urso Atrianense. . . Janelgari, qui vocabat Ingeniosu, eo quod ante subscripti testes tradidimus ad tenendum, et lavorandum Domnandi filii quondam Turbi de rebus nostra, quod commune habemus in locum Jobi, in quo ille modo seminatum habet, infra hec finis. De una parte fine ribus, qui dicitur Locubia, et de alia parte fine ribus, qui dicitur dua Ribora, qui conjungit in ipsa Locubia, et de super fine nostra infra jam dictas fines . . . . diximus, ipsius Domnandi tradidimus de quantum exinde seminatum habuit. Ego jam dictus . . . . . ., et nos germani medietatem, pro eo quod tota ipsa rebus nobis jam dicti germani, et ad alium nostrum germanum . . . . medietatem, et mihi nominati Ursi medietatem. Hec autem, sicut diximus, ipsa rebus ipsius Dom . . . . mus in ea ratione, ut amodo, et usque aire recollecte hoc annum beniente ipsa rebus . . . . . . tis tenere, et dominare, et totum ipso lavore exinde recolligere, et illut sibi habere; tantum terraticum inde nobis deant secundum consuetudinem de ipso locum; ad ipse aire recollecte in tota ipsa rebus, rebertas ad nostra, et de nostris heredibus potestatem. Unde in eo hordine guadiam nobis ipse Domnandus dedit, et mediatorem nobis posuit se ipsum, et per ipsa guadia obligabit se, ut si aliquit de quomodo superius legitur quesierit remobere, aut contrare, et talia nobis, nostrisque heredibus non adimpleberit, tunc per ipsa guadia obligabit se componere nobis, nostrisque heredibus decem auri solidos Constautinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent. Et hunc brebem scripsi ego Jaquintus Notarius, qui interfui.

✠ Ego Teudericus me subscripsi.

LXIII.

Petrus, Adelbertus, & Landoarius Comites filii quondam Lamberti Comitis, & Landoarius Comes filius quondam Adelberti Comitis consobrini dictorum germanorum, et Gaitelgrima genitrix dicti Landoarii, olim uxor memorati Adelberti Comitis confirmant Theophilo Sacerdoti, Monacho, & Abbati Ecclesiae S. Nicolai Confessoris, & Pontificis constructae extra Salernum in loco, ubi Gallocanta, & Petralena dicitur, non longe a mari bona omnia, quae dictae Ecclesiae obtulerat sudradictus Comes Adelbertus in loco Salicto, et ubi ad Toru dicitur, et in locis Bosanola, Boneja, et Sepi; cujus oblationis charta ab ipso Abbate deperdita fuerat. anno 25. Gisulphi mense Novembris 5. Ind. (*anno Christi* 1066.) *Arc.* 40. *n.* 18. in membrana.



IN nomine Domini vicesimoquinto anno principatus Domini nostri Gisulfi gloriosi Principis mense Nobembri quinta Indictione. Ante me Petrum Judicem Petrus, et Adelbertus, et Landoarius Comites germani filii quondam Lamberti Comitis, et Landoarius Comes filius quondam Adelberti Comitis, qui fuit consobrinus frater ipsorum germanorum, et Gaitelgrima genitrix ipsius Landoarii, que uxor fuerat jam dicti Adelberti Comitis, conjuncti sunt cum Theophilo Sacerdote, et Monacho, et Abbate Ecclesie, que foris hanc civitatem in loco, ubi Gallucanta, et Petralena dicitur . . . . non longe a mare ad honorem Beati Confessoris, adque Pontificis Nikolai condita est; et ipsi germani, et jam dictus Landoarius, et predicta Gaitelgrima ostenderunt

tres cartulas, quas feci legere. Prima ex eis de vicesimo anno principatus Domini Guaimarii Principis mense Januario septima Indictione, qualiter ante Petrus Judex perrexerat mulier nomine Zitola filia Stephani Piscatori, que fuerat uxor Petri filii Licti, et Aloara filia ipsorum Zitole, et Petri, et ostederant unum scriptum de quadragesimoquinto anno principatus Domini Guaimarii Principis, et quinto anno Domini Gisolfi filii ejus mense Junio decima Indictione, quomodo ante Dauferius Judex conjuncti fuerant Marino Atrianensis filius Mauri, et Johannes filius Adilperti, et per partes ostenderant sua monimina de rebus de loco Salicto, et ubi ad Toru vocavatur, et debuerat exinde jurare ipse Johannes, et fuerat paratus inde jurandum, qualiter inter eis judicatum fuerat, et ipse Marinus sacramenta recipere noluerat, et cartas ipsius Johannis, sicut continebant, veraces essent; et ipsa rebus, qualiter per fines monstraberat, et declaratum fuerat, veritas essent, ut ipse Johannes genitor, et thio ejus ad suam proprietatem possedisset, et dominasset, et neque per testes, neque per monimina, nec per qualecumque inbenta ratione de predictis rebus, qualiter prelegitur, causare, et contendere nequaquam poteret; et donaberat ei ipsum sacramentum scriptum per Ursus Presbiter, et Notarius, et erat ibidem scriptum ipsum Dauferius Judex. Et cum fuerat relectum, dixerant, ut in supradicta rebus de ipsis locis, que fuerat ipsius Licti filii supradicti Johanni filii Adelperti, habuisset sortionem ipse Petrus vir, et genitor ipsarum Zitole, et Aloare inclita quarta parte de terra, que dicitur pars, que fuerat sortione predicti Petri, fuisset pertinens ipsius Zitole, et inclitam quartam partem per suum morgincap ei emissum per ipsum Petrum, et relique tres sortes esset pertinentes ipsius Aloare. Et ideo ipse mater, et filia illarum voluntate per ipsam cartam secundum legem venumdederant, adque ad semper habendum confirmaverant Adelberto Comiti filio quondam Lamberti tota, & inclita supradicta rebus, que superius dixerant fuisse pertinentem ipsius Petri vir, et genitor illarum de suprascriptis locis, et de aliis locis ibique conjunctis cum omnibus intro se abentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum inclita quarta parte de supradicta scriptura, et cum inclita sorte de alia monimen, que fuerat ipsius Petri continentem de suprascriptis rebus, ad securiter, et firmiter ipse Adelbertus, et suos heredes, et cui per eos datum paruisset, semper omnis suprascripta venditio habendum, et faciendum quod volerent, sicut ipsa carta continet, que scripta est per Ademarium Notarium, in quo ipse Petrus Judex subscriptus est. Secunda de vicesimoprimo anno principatus ipsius Domini Guaimarii mense Nobembri octaba Indictione, quomodo Johannes filius Litti, et mulier nomine Anna filia quondam Johannis, qui bocavatur Bassulla, qui erant amboque conjugati vir, et uxor, clarefecerat ipse Johannes sibi esset pertinens habere res a parte predicti genitori, et genitrici sue in eodem loco, ubi Salittu dictum est, et erat terris cum vineis, et castanieto, et quercieto, et silbis, et plagariis, et fondis, et bersatariis suis in montibus, quam et in planis. Et ipsa nominata mulier in predictis rebus jam dicti viri sui quartam partem profitebat se habere portionem, que ei emissa fuerat per suum scriptum morgincap a supradicto viro suo in die illorum copulationis, et congruum erat ipsis viro, et uxori comuniter omnes ipsas res in predicto loco Salitto, quomodocumque eis fuerat, et erat pertinens a parte supradicto genitori suo, et a pars genitrici sue, ubicumque de ipsa rebus . . . . in ipso locum inventus dedisset in montibus, et in planis, totum illud donare cum omnis monimen inde pertinentes jam dicto Adelberto Comiti filio memorati Lamberti. Et ideo ipsi nominati vir, et uxor, sicut eis congruum fuerat, bona eorum voluntate per ipsam cartam donaverant, adque ad semper habendum confirmaverant ipsi nominato Adelberto Comiti de omnibus ipsis rebus, quantum, quantoque supradicto genitori, et genitrici, suique Johanni fuerat pertinens in ipso loco Salitto in montibus, et in planis, inclita quartam partem, que fuerat sortionem ipsius Johanni, cum inclita quarta parte de omnis monimen inde pertinens, et cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de

viis

viis suis. Unde nullam sibi, aut cuiqua hominibus, vel in quavis partibus inde restiterat, aut dixerat remanere sortionem, set, sicut dixerant, funditus illud eidem Adelberto donaverant, ad securiter, et firmiter semper ipse Adelbertus, et suos heredes, et cui, vel ubi per eos datum paruisset, illud abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum, quod volerent, absque omni illorum, et heredum eorum, aut cuiquam hominibus contrarietate, vel requisitione. Verumtamen supradicta illorum donatione, quam ipsi Adelberto donaverant in supradicto hordine de inclita omnis ipsa rebus, que fuerat pertinens supradictis genitori, et genitrici, suaque Johanni da locum, qui dicebatur Bosanola, in illa parte usque fluvio beteri, qui dicitur Boneja, et a locum, qui dicitur Sepi, descendente ab ipso loco Sepi inter ambas fines Bosanola, et ipsum fluvium Boneja usque mare infra ipse fines de omnis rebus, que fuerat ipsius genitori, et genitrici, suaque Johanni, donaverant exinde ipsi Adelberto inclitam quartam partem cum inclita quarta parte de omnis monimen inde pertinentem; abendum illud ipse Adelbertus, et suos heredes, et cui, vel ubi per eos datum paruisset, et faciendum exinde omnia, que volerent per illa ratione, sicut supra dictum est, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per Ademarium Notarium, et in ea Radoaldus, et Arechisius, et Alderisius Notarii testati sunt. Tertia scripta per Alderisium Notarium vicesimoprimo anno principatus suprascripti Domini Guaimarii mense Septembri octaba Indictione, et in ea Radoaldus Notarius, et Ademarius testati sunt. Cum autem ipse cartule fuerunt ostense, ipsi germani, et jam dicte mater, et filius clarificaverunt, quod tempore ipsius Adelberti, cui omnes suprascripte res venumdate, adque donate fuerant, sicut suprascripte cartule continent, per id ipsum Adelbertum totas, et inclitas ipsas res, qualiter ei per ipsas cartulas pertinentes fuerant, cum omnibus intro se habentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum suprascriptis cartulis, et aliis muniminibus ex ipsis rebus continentibus per firmam cartulam offertum fuerat in jam dicta Ecclesia Sancti Nikolay ad abendum illud Rectores, et partes ipsius Ecclesie, et nullo modo de potestate ipsius Ecclesie essent subtracte. Set ipse Theophilus Abbas ipsam offertionis cartulam se perditam dixit habere, nec omnino eam habere posse, solummodo jam dictas res pro parte ipsius Ecclesie teneret, et a suprascriptis cartulam offertionis cupiebat accipere. Idcirco ipsi germani, et jam dicta genitrix, et filius pro amore omnipotentis Dei, et ipsius Sancti Nikolay, et anime eorum salute per convenientiam per hanc cartulam offeruerunt, adque confirmaverunt in eadem Ecclesia Sancti Nikolay totas, et inclitas ipsas res, que, et qualiter ipsi Adelberto pertinentes fuerant, sicut suprascripte cartule continunt, cum omnibus, que intro eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, et cum vice de viis suis, et cum ipsis cartulis, et cum aliis muniminibus ex eo continentibus. Ea ratione, ut semper sint in potestate ipsius Abbatis, et successorum ejus, qui per eos, et per eorum heredes in jam dicta Ecclesia hordinati fuerint, et licentiam habeant de eo cum eorum, et heredum eorum voluntate facere quod voluerint . . . . et jam dicta genitrix, et filius guadiam ipsi Abbati dederunt, dum ydonei homines interessent, et fidejussorem ei posuerunt Ademarium filium quondam Landolfi Comitis, et per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes semper defendere ipsi Abbati, et successoribus illius, qui, ut dictum est, in ipsa Ecclesia hordinati fuerint, totum, et integrum illud, quod in jam dicta Ecclesia, ut superius legitur, offeruerunt, et confirmaverunt, ab omnibus hominibus, et partibus, ea ratione, ut quando ipse Abbas, et ipsi ejus successores ipsos germanos, et jam dictam matrem, et filium, et eorum heredes defensores de eo habere quesierint, per omnes vices dent eis suprascriptas tres cartulas rationaviliter salbas habendas diebus sexaginta, et per omnes vices illi, et illorum heredes illud, quod, ut supra scriptum est, in jam dicta Ecclesia offeruerunt, et confirmaverunt ipsi Abbati, et jam dictis successoribus, ut superius legitur, defendant, et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas, quales date fuerint, justa ratione salbas illis reddant; et tribuerunt licentiam, ut

ut quando ipse Abbas, et jam dicti ejus successores voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus, et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi germani, et jam dicta genitrix, et filius, et illorum heredes ipsi Abbati, et jam dictis successoribus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserint, per convenientiam per ipsam guadiam obligaverunt se, et suos heredes, tamen ipsa Gaitelgrima cum voluntate ipsius filii sui, cum qua omnia, que in hac cartula scripta, et scrivenda sunt, fecit, componere ipsi Abbati, et jam dictis ejus successoribus centum auri solidos Constantinos. Verumtamen, quia de ipsa Ecclesia Sancti Nikolay, et de omnibus rebus stavilibus, et movilibus ipsi Ecclesie pertinentibus, et de eo, quod in jam dicta Ecclesia, sicut supra scriptum est, optulerunt, et confirmaverunt . . . . Petro, et Adelberto, et Landoario pertinet, & de . . . . medietate quartam partem ipsi Gaitelgrime, et tres partes ipsi Landoario filio suo pertinentes, preter integram terram cum casa fabricata, que est intra hanc civitatem sacro Palatio Dominico, quam . . . . genitrix ipsorum germanorum in jam dicta Ecclesia dedit, ... integram eam cum omnibus ejus pertinentiis, qualiter ipsa . . . . ut dictum est, dedit, haberet ipse Abbas, et jam dicti ejus successores, et licentiam haberent cum voluntate, et absolutione ipsorum germanorum, et heredum eorum de ea facere quod volerent; nam sine ipsorum solutione non haberent licentiam aliquit de ea facere. Et ipsi mater, et filius, et eorum heredes nullam dominationem, aut pertinentiam quolibet tempore in jam dicta terra cum casa, et in omnibus ejus pertinentiis habere querant. Et duas cartulas unius tenoris, hanc, quam ipsi germani Petrus, et Adelbertus, et Landoarius, et jam dicti mater, et filius, et alteram, quam ipse Abbas pro parte ipsius Ecclesie retinet. Memoramus illud, quod superius inter virgulos scriptum est, quia in uno loco legitur et de ipsa quarta parte; et in alia suis, et quod disturvatum patuerit, legitur et quantum . . . . tibi Johanni Notario scribere precepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.
✠ Ego Johannes Notarius me subscripsi.
✠ Ego Romoaldus Notarius me subscripsi.

LXIV.

Faraccus filius quondam Stephani de Paterno adoptat sibi in filium Johannem filium Saffi Magelchise, eique de omnibus bonis suis, tamquam uni ex filiis suis legitimis, donationem facit, pro qua ab ipso recipit launegilt, scilicet camisum unum, computatque servitium, quod Johannes omni suae vitae tempore praestiturus est. Item ei promittit in uxorem Bonam filiam suam legitimam. anno 5. Johannis mense Julii 1. Ind. (Christi anno 988.) Arc. 73. n. 21. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatus Domini nostri Johanni gloriosi Principis mense Julius prima Indictione. Ideoque Ego Faraccu filius quondam Stefani de locum Paternu actum apus Monte. De sicut mihi congruum est, affiliavit mihi Johannes filius Saffi Magelchise in omnibus rebus substantiis meis stavilis, et movilis, sicut filium meum legitrimum masculinum. Et ideo Ego superius Saraccus bona mea bolunptate ante subscripti testes per anc cartula donavit, et tradidi tibi predicto Johanni talem sortionem de omnibus rebus substantiis meis stavilis, et movilis, quale et unum de filiis meis legitimi masculini de rebus mea tollere, et habere debuerit, idest de casis, quam

quam et intrinsecus casis, territorie, curtes, ortalis, arbusta, castanieta, insereta, quercieta, campis, et silvis, pratis, pascuis, et aquis in montibus, quam et in planis cum finis, et vice de viis suis, et cum omnia infra se habentibus inclita sortionem tibi, qui supra, Johanni donavit, et tradidi. Et pro confirmanda, et stavilifcenda hanc mea donatione, nunc a presentis recepi a te, qui supra, Johannes justa legem Launegild camiso unum, et imputavit mihi ipsum tuum bonum servitium, quem mihi facere promisisti tu, et uxor tua cuntis omnibus diebus vite mee sequentes meum continent brebem, et in unum resideamus, et abitemus, et lavoremus, et ad una mensa vivamus, sicut bonus filius cum patre suo, et omnia, quem necesse fuerit, sibe de casa, sibe de campu, de communiter illos faciamus, sicut inter nobis convenit, in omnem deliverationem, finitaque vero mea donatione per susceptum launegild. Ea ratione, ut a nunc die presenti, et perpetuis temporibus tu, qui supra, Johannes, quam et tuis heredibus predicta mea donatione, ut superius legitur, in omnibus securiter, et firmiter eos habere, et possidere valeatis, et post meum obitum faciatis exinde omnia, quod volueritis. Ex qua promisi, et guadiam tibi, qui supra, Johanni dedit, et mediatorem tibi posuit Petrus nepotem meum filius Ciceri tali ratione, ut demus tibi legitimam uxore puella filia mea nomine Bona, et per eadem guadiam obligo me, qui supra, Saraccu, et meis filiis, et heredibus tibi, qui supra, Johanni, quam et ad tuis eredibus predicta mea donatione, ut superius legitur, ab omnes homines antistare, et defensare promittimus. Quod si minime potuerimus eos vobis defensare, vel si nos ipsis forsitans per quolivet ingenium donationem istam, quam prelegitur, removere, aut retornare quesietimus, tunc ante omnia questio, et causatio nostra sit exinde tacita, et vacua, et inanis, et secundum Edicti capitulo, qualiter de donatione continent pagine de Donum, et Launegild susceptum, nos vobis adimpleamus justitia. Insuper ad compositionem siamus nos vobis obligati ad componendum per ipsa eadem guadia viginti aurei solidi Constantini. De colludio autem secundum legem nos vobis juremus per Dei misteria, et per ipsa guadia demus tibi de legitima uxore predicta Bona filia mea. Iterum et si tu, qui supra, Johannes, vel tuis heredibus absque heredes defuncti fueritis; nos autem, vel nostris heredibus demus pro vestre salutis hanime astante hominem illum, cui per vos judicatum, aut injudicatum, vel in manum commissum fuerit, sex aurei tari, et faciamus pro vestre salutis hanime septima, et trentuale, et predicta nostra donatione, quod est affiliatione, in integrum redeant ad nostra, vel de nostris heredibus potestatem, et si nutu dei eredes habueritis, et vos, et vestris heredibus illos securiter, et firmiter abeatis, sicut superius legitur. Quam te Guisonem Notarium scribere rogavi. Actum Apus monte.

✠ Ego Mirandu.
✠ Ego Teofri.
✠ Ego Suppo.

LXV.

Petrus filius Madi de Nuceria remittit Martino Presbytero, & Abbati Ecclesiae S. Maximi juramentum, quod persolvere Abbas ipse debebat pro bonis in loco Angre, & Casaamabile, de quibus litem inter se intentaverant, nec non bona ipsa eidem Ecclesiae relaxat. Abbas verò cum Waiferio Castaldeo, qui unus est ex Dominis dictae Ecclesiae, remittit, & tradit eidem Petro terram vacuam cum aliquantis arboribus in eodem loco Angre, ubi Casamaurese dicitur, ad ipsam Ecclesiam jam spectantem. anno 1. Mansonis, & Johannis ejus filii mense Aprilis 10. Ind. (Christi anno 981.) Arc. 31. n. 92. in membrana.

IN



IN nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Mansonî, et Domini Johanni ejus filio gloriosi Principibus mense Abbrelis decima Indictione. Memoratorium factu a me Martinus Presbiter, et Abbas Ecclesie Sancti Maximi, eo quod ante presentia Petri Judici, et alii testes conjunctus sum cum Petrus filius Madi de Nuceria ad faciendum cum eo finem de rebus illa de locum, qui dicitur Angre, et Casaamabile; Unde ante os dies cum eos in causationes fuit, et per partes monimen ipsius Ecclesie, et jam dicti Petri ostensa fuit, et accidit judicium, ut pars ipsius Ecclesie inde juraret, et eos in ipsa Ecclesia appropriare. Modo autem, ut diximus, propterea sumus conjunti, et, sicut utrisque convenit, ipse Petrus per susceptum launegilt donabit mihi ipsum sacramentum, quam de rebus ipsa ei persolbere debuit, per colloquium bonorum hominum remisit, et tradidit ad meam potestatem per bona conbenientia ipse Petrus tota rebus illa de supradicto locum. Unde inter nos causationes abuimus, et que monimina ejus continet, quod tando inde ostedit, idest una carta, qualiter Porcari filius Petri benumdedit Lupi filio Romani terra in Casaamabile per finis. Alia Sergi filii Palumbi benumdedit ipsius Lupi terra in ipso locum per finis. Alia scribtio, qualiter ipse Lupus in causationes fuit cum Lupus filius Causi, et cum Palumbus filius Boni de terra ipsa, quod ei benumdedit ipse Sergi filius Palumbi, et ab illis abincuit eos. Alia Johannes filius Fusoli benumdedit ipsius Lupi terra in ipso locum per finis. Alia qualiter Johannes filius Baleri benumdedit Johanni, et Romani filii Lupi terra in ipso locum Casaamabile per finis. Due scribtionibus continebad, qualiter Adelfrid filius Adelmanni in causationes fuit, et finem fecit cum Johanne Mari Presbiter de bia, quod ei monstrabit de ipso locum Casaamabile. Sicut superius diximus, inclita rebus ipsa, et quantum supra dicta monimina continet, remisit, et tradidit ad potestate mea, omni tempore pars ipsius Ecclesie securiter eos abendum, et faciendum quod boluerimus inde, et de ipsa monimen; et semper ipse Petrus, et suis eredibus defensare eos, et ipsa monimen nobis, nostrisque successoribus da omnes homines, omnique partibus. Et si taliter eos nobis, nostrisque successoribus non defensaberint, vel si de aliquit de quod superius legitur quesierit remobere, aut contrare, et talia nobis non adimpleverit, per bona conbenientia componere hobligabit se, et suis eredibus nobis, nostrisque successoribus quinquaginta auri solidos Constantinos. Et nos pro taliter per bona conbenientia una mecum esset Waiferius Castaldeus, qui est unum de dominii ipsius Ecclesie, sublaxabimus, et tradidimus eidem Petri una pecia de terra bacua cum aliquantis arboribus de eodem loco Angre, ubi Casamaurese dicitur; unde pars ipsius Ecclesie causationes abuit cum Maghenolfus filius Radoin, et eos ab ipsum Maghenolfus adbincuit. Ideo quantum at ipsum Maghenolfus ibidem adbincuit, eidem Petri tradidimus, et as finis terra ipsa habet. De una parte fine bia, et de duabus partibus fine de eredes ipsius Maghenolfi, et de alia parte fine de eredes predicti Maghenolfi, et fine jam dicte Ecclesie Sancti Maximi; infra iste finis inclitum illut eidem Petri tradidimus securiter, et firmiter ille, et ejus eredes eos abendum, et faciendum quod boluerit; et ipsa monimen, quam ipse Petrus nobis dabit, si boluerimus de supradicta sua traditione per nos esset auctores, potestatem abeamus in omnibus inde causare, et finem facere bice ejus cum ipsa monimen, et cum quale rationem inde abuerimus, et quando quesierimus illis inde abere defensores, remittamus ad eorum potestate ipsa monimen, et ipse Petrus, et ejus eredes defensare mihi, meique successoribus inclita supradicta traditione, sicut supra legitur. Et hunc brebem scribsi Ego Ademari Notarius, qui interfui.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

LXVI.

LXVI.

JOhannes Judex, coram quo Ursus Atrianensis filius Johannis Inginiusi queritur de Urso Atrianensi filio Johannis, qui in terram suam de loco Jovi in finibus Salerni ingressus fuerat, arboresque absciderat, decernit, ut uterque Ursus cum Judice, & Notario controversum locum petat; ibique si Ursus Johannis filius suam esse terram illam asserat, id monumentis ostendat; si verò se illuc intrasse, arboresque abscidisse neget, secundum legem per juramentum id probet. anno 2. Mansonis Principis, & imperialis Patricii, & Johannis filii ejus mense Martii 11. Ind. (Christi anno 983.) Arc. 87. n. 370. in membrana.



IN nomine Domini secundo anno principatus Domini nostri Mansoni gloriosi Principis, et Imperiali Patricio, et Domini Johanni Principis ejus filio mense Martius undecima Indictione. Coram me Johannes Judex causabit Ursus Atrianensi filius Johanni Ingeniusi cum Ursus. Atrianensis filius Johanni dicendum ei, ut ipse Ursus malo hordine, et sine ratione introisset . . . . hominibus de casa in rebus ejus de locum Jovi Salernitane finibus, et arbores inde abscidixet, palos inde fecisset. Ad ec audiente ipse Ursus taliter ipsum Ursus adbersus se causantes responsum ei retdidit dicendum, ut in ipso locum Jovi rebus abere, set nescire de quale rebus cum eum causavi. Unde inter eis judicavi, et per partes illis guadiare feci per partes super eadem rebus portare Judicem, & Notarium, et ipse Ursus predicti Johannis Ingeniusi monstrare ad ipsum alium Ursus de quale rebus cum eum causavi; et si dixerit ipse Ursus, ut rebus ipsa sua exet pertinentes, per partes portaret secum suis rationibus, et justa legem inter se exinde finem facere. Si autem negaverit non illut fecisset, secundum legem inde ei jurare. Unde ipse Ursus posuit mediatorem Atenolfus Atrianense filius Johanni, et ipse alio Ursus posuit mediatorem Leo Atrianense filium Stefani Pillosina. Et taliter scribere fecimus te Alderissi Notarium, qui interfuistis.

✠ Ego qui supra Johannes Judex.

LXVII.

ADemarius, & Petrus Judices, coram quibus se sistunt Guaimarius, & Guaiferius filii quondam Guaiferii Comitis, & Guido filius Guaimarii Comitis finem facturi circa bona in locis Lirino, & Tusciano Guaiferio dictorum germanorum genitori donata, contendente Guidone ad se etiam aliquam eorum portionem spectare; auditis memoratorum fratrum monumentis, nullo vero neque per scriptum, neque per testes exhibito a Guidone argumento: decernunt dictos Guaimarium, & Guaiferium, eorumque haeredes jure bona illa possidere; nec posse Guidonem, ejusque haeredes adversus eos contendere. anno 1. Johannis, & Guidonis mense Septembris 13. Ind. (Christi anno 983.) Arc. 85. n. 180. in membrana.

IN



IN nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Johanni, et Domini Guidoni ejus filio gloriosi Principibus mense September tertiadecima Indictione. Ante nos Ademari, et Petrus Judicibus conjunti sunt Guaimarius, et Guaiferius germani filii quondam Guaiferi Comiti, et Guido filius Guaimari Comiti ad faciendum inter se finem de rebus illa de locum Lirino, et Tusciano, quod ipsius Guaiferi genitor de supradicti germani datum fuit, et ipse Guido dixit in eadem rebus sortionem abere deberet, et rationem inde aberet. Et per nos inter eis judicatum fuit per partes plicandum se cum suis rationibus, et justa legem inter se inde finem facerent. Modo autem, ut diximus, propterea sunt conjunti, et per ipsi germani ostense sunt exinde quadtuor scriptionibus. Ipse Guido manifestabit nullam rationem inde abere, set tantum dicebat sortionem aberet debebant in supradicte rebus. Nos autem fecimus tote ipse scriptionibus per ordine relegere. Una ex ille continentem. In nomine Domini quadragesimosecundo anno principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principi, et primo anno principatus Domine Gemme gloriose Principise uxoris ejus, et Domini Paldolfi optato filio eorum mense December tertia Indictione. Nos superius dictus Gisolfus Domini gratia Principis filius vone recordationis Domini Guaimarii olim Principis; quam ego supradicta Gemma Domini gratia Principissa uxor supradicti Domini Gisolfi excellentissimi Principi clarefacimus, quoniam mihi supradicti Gisolfi exuccessione a pars supradicti Domini Guaimarii gloriosi Principis genitor meus pertinentes est mihi abere terra cum binea, et cannietis uno teniente ulter flubium Lirinum in plaju de monte, qui dicitur Betranu, propinquo anc cibitatem; et congruum est nobis viri, & uxori illut donare Guaiferii dilecto nepoti nostro filius quondam Guaimarii Comiti; tamen ego supradicta Gemma Domini gratia Principissa per consensum, et voluntate supradicti Domini Gisolfi gloriosi Principis viri mei, in cujus mundium me subjacere palam facio. Nos autem suprascripti vir, et uxor, sicut nobis congruum est, unanimiter, parique consensu per hanc cartam donabimus, adque ad semper abendum confirmabimus tibi jam dicti Guaiferi cuncta, et inclita terra cum binea deserta, et cannieta uno teniente per as finis, et mensurie. A pars meridie fine Petri Castaldei, qui Cristalus vocatur, et Azzoni nepoti ejus, quem nos supradicti Cristalli, et a genitore ipsius Azzoni per vicaria datum abuimus, et exiente in terra cum cannietum tuaque Guaiferi; et per ipsa fine tua pergente, et conjungente in via convenzaria, qui deducit intro ista curte, sicut per tota ista fine limite discernit, et per ipsa fine sunt passus nonagintaduo; a pars orientis fine ipsa bia convenzaria, et fine Episcopo Salernitano; et per ipsa fine de ipso Episcopo ascendente per plajo de ipsum monte, et conjungente ad fine nostra, sicut per ista fine limite discernit, usque tota sua fine passus centum sidecim; a pars septentrionis fine nostra, et per ipsa fine nostra pergente, et conjungente ad fine de heredibus Petri Comiti filii Guaiferi, sicut per tota ista fine limite discernit, est per ista fine passus octoagintases; a partibus occidentis fine de heredes ipsius Petri, et descendente per fine tuaque Guaiferi, et conjungente in suprascripta priore fines, sicut per tota ipsa fine limite, et sabuci discernit, et per tota ista fine passus centum quadragintaunum totum mensuratum ad justo passum homini. Ec vero res per suprascripte finis cum omnia infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua trasactibus homine, et a funditus illut tibi jam dicto Guaiferi donabimus; unde nullam aut cuiquam hominibus, vel in quabis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortionem, set, sicut dictum est, inclitum illut tibi donabimus ad securiter, et firmiter amodo, et semper vos, vestrisque heredibus illud abendum, dominandum, possidendum omnia exinde faciendum, quod volueritis, absque omni nostra, nostrorumque heredibus contrarietate, vel requisitione, aut cuiquam hominibus. Unde pro oc donum firmandum justa legem launegilt a vos communiter exinde recepimus mantellum unum; finitoque launegilt ipsum aput nos. Ea ratione per vona convenientia obligamus nos, qui supra, Gisolfus, et Gemma Domini gratia

tia

tia Principes, et nostris eredibus amodo, et semper suprascripta nostra donatione, ut supra dictum est, vobis, vestrisque heredibus antistemus, et defensemus da illi hominibus, et a partibus, cui per nos illut vel exinde datum, aut obligatum parderit, vel qui pro nostris partibus vobis exinde emiserit quodcunque causationes. Si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaberimus, aut si nos, nostrisque eredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis, vestrisque eredibus tollere, aut contrare, vel aliquas causationes vobis exinde presuerimus; tuc primum omnium questio, et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita, et bacua et ad compositione siamus nos, nostrisque eredibus obligati ad componendum vobis, vestrisque eredibus centum solidos Constantinos, et, sicut dictum est, per inbitis illut vobis defensemus; de alii vero hominibus licentiam, et potestatem abeatis cum quale monimen, et rationem inde abere potueritis biee nostra in omnibus inde causare, et finem facere, et eos vobis defensare. Et tibi Totoni Notario scribere precepimus. Actum sacro nostro Palatio. Ego Sichenolfus. Ego Petrus. Ego Adelferi me subscripsi. Ego Madelfreda. Alia. In nomine Domini quadragesimosecundo anno principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principis mense Junius secunda Indictione. Ego superius dictus Gisolfus dibina protegente clementia Princeps, sicut mihi congruum est, pro maugna fidelitate, et optimo serbitio, quod tu Guaimari filius Guaiferi, et Guaiferi filius Guaimari nepotes mei mihi fecistis, propterea per anc cartam dono, adque ad semper abendum concedo, et confirmo vobis aliquantum de rebus nostra, quam habemus ulter flubio Tusciano per as fines. Ab orientis fine, sicut decurrit aqua, que dicitur Pedocclosa; ab occiduo vero fine bia, que descendit ad mare; a septentrionalis namque fine bia, que venit a ponte . . . . fluminis, ubi residentes fuit quidam Strati serbum noster, et quomodo trabersar predicta Pedoclosa; a meridie vero fine bia, que badit circa mare. Ec vero rebus per supradictas finis tota, et integra cum bice de biis suis, et cum omnia infra se abentibus, et suis pertinentiis trasactibus, et a funditus illut vobis nominatis Guaimari, et Guaiferi donabi; unde nullam mihi, aut uxori mee, vel cuiquam hominibus, aut in qualibet partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortiones, ser inclitum, qualiter superius dictum est, vobis concessimus, et confirmabimus ad securiter, et firmiter post meum obitum vos, et vestris heredibus inclitum illur abendum, possidendum; dominandum, et omnia exinde faciendum, quod volueritis, absque omni contrarietate, vel requisitione de meis heredibus, seu de partibus uxoris mee, aut cujuscunque hominibus. Unde pro confirmandam, et stabiliscendam ac mea donatione super ipsam optimam vestram fidelitatem, et maxima serbitia justa legem launegilt a vos exinde recepimus manieiones pario unum, finitoque nostra donatione per susceptum launegilt. Ea quidem ratione obligo me Ego superius dictus Gisolfus Domini misericordia Princeps, et meos heredes omni tempore antistandum, et defensandum vobis supranominati Guaimari, et Guaiferi nepotibus nostris, quam et ad vestris heredibus inclita supradicta nostra donatione, qualiter superius dictum est, a partibus uxoris mee, et ab omnibus ominibus, omnique partibus. Et, si taliter, ut superius dictum est, illut vobis non defensaberimus, vel si nos ipsis forsitans per quabis modis, aut ingenium illur vel exinde vobis tollere, aut contrare, seu remobere quesierimus, ante omnia questio, et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita, et bacua, et centum auri solidos Constantinos vobis, vestrisque heredibus ego, et meos heredes componere promictimus, et obligamus, et per invitis illur vobis defensemus, et adimpleamus omnia, qualiter superius legitur. Quocunque enim tempore vos supranominati Guaimarius, et Guaiferius, aut eredes vestri volueritis per vos ipsis exinde auctores, et defensores, potestatem vobis dedimus, et licentia nostra bice cum omnis monimen, et rationes, que exinde abere potueritis, in omnibus inde agere, et perficere, quomodo, aut qualiter volueritis; et per vos ipsis inde exeς auctores, et defeusores. Oc tantum, ut diebus vite mee, qui supra Gisolfi, frugium ex ipsa rebus ad meam maneat potesta-

 tem,

tum, et post meum obitum integram omnia, quomodo, et qualiter superius legitur, ad vestra, vestrorumque heredum manead potestate, ut superius dictum est. Et tali ordine tibi Alderisi Notario scribere precepimus in sacro nostro Palatio. Ego Alfanus. Ego Petrus Ego Grimoaldus. Alia. In nomine Domini seprimo anno principatus Domini nostri Paldolfi gloriosi Principis mense Magius nona Indictione. Ego superius dictus Paldolfus Domini gratia Princeps filius vone memorie Domini Paldolfi gloriosi Principis declaro, quoniam ante os annos Dominus Gisolfus, et Domina Gemma, qui fuerunt vir, et uxor gloriosi Principes adfiliaberunt me sibi in filio, et tandem donaberunt, et confirmaberunt mihi per signam scriptionem, que apud me retineo, omnes res suas in illo ordine, sicut eadem scriptio est continentem, que ante subscriptos Notarium, et testes hostedi. Nunc quidem congruum mihi est de rebus ipsis, quos mihi ab ipsis Dominus Gisolfus, et Domina Gemma pertinet, donare exinde Guaimario Comiti filio Imperatorii, et Guaiferio Comiti, et Thesaurario filio quondam Guaimarii; et palam facio ego mulier nomine Gaitelgrima Domini misericordia Principissa uxor istius Domini Paldolfi gloriosi Principis, quoniam alio die nostre copulationis traditum est mihi ab isto viro meo quartam partem ex omnibus rebus ejus per meum scriptum morgincahp, et congruum est mihi eandem donationem per consensum, et voluntate predicti viri mei, in cujus mundium me subjacere pala facio, et una cum illum perficere. Hidcirco Ego superius nominatus Paldolfus Domini gratia Princeps, et Ego mulier nomine Gaitelgrima Domini gratia Principissa unianimiter, parique consensum vone nostre voluntatis per anc cartam nos jam dicti vir, et uxor donamus, adque ad semper abendum confirmamus vobis jam dictorum Guaimario, et Guaiferio dilectis parentibus nostris de rebus nostra de Tusciano ulter ipso flubio, quas nobis ab ipsis Dominus Gisolfus, et Domina Gemma, ut diximus, per as fines, et mensuria. A meridie fine bia puplica, que pergit super litore maris; ab occidente fine alia bia, que ascendit a mare ab ipsa sala nostra; de super a septentrione fine alia bia; a pars orientis fine ipsa Pedoclosa, et qualiter descendit, et conjungit in suprascripta priore bia. Et mensurare illut fecimus da ipsa bia da mare, et usque ad ipsa bia, que est a septentrionis, mensuratum per ipsa bia, que est a parte occidentis, et qualiter badit, et revolbit ipsa bia, et sunt passus mille quadingentos; et ipse passus abuit pedes quinque, et medium, et ipsum pedem talem fuit, quantum ista carta est in capite lata. Ec vero predicte res per jam dictas fines, et mensurias cum omnibus infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua trasactibus nomine, et a fundito eos vobis jam dictorum Guaimario, et Guaiferio donabimus; unde nullam nobis, aut cuiquam hominibus, vel in quabis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere fortionem, set, sicut diximus, inclitum eos tibi donabimus ad securiter, ac firmiter amodo, et semper vos, vestrisque heredibus illut abendum, dominandum, possidendum, et omnia inde faciendum, quod volueritis, absque omni nostra, nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam, et stabiliscendam ac nostra donatione secundum legem recipimus a vos nominatis Guaimario, et Guaiferio launegilt pannum sericum unum, finitoque launegilt ipsum aput nos. Ea ratione per vona convenientia obligamus nos vir, et uxor, et nostris filiis, et heredibus amodo, et semper predicta nostra donatione, ut diximus, vobis, vestrisque heredibus antistemus, et defensemus da omnes homines, cui, vel ubi per nos illut vel exinde datum, aut obligatum, seu tingnatum, vel manifestatum paruerit; et qui pro nostris partibus vobis, vestrisque heredibus exinde emiserit qualescumque causationes. Si autem, sicut dictum est, taliter eos vobis non defensaberimus, aut si nos, nostrisque filiis, et heredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illud vel exinde vobis, vestrisque heredibus tollere, aut contrare, seu remobere, vel aliquas causationes vobis inde preposuerimus, tuc primum omnium questio, et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita, et bacua, et ad compositiones siamus nos, nostrisque heredibus obligati ad componendum vobis, ve-

strif-

ſtriſque eredibus mille auri ſolidos Conſtantinos, et, ſicut dictum eſt, per inbitis illut vobis defenſemus. De aliis vero hominibus non queratis nos inde auctores abere, ſet vice noſtra poteſtatem abeatis cum quale monimen, et rationem inde abere potueritis in omnibus inde cauſare, et finem facere, et eos vobis defenſare. Et tib Totoni Notario ſcribere juſſimus in ſacro noſtro Palatio. Ego Joannes Comes. Ego Majo. Alia ſcriptio. In nomine Domini ſeptimo anno principatus Domini Paldolfi glorioſo Principis menſe Junius nona Indictione. Ante nos Gaido, et Ademarius Judices conjunti ſunt Dominus Johaunes venerabili Pontifes Sancte Sedis Salernitane, et una cum illum adexet Petrus Judex Advocatore ipſius Epiſcopii, et Guaimarius Comes filius quondam Guaiferi, qui Imperatus vocabat, et Guaiferius Comes filius quondam Guaimari propter rebus de Tuſciano ulter flubio Tuſcianum. Unde jam ante os dies ipſi Comitibus cum ipſum Dominus Epiſcopus cauſaberunt, ut hominibus ipſius Epiſcopii malo hordine introiſſent in rebus illorum de finibus Tuſciano per os fines. Av Oriente, ſicut decurrit aqua, que dicitur Pedocloſa; av occidente fine bia, que deſcendit a mare; a ſeptentrionale fine alia bia, qui venit a ponte predicti fluminis, ubi reſeduit Strati, qui fuit ſerbum vone memorie domini Giſolfi, et quomodo traberſat predicta Pedocloſa; a meridie vero fine bia, qui badit circa mare; et ſobee ibi fecilſent, et frudium inde tuliſſet, et rebus ipſa illorum contraſſet. Ipſe Dominus Epiſcopus dixerat, ut rebus ipſa ſui Epiſcopii eſſet, et rationem inde abere. Ipſi Comitibus ſimiliter dixerant, ut de rebus ipſa per ipſe finis rationem aberent, quomodo illorum eſſent pertinentes. Et ipſe Petrus Judex pro bice ipſius Epiſcopii cum ipſis Comitibus guadiari fuerunt, ut ipſe Petrus Judex plicaret rationem, quod pars ipſius Epiſcopii exinde abet, et ipſi Comitibus plicaret ſimiliter ſuam ratiouem, et ſecundum legem de rebus ipſa per ipſas fines inter ſe finem facerent. Modo quidem ipſe Dominus Epiſcopus, et ipſo ſuo Advocatore, et ipſi Comitibus, ſicut dictum eſt, ante nos ſunt conjunti de rebus ipſa finem faciendum, et ſtatim per ipſum Dominus Epiſcopus, et predicto ſuo Advocatorem hoſtenſa eſt una cartula, et per ipſi Comites oſtenſa eſt alia cartula. Ipſa carta, quam ipſe Dominus Epiſcopus cum ipſo ſuum Advocatorem hoſtedit, continebat. Anno quadrageſimoquinto principatus Domini Giſolfi Principis, et quarto anno principatus Domine Gemme uxoti ejus, et ſupradicti Domini Paldolfi Principis optato filio eorum menſe Nobember ſexta Indictione. Ipſi ſupradicti Dominus Giſolfus, et Domina Gemma offeruerant jam dicto Epiſcopo terris, et caſis frabite, et lignitie de intus hanc cibitate ſubtus Porta Rotenſe per finis, et medietatem rebus illorum de Dulicaria, ſimulque et offeruerunt in jam dicto Epiſcopio de rebus ſua da flubio ipſo Tuſciano uſque ad aqua de Laneum per as fines. A' partibus occidentis fine ipſo flubio Tuſciano; a meridie fine mare; ab oriente fine aqua de ipſo Laneo, a' partibus ſeptentrionalis fine ipſius Domine Gemme, quod ei datum fuit per cartam da Adinolifus Caſtaldeus, qui Riſo vocatur, filio Landenolfi Comiti, et conjungente in ipſo flubio Tuſciano infra ipſe finis, nominatibe ſale, et caſſis frabitis, et terris cum vineis, et omnia quantum, quantoque infra ipſe finis quomodocumque per qualecumque ratione eorum fuit pertinentes abere, et erat, aut fuerit, cum omnia intro ſe abentibus, et ſuis pertinentiis, et cum bice de biis ſuis, in ipſo Epiſcopio offeruerant, et cetera in eadem carta continebat, ſcripta cartula ipſa per Petrus Notarius. Ipſa cartula, quam ipſi Comitibus oſtederunt, continebat. Quadrageſimoſecundo anno principatus exdicti Domini Giſolfi Principis menſe Junius ſecunda Indictione. Ipſe ſupradictus Dominus Giſolfus donaberat ipſorum Guaimarii, et Guaiferii de rebus, quas abuerat ulter ipſo flubio Tuſciano per ec finis. Ab oriente fine, ſicut decurrit ipſa aqua de ipſa Pedocloſa; ab occiduo quoque fine ipſa bia, qui deſcendit ad mare; a ſeptentrionalis fine ipſa bia, qui venit da ipſo ponte predicti fluminis, ubi ipſe Strati reſidentes fuit, et quomodo traberſat ipſa Pedocloſa; a meridie fine ipſa bia, qui badit circa mare per iſte finis. Inclitum illut eorum donaberat cum omnia intro ſe abentibus, et ſuis pertinentiis, et cum bice de biis ſuis, et ſecundum le-

 gem

gem receperat exinde ab illis maniciones pario unum launegilt ; scripta cartula ipsa per Alderisi Notario rovorata sufficienter . Cum autem ambo supradicte cartule relecte fuerunt , interrogabimus ipsum Dominus Episcopum , et predictum Advocator , ut si per alia monimen , et rationem pars sui Episcopii abere voluerit infra ipse finis , que ipsa cartula ipsorum Comitum continet , ostenderet illam nobis . Ilis autem manifestaberunt , ut per nulla monimen , et rationem rebus ipsa per ipse finis abere voleret , preter per ipsa cartula offertionis , que superius ostedit . Nos , qui supra , Judicibus angnoscente , quod ipsa cartula , quam ipsi Comitibus ostedesunt , anteriore esset de ipsa offertione , ideo justa legem judicabimus , ut amodo , et in perpetuum ipsi Guaimarius , et Guaiferius , et illorum eredes rebus ipsa per ipse finis , que ipsa illorum cartula continet , securiter , et firmiter eos aberent , et possidere , et facere inde omnia , quod voluerint , absque omni cujuslibet contrarietate , vel requisitione , et pro parte ipsorum Comitum oc scribere fecimus te Totonem Notarium , qui interfuisti . Ego qui supra Gaido Judex . Ego qui supra Ademari Judex . Cum autem tota supradicta monimina fuit relecta , interrogabimus ipsum Guido , si haberet aliqua rationem de supradicta rebus , que supradicte scriptionibus continunt ; qualiter fuisset Guaimarii genitori ejus abio de ipsi germani , hostenderet illa , aut si secundum lex potuerit firmare per homines , qualiter in rebus ipsa sortionem abere debere . Ipse Guido dixit nullam rationem inde habere , neque per testimonia aliquit inde firmare potere , et nullum modum de rebus ipsa causare , aut contradere potere , et ipsorum germani Guaimari , et Guaiferi legibus exet pertinentes supradicta rebus per supradicta monimina , quam hostederunt . Nosque super Judices , dum taliter ipsum Guido manifestante audibimus , ideo justa legem judicabimus , ut amodo , et semper ipsi germani , et illorum eredes rebus ipsa securiter aberent faciendum quod voluerit absque omni contrarieta , vel requisitionem ipsius Guidoni , et de ejus heredes . Et taliter pro parte ipsorum germani scribere fecimus te Petrus Notarius , qui interfuisti .

✠ Ego qui supra Petrus Judex .
✠ Ego Adenolfus .
✠ Ego Petrus .
✠ Ego Ademari Notarius me subscripsi .
✠ Ego Petrus me subscripsi .
✠ Ego Guaiferius .

LXVIII.

Martinus Presbyter , & Abbas Ecclesiae S. Maximi simul cum Waiferio Castaldeo , uno ex Dominis dictae Ecclesiae , ejusque Advocatore tradit ad annos 24. Mauro Amalphitano filio Ligorii , & Stephano filio Petri terram a parte superiori ejusdem Ecclesiae ad domum ibi construendam pro annuo censu tareni unius aurei ; adeo ut completis annis praedictis possint Maurus , & Stephanus domum ipsam destruere , omniaque lignamina cum suis mobilibus secum quocumque asportare . anno 7. Paldolfi mense Aprilis 9. Ind. (Christi anno 981.) Arc. 87. n. 384. in membrana .



IN nomine Domini septimo anno principatus Domini nostri Paldolfi gloriosi Principis mense Aprelis nona Indictione . Memoratoriu factu a me Martinus Presbiter , et Abbas Ecclesie Sancti Maximi , eo quod ante subscripti testes per bona conbenientia tradidimus Mauri Amalfitano filii Ligori , et Stephanus filius Petri , una mecum adesset Waiferius Castaldeus unum

unum de dominium ipsius Ecclesie, et Adbocatorem nostrum de terra', quod pars ipsius Ecclesie abet a super ipsa Ecclesia Sancti Maximi, et a super illut, quod Johanni Presbiteri ad casa faciendum datum abuimus, et est terra ipsa per mensuria pedes biginti, et latitudo pedes decem et septem ad justa manum homini mensuratum. Ideo per superdicta mensuria licead illis, et ejus heredes tota suprrdicta terra per superdicta mensuria, cum bice de bie sue tenere ad sue potestati, et casa, et omnis sue utilitati licentiam abead ibidem facere, et usque ipsi bigintiquadtuor anni per omnis annum dead exinde censum ad pars ipsius Ecclesie usque ipso constitutum unum aureum tarì bonum de moneta pesante. Da completi ipsi bigintiquadtuor anni licead illis, et eorum eredes omnis lingnamina de ipsa casa exinde disturbare, et escutere cum omnis mobilia, que ibi abuerit, et ire cum illo, ubi boluerit, sine contrarietate pars predicte Ecclesie, vel cuiqua hominibus. Quod si taliter, ut superius legitur, ad pars ipsius Ecclesie non adimpleberit, et aliquit exinde contradixerit, tunc per ipsa guadia hobligabeunt se, suosque filios, et eredes componere ad pars ipsius Ecclesie triginta auri solidos Constantinos, et tota ipsa terra per superdicta mensuria rebertar ad potestate ipsius Ecclesie da ipsis bigintiquadtuor anni. Et hunc brebem scripsi Ego Ademari Notarius, qui interfui.

✠ Ego Joannes.

✠ Ego Amatus Notarius me subscripsi.

✠ Ego Mari.

LXIX.

Pando Paestanus Episcopus vendiderat nonnullis Atrianensibus nomine omnium Atrianensium Nautarum bona plurima sui Episcopii in Lucania a parte orientis in Arenosa, exceptis Ecclesiis, & aliis, pro libris mille argenti anno 45. Gisolfi, & 4. Gemmae, & Paldolfi mense Novembri 6. Ind. (Christi anno 977.) Hujus instrumenti ad instantiam Monasterii SS. Trinitatis in Metiliano, quod dictis in locis plures habet Ecclesias, publicum fit exemplum anno 1102. mense Augusti 10. Ind. Arc. 61. n. 373. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni, et Salvatoris nostri Jesus Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo secundo temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Augusto decima Indictione. Ante me Ademarium Judicem Johannes Monachus Monasterii Sancte et Individue Trinitatis, quod situm est foris hac civitate in loco Metiliano, cui Dominus Petrus eximius Abbas preest, ostendit unam cartam ita continentem. In nomine Domini quadragesimoquinto anno principatus Domini nostri Gisolfi gloriosi Principis, et quarto anno principatus Domine Gemme conjugis ejus, et Domini Paldolfi optato filio eorum mense Nobember sexta Indictione. Declaro Ego Pando divina protegente clementia Presul Sancte Sedis Pestane, quoniam pars nostri Episcopii plures habet res per diversis locis culta, et inculta. Congruum michi fuerat, ubi potuerimus de ipsa res dare, et accepto exinde pretium, unde Ecclesie laboremus, qui in ruine posite sunt, et alias plures utilitates perficere valeamus, que nobis, et nostri Episcopii necessaria sunt. Et dum plures diebus causa ista huc, et illuc divulgavimus, et divulgare fecimus, sed non invenire potuivimus, qui exinde tollere volere ad justo pretium, nobilisime venerunt ad nos omines Atrianenses tam pro se, quam et pro vice de omines alii Atrianenses, qui ad navigandum sunt, qui dixerunt nobis, ut, si dederimus per convenientiam de res nostri Episcopii in Lucaniense finibus, idest da fontana, que est in locum, qui dicitur Arenosa, et usque

usque Duoflumina, dare nobis exinde pretium plux, quam valiente est, et latitudo querunt de ipse res tollere da litore mari in supra in omni loco miliaria dua. Cum autem talia audivimus, cepimus exinde habere colloquium cum Richardus Notarius Advocatorem nostrum, et cum Johannes Presbiter, et Vicedominus nostri Episcopii, et cum Cleros nostros. Inito consilio comparuit nobis dare ipsa res ad jam dictos Atrianenses, quoniam plures sunt, et quod de ipsa res nullum frudium ad partes nostri Episcopii evenit, nec evenire expectamus, propter quod ipsa res tota ipsas res tenunt alii per brebem, alii per beneficium; propter hoc cum gaudio cupiemus illud dare; et ideo hec omnia per hordine in auribus supradictorum gloriosi Principum notificavimus. Ipsi vero a Deo conservati Principes talia audiente absolutionem nobis dedit convenientia ipsa faciendi, et de sua presentia inter nos exendum direxit Gaido Judex. Cum autem ante vestigiis predictorum gloriosis Principibus reversi fuivimus, una cum ipso Judex, et cum ipso Advocatorem, et Vicedominus, et cum alios bonos homines super ipsa res perreximus, et cum summa diligentia illud appretiavimus, esset valientem argenti libras mille. Post hoc factum Ego superius dictus Pando Pontifex, una mecum ipsi Advocatorem, et Vicedominus nostrum ante presentia ipsius Gaidonis Judici, et ante aliis nobilibus per bona convenientia per hanc cartam tradidimus vobis ad omnes supradictos Atrianenses tam pro vobis, quam et pro vice de omnes alii Atrianenses, qui modo in hac terra non sunt, ipsa supradicta res de eadem Lucaniense finibus, idest, sicut diximus, da vallone de ipsa Arenosa, que descendit in super dicta fontana, et usque ipsa Duoflumina, et da ipso litore maris per ipsa fontana, et per ipso vallone recto exiente in supra per mensuria ipsa dua miliaria, et ab inde in partem orientis usque ipsa Duaflumina mensuratum in omni loco miliaria dua. Hec vero res per supradictas fines, et mensurie cum omnia infra se habentes, et cum vice de vie sue tradidimus vobis ad omnibus Atrianensibus, quanti hic estis, vice vestra, et vice de alios omnes Atrianenses, quanti ad navigandum sunt. Tantum exinde infra supradictas fines, et mensurie sceptuamus, quantum Constantinus filius Johanni per vicaria inde tenet, ut semper ante scriptum illud habeat ipse Constantinus, et ejus heredes, et exceptuabimus, et ad pars nostri Episcopii reservavimus, quante Ecclesie infra ipse fines, et mensurie sunt, cum vineis, et terris pro unaquaque Ecclesia circoitum ipse Ecclesie secus ipse Ecclesie, ut subficiant ad lavorandum pro unaquoque Ecclesia cum tribus paria de bobes; et nominative sunt ipse Ecclesie infra ipse mensurie Sancta Barbara, et Sanctum Nykola, et Sanctum Andrea, et Sancta Maria, et Sanctum Angelum; et exceptuamus bie, ut communiter pergatis cum aliis hominibus, qui extra ipse mensurie pergunt. Et si evenerit de quantum Johannes Butruninu vinea, et casis, et ortora illuc factam habet infra ipsa mensuria, habeat illud sibi, et inpotet illud sibi pro sua sortione justa ratione. Et pro confirmandam, & stabiliscendam hanc nostra traditione a presenti recepimus da aliquantos Atrianenses tam pro se, quam et pro omnes alios omines Atrianenses ipse mille libre argentee, et adiunxerunt nobis pro causa pietatis argentum libras decem. Hec autem omnia, quantum supra diximus, quod vobis tradidimus, sceptum illud, quod exinde sceptuavimus, amodo, et semper vos omines, quam et vestris heredibus securiter, et firmiter illud habeatis, et possideatis, et faciatis exinde, quod volueritis. Ex qua re promitto, et per bona convenientia obligo me superius dictus Pando, et meos successores, et pars nostri Epscopii amodo, et semper antistandum, et defensandum ad omines suprascriptos vos omnibus Atrianensibus, et ad vestris heredibus totum, quantum superius vobis tradidimus, sceptuatum, quantum exinde exceptuavimus, ab omnibus hominibus, omnique partibus. Quod si taliter, sicut superius legitur, semper illud vobis, et ad vestris heredibus non defensaverimus, aut si Ego, vel successores meos, aut pars nostri Episcopii illud vel exinde vobis, vel ad vestris heredibus tollere, aut contrare, seu removere quesierimus, aut aliquid causatio exinde emiserimus vobis, vel ad vestris heredibus, tunc per bona convenientia obligo me, meosque suc-

cesso-

cessores, et pars nostri Episcopii componere vobis, vel ad vestris heredibus duo milia libras argentei. Et in tali hordine illud vobis tradidimus, ut, si quis de omines suprascripti Atrianenses sortionem, quod de ipsa res per unumquemque evenerit, aut evenire debuerit, vos, aut vestris heredibus datura, aut venditura habueritis, inter vos illud vindire ad justum valiente pretium; et si forsitans infra diebus triginta noluerit illud emere inter vobis ad justo valiente pretium, tunc liceat vos illud dare cui volueritis. Nam si infra ipso constitu per quabis modis cuicumque illud vel exinde dederitis, sic, ut de potestate ejus fuerit substractum, tunc sine pretium revertar illud, quod datum paruerit, ad omines supradictos Atrianenses, et ad eorum heredes. Et si quis ex vobis ex omnibus suprascripti, et de vestris heredibus sine heredes defuncti fueritis, et ipsa sua sortione in suprascripto hordine non fuerit data, tunc similiter revertar ad potestatem de omines suprascripti Atrianenses, et de eorum heredibus. Quod te Arechisi Notario scribere rogavimus. Actum Salerno. Ego, qui supra, Pando Episcopus. Ego Alfanus Comes. Ego, qui supra, Gaido Judex. Ego, qui supra, Johannes Presbiter, et Vicedominus. Ego superius dictus Richardus Notarius. Ego Petrus Comes. Ego Johannes Comes. Ego Petrus. Cum autem suprascripta carta fuit ostensa, et per memedipsum per hordinem lectam, dixit ipse Johannes Monachus, ut parti ipsius Monasterii plures res ex ipsis rebus per suprascriptas fines, et mensuras pertinere, et eas nunc ipse Dominus Abbas possidere, et in quibusdam ex eisdem rebus ejusdem Monasterii pertinentibus dixit ipse Johannes Monachus constructas esse Ecclesiam Sancti Johannis in loco, ubi Tirtifinum dicitur, et Ecclesiam Sancte Marie prope litus maris, et aliam Ecclesiam Sancte Marie ibi propinqua, ubi ad Gulia dicitur, et Ecclesiam Sancti Martini ibi propinqua, et Ecclesiam Sancte Marie, ubi ali Pluppi dicitur, et Ecclesiam Sancti Primi, et Ecclesia Sancti Mathei Apostoli prope ipsa Duoflumina. Idcirco ipse Johannes Monachus valde me deprecatus est, ut hanc exemplatia facerem, quatenus si aliquo tempore pars suprascripti Monasterii cartam ipsam habere non potuerit ad ostendendum, per hanc exemplaria procul dubio credatur omnia, quemadmodum ipsa carta, ut superius legitur, continet. Ego autem talia audiens libenter deprecationi ejus adsensum prebui. Et taliter tibi Grimoaldo Notario scribere precepi pro parte suprascripti Monasterii; memorans quoniam michi prefato Judici intra suprascriptas fine, et mensuras plures res habere pertinet, & in loco, ubi . . . . . . dicitur, pertinet michi habere Ecclesiam Sancti Mychaelis cum pluribus rebus stabilibus. Et quod inter virgulos superius scriptum est, legitur justa ratione.

✠ Ego qui supra Ademarius Judex.

LXX.

Pando Paestanus Episcopus vendiderat Atrianensibus nomine aliorum Nautarum Atrianensium in Lucanis finibus bona sui Episcopii a parte occidentis extensionis quatuor milliariorum ex loco dicto Duoflumina ad loca dicta Mansilia, Velonicu, & alia circa Arenosam contigua aliis bonis a parte orientis jam a se venditis etiam hominibus Atrianensibus, praeter ea bona, quae per commutationem ab ipso Episcopio possidebat Constantinus filius Sergii Comitis, pro libris argenti mille, & quinquaginta. anno 4. Gemmae, & Paldolfi mense Decembri 6. Ind. (Christi anno 977.) Hujus instrumenti ad instantiam Monasterii SS. Trinitatis in Metiliano, quod dictis in locis plures habet Ecclesias, publicum fit exemplum anno 1104. mense Martii 12. Ind. Arc. 61. n. 331. in membrana.

IN



IN nomine Domini Dei Eterni, et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo quarto temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis mense Martio duodecima Indictione. Ante me Ademarium Judicem Johannes Monachus Monasterii Sancte, et Individue Trinitatis ostendit unam cartam continentem ita. In nomine Domini quarto anno principatus Domine Gemme, et Domini Paldolfi optato filio ejus gloriosi Princeps mense December sexta Indictione. Declaro Ego Pando divina protegente clementia Presul Sancti Sedis Pestane, quoniam preteritis dedi ad omnes Atrianense per convenientiam per cartula de res de Lucaniense finibus da vallone, ubi fontana est, in Arenosa, et parte orientis usque Duaflumina, et da mare in supra in omni loco miliaria dua. Modo quidem venerunt ad me homines Atrianense tam pro se, quam et pro alios Atrianense, qui ad navicandum sunt, qui dixerunt michi, ut, si dederimus eorum de res ibique conjuncta, idest da ipsa Duaflumina, et usque locum, qui dicitur Mansilia, et da mare in supra latitudo in omni loco miliaria quadtuor, et da ipsa Duaflumina in parte occidentis usque aqua, que dicitur Vellonicu, et da ipsa priore fine da ipso Vellonico, et fontana da ipsa Arenosa pergente in partem occidentis usque aqua, que dicitur Silefone, et da mare in supra pergente per ipso Vellonicum longitudo da ipso Villonicu, et usque in ipso Silisone da mare in supra in omni loco miliaria tria; et da ipso vallone de ipsa Arenosa, quod est priore fine, in omni loco da mare in supra miliaria quadtuor, et da ipsa fine priore, da unde ipsa priore carta continet, in supra in omni loco usque ipsa Duaflumina latitudo miliaria dua, ita ut cum illud, quod ipsa priore cartula continet da ipso vallone de ipsa Arenosa, et usque ipsa Duaflumina, et da mare in supra semper sit in omni loco miliaria quadtuor, et dare exinde a pars nostri Episcopii argentum libras mille quinquaginta. Tunc cepimus exinde habere colloquium cum Richardus Notarius Advocatorem nostrum, et cum Johannes Presbiter, et Vicedominus nostri Episcopii, et cum Cleros nostros. Inito consilio comparuit nobis dare ipsa res, et reciperemus ab aliis ipso argentum, unde faciamus plures lavores in ipso Episcopio ea, que nobis necessaria sunt. Et ideo super ipsam res cum ipsum Advocatorem, et cum ipsum Vicedominus, et cum Petrus Judex, et cum alios vonos homines perreximus, et cum summa diligentia illud adpretiabimus esset valientem argentum libras mille. Cum autem exinde fuimus reversi intus ec civitate Salerni, et omnia per ordine supradictis magni Principibus nuntiabimus, ipsi vero a Deo conservatos Principibus, dum agnoberunt, quod bonum pars nostri Episcopii ebenire, absolutionem nobis dederunt convenientiam ista facere, et ipsus Petri Judici precepimus inter nos exendum. Post oc factum Ego superius dictus Pando Domini misericordia Pontifex, una mecum adesse ipse Advocatorem, et Vicedominus ante presentiam ipsius Judici, et ante alios testes per convenientiam per hanc cartam tradimus vobis ad omnes suprascripti Atrianensis vice vestra, et vice de alii Atrianensi, qui ad navicandum sunt, omnes supradicte res, quantum supra diximus, extra illud, quod superius per ipsa carta vobis datum habuimus, ad securiter, et firmiter amodo, et semper vos homines Atrianense, et vestris heredibus illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum, quod volueritis. Unde pro confirmanda, et stavilissenda anc nostra traditione a presenti recepimus a bos ipse mille quinquaginta libres argentei, sicut inter nos convenit, finitaque vero argentum ipsum aput nos. Ex qua repromictimus, et per vona convenientia obligo me superius dictus Pando, et meos successores, et pars ipsius Episcopii amodo, et semper antistandum, et defensandum vobis omnibus Atrianensis, et de vestris heredibus omnis supradicta traditio ab omnibus hominibus, omnique partibus. Quod si taliter, ut dictum est, semper illud vobis, vestrisque heredibus non defensaberimus, aut si nos vel successores nostros, aut pars ipsius Episcopii illud vel exinde vobis, vel ad vestris heredibus tollere, aut contrare, seu remobere quesierimus, vel aliqua causatio vobis, vel ad vestris heredibus exinde emiserimus, tunc per bona con-

convenientia, obligo me, meosque successores, et pars ipsius Episcopii componere vobis, vel ad vestris heredibus quadtuor milia libras argentei. Et tali ordine illud vobis tradidimus, ut si quis de omnes suprascripti Atrianenses sortionem, quod de ipsam res per unumquenque advenerit, aut evenire debuerit, vobis, aut vestris heredibus daturo, aut vendituro abueritis, inter vos illud vindite ad justo valiente pretiu; et si forsitans infra dies triginta noluerit illud emere inter vos ad justo valiente pretiu, tunc liceat vos illud dare cui volueritis; nam si infra ipso constituru per quamvis modis cuicunque illud vel exinde dederitis, sic ut de potestate ejus fuerit subftactum, tunc sine pretium revertar illud, quod datum paruerit, ad omnes supradictos Atrianenses, et ad eorum heredes. Et si quis ex vos ex omnibus suprascripti, et vestris heredibus sine herede defunctis fueritis, et ipsa sua sortione in suprascripta ordine non fuerit data, tunc similiter revertar ad potestatem de omines suprascripti Atrianensis, et de eorum heredes. Verumtamen hoc memoramus, quia quantum preteritis per vicaria de supradicta res, a pars ipsius Episcopii infra ipsa quadtuor miliaria datum fuit Constantini filii Sergii Comitis, et per alia sua ratione habere illud sivi ipse Constantinus, et ejus heredes, sicut ipsa carta vicariationis ejus continet, et ipsa sua monimina, vel rationes, et de ipso aliut tollar sortionem per rationem; ita ut ipse Constantinus, et ejus heredes ipsa vicaria ante sortem habeat cum illud, quod ipsa sua ratione continet; quam te Arechisi Notarius scribere rogavimus. Actum Salerni. Ego, qui supra, Pando Episcopus. Ego, qui supra, Petrus Judex. Ego Lambertus. Ego superius dictus Ricardus Notarius. Ego, qui supra, Johannes Presbiter, et Vicedominus. Ego Johannes Comes. Ego Adelbertus. Cum autem suprascripta carta ostensa, hac lecta fuit, pro eo, quod patti ipsius Monasterii Sancte Trinitatis, quod situm est foris hac civitate in loco Metiliano, cui Dominus Petrus veneravilis Abbas preest, plures Ecclesias, et res intra suprascriptas fines, & mensuras habere pertinet per suas rationes, ideo ipse Johannes Monachus deprecavit me, ut hac essemplaria suprascripte ostense carte describere facere, et per memedipsum firmare. Ego autem talia audius assensum illius deprecationi dedi, et tibi Amato Notario hanc exemplaria scribere precepi pro parte jam dicti Monasterii; memorans, quoniam mlchi prefato Judici intra suprascriptas fines, et mensuras plures res habere pertinet.

✠ Ego qui supra Ademarius Judex.

LXXI.

Lupenus Amalphitanus filius quondam Leonis Comitis permutationem terrarum in finibus Salerni, ubi ad Fonti dicitur, fecerat cum Anna uxore Leonis Amalphitani filii Sergii, & Sergio Amalphitano consobrino ejus, dum dictus Leo Annae vir ad navigandum in Babylonem perrexerat. Quoniam vero idem Leo ad patriam reversus eandem permutationem probaverat, & pro Lupeni securitate confirmaverat, hic modo pro securitate Leonis eandem confirmat .. anno 35. (principatus Beneventi, & Capuae) *Paldolfi, & 1. principatus Salerni, & 4. Paldolfi ejus filii mense Augusti* 6. *Ind.* (*Christi anno* 973.) *Arc.* 5. *n.* 42. in membrana.



IN nomine Domini tricesimoquinto anno principatus Domini nostri Paldolfi Principis, et primo anno principatus ejus Salerni, et quarto anno principatus Domini Paldolfi Principis filio ejus mense Augustus sexta Indictione. Declaro Ego Lupenus Amalfitanus filius quondam

dam Mauroni Comiti, quoniam quando Leone Amalfitano filius Sergii, qui dicitur Derini, ad navigandum Babilonia perrexit, per firmam scriptionem cambit mihi Anna uxor ejus, et Sergius Amalfitanus consobrino fratrem ejus filium Sergii pro pars ipsius Leoni una cum Petro thio suo terris, et vineis, et vacuum, et silba uno teniente in locum, hubi ad Fonti dicitur, finibus Salernitane propinquo Ecclesias Sancti Felicis. Similiter et Ego cambiavi ipsorum per aliam scriptionem nominati Anne uxore supradicti Leoni, et ipsius Sergii pro ipsius Leoni partibus, quando ad navigandum eram, et ipsius Petri thio ejus alie terris, et vineis, et vacuum, et silba uno teniente in eodem loco Fonti propinquo ipsa Ecclesia Sancti Felicis. Cumque tali commutatio de supradicta rebus inter nos facta est, et utrisque partibus scriptionibus ex ipsis rebus firmarent, et ipse Leo ex ipsa navigatione revertentes, et talia ei nuntiata fuissent, una cum eum, et cum ipsis supradicta Anna, et Sergio, et Petro super ipsis rebus perreximus, et dum ille providentes diligentissime per finis in finis, bonum, et utilem ei comparuit in omnibus ipsa vicaria, quem nos eum ipsa uxore ejus, et cum jam dicto Sergio consobrino suo, et cum ipse Petrus de ipsis rebus fecimus; cumque ei placuissent, ut ipsa commutatio de ipsis rebus, et omni tempore nobiscum inde manead per omni hordine, sicut ipsa nostra carta commutationis continet, quae scripta est per Ursus scriba Amalfitanorum, in quo plures Amalfitanos manu propria scripti sunt, et ille similiter petiir a nobis, ut nos securitatem ei mittamus de inclita sua sortionem de omnibus ipsis rebus, quod ipsorum Anne, et predicto Sergio, et Petro per firma carta tradidimus, que scripta est per ipsum Ursus, et per plures Amalfitanos roborata. Et ideo Ego superius dictus Lupenus intus Salernitanam civitatem per hanc videlicet scriptionem confirmo tivi prephati Leoni inclita tua sortione de ex ipsa rebus, quod nos commutationis hordine dedimus supradicte Anne, et Sergio, et Petro per ille finis, sicut ipsa scriptio continet; quod illis de ipsa rebus firmatam abet; ut amodo, et semper vos, vestrisque heredibus omni tempore inclita tua sortione de ipsis rebus securo nomine abeatis, et possideatis, et omnia inde faciatis, quod volueritis, absque omni nostra, nostrorumque heredibus contrarietate, vel requisitione; De qua hobligo me, qui supra, Lupenus, et meis heredibus, ut, si aliquando tempore inclita vestra portione de ipsis rebus per ipse finis, sicut ipsa scriptio commutationis continet, quod ipsorum Anne, et Sergio, et Petri emisimus, aliquit vobis inde tollere, aut contrare presumserimus, vel alique causationes vobis inde preposuerimus per quacumque modum; ante omnia questio, et causatio nostra modis omnibus sint inde tacita, et vacua, et ad compositione siamus nos, nostrisque heredibus hobligati ad componendum vobis, vestrisque heredibus ducentos auri solidos Costantinos, et omni tempore vos, vestrisque heredibus inclita vestra sortione de supradicta rebus, quod per ipsa carta vicariationis ipsorum Petri, ed Anne, et Sergio tradidimus, securo nomine habere, et possidere valeatis. Et tivi Totoni Notario scribere rogavimus. Aptum Salerno.

✠ Ego Petrus Notarius me subscripsi.
✠ Ego Sikembardo.
✠ Ego Petrus.

LXXII.

PEtrus Talaricus, & Gomeltruda uxor ejus vendunt Guidoni Comiti filio bonae recordationis Guaimarii Principis medietatem terrae in loco Silia de finibus Salerni pro solidis auri Constantinis octo, quorum sex Petrus, duos Gomeltruda pro sua quarta parte recipit. anno 41. Guaimarii, & 1. Gisolfi ejus filii mense Septembris 7. Ind. (Christi anno 933.) Arc. 86. n. 167. in membrana.

IN



IN nomine Domini quadragesimoprimo anno principatus Domini nostri Guaimarii Principi, et primo anno principatus Domini Gisolfi ejus filii mense September septima Indictione. Ideoque Ego Talaricus filius Ursi declaro, quod per subcessionem a parte Ingnelgarde genetricis mee, que fuit filia Ingnelprandi Notarii, mihi abere successi rebus ejus, inter quos inde abeo una pecia de terra in locum Silia finibus Salernitanis, et congruum est mihi ipsos bindere; de qua hob rem postulabi ipso Ursus genitorem meum, ut in ac bindictionem mihi consentiens esset. Ideo ab ipso genitorem meum sum exauditus, et mihi largietatem tribuit eadem terra bindendum Guidoni Comiti filius vone recordationis Guaimarii Principis; et pro stabilitatem una mecum in ac cartula suis manibus posui. Interea Ego Petrus nominatus Talaricus ante presentia Petri Diaconi, et Judici, et ceterorum bonorum homines ibidem astantibus, sicut mihi congruum esse bidetur, per hanc cartula benumdedit tibi nominato Guidoni Comiti predicta pecia de terra in eodem loco Silea, que, ut dixi, ab ipsa genetrice mea mihi abere successi, abentes finis de una parte fine de filii Rodelgrimi, de alia quidem parte fine tuaque Guidoni Comiti conjunctum est, quod comparatum abetis da Adelchisi filius Alboin, et da uxore ejus; alia quidem parte fine bia pulbica, alia igitur parte fine flubio Pecentino. Hec vero clausum, qualiter superius fine posite sunt, medietatem in integrum trasactibus nomine, et a funditus tibi nominato Guidoni benumdedimus cum proprie finis, et bice de bia sua, et cum omnia infra se abentibus; reliqua autem medietatem de ipso clausum reserbo ad potestatem prenominati Ursi genitori meo. His peractis et Ego Gomeltruda, que sum uxor istius Talarici, quartam partem profiteor me abere sortionem in ipsa medietatem terra, quod ipse vir meus superius benumdedit, pertinentes mihi per ipsum meum morgincaput emissum mihi ab ipso viro meus alio die nostre copulationis; et congruum est mihi ipsa quarta mea exinde bindendum. Sic exinde fecit notitiam Radelchisi Clerico genitori meo, et Rottelferi, et Arechisi fratribus meis, ut in ac bindictionem mihi consentiens esse; et ideo ab ipso prenominatus genitorem, et fratribus meis sum exaudita, et juxta legem ab ipso Petrus Diaconus, et Judicem diligenter sum interrogata, vel inquisita, ne forte aliqua biolentia esset patibula ab ipso biro meus, aut a quacumque hominem, in ejus presentia manifesta sum, spontanea mea esset bona bolumtate ipsa quarta mea exinde bindendum, quorum ipse nominatus genitor meus, et predicti fratribus meis mihi consentiens fuerunt, et pro stabilitate una mecum in ac cartula suis manibus posuerunt. Et per notum, et absolutionem ipsius Judici, et una mecum ipse bir meus, et per largietatem ipsius Ursi socero meus per hanc cartula benumdedimus tibi nominato Guidoni Comiti ipsa quarta mea, quod ego legibus tollere debeo de superdicta terra, quod ipse nominatus bir meus superius tibi benumdedi cum finis, et bice de bia sua. Et pro confirmandam, et staviliscendam hanc nostra bindictionem nuc a presentis recepimus da te nominatus Guidonem Comitem emtorem nostrum statutum pretium Ego nominatus Talaricus sex auri solidos Costantinos, et ego nominata Gomeltruda pro ipsa quarta mea recepi duo auri solidos Costantinos, finitoque bero pretium aput nos. Ea vero rationem, ut a presenti die, et imperpetuis temporibus tu nominatus Guido, quam et tuis heredibus predicta nostra bindictionem, ut superius scriptum est, securo nomine abere, et possidere baleatis, et faciatis quod b. lueritis. Ex qua repromittimus, et hobligamus nos superius binditores, et nostris heredibus tibi nominaro Guidoni Comiti, quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostra bindictionem nos vobis ab omnis homines in antistare, et defensare promittimus. Quit simminime potuerimus, aut noluerimus eos vobis defensare, aut si nos ipsi forsitans per quavis modis remobere, aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra tacita, et bacua remaneat, et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus, et que aput vos fuerit remelioratum, vel factum hedificium sub estimationem pretii vobis restituamus; de colludio autem legibus vobis juremus per Dei misteria. Et ta-

li ordine te Alderissi Notarium scribere rogavimus. Actum Salerno.
✠ Ego qui supra Petrus me subscripsi.
✠ Ego Ursus Notarius testis sum.
✠ Ego Autari.
✠ Ego Wisenolfus.

LXXIII.

Arechis filius Rodelgrimi contendebat cum Aghenardo filio quondam Audelassi, & cum Audelassi nepote ejus de terra cum viridario intra Salernum super porta Nucerina. Postquam vero Aghenardus ad sancta Dei Evangelia ab Arechi parata juravit ad Arechim terrae illius medietatem tantum spectare ex Grimoaldo ejus avo, dum Audelassi ejus nepos jurare etiam proposuerat, Arechis juramentum ei dimisit, & donavit ab eo recipiens launegilt camisum unum. anno 42. Guaimarii, & 1. Gisolfi mense Februarii 7. Ind. (Christi anno 934.) Arc. 86. n. 87. in membrana.



IN nomine Domini anno quadragesimosecundo principatus Domini nostri Waimarii Principi, & primo anno principatus Domini Gisolfi filio ejus mense Februarius septima Indictione. Memoratorium factu a nobis Aghenardus filius quondam Audelassi, et Audelassi nepotem meum filius Roderissi, eo quod ante presentia Petri Diaconi, et Judici, aliosque subscripti novilibus conjuncti sumus cum Arechis filius Rodelgrimi super ipsa terra cum verdiareum de intus hanc nobam Salernitanam cibitatem a super porta Nucerina secus case nostre. Unde ante os dies ipse Arechis noviscum causavit, quod de parentes ejus fuisse, et legibus ei pertineat, et nos ostedimus una cartula, quomodo in anno nonodecimo principatus Domini Waiferii, et quarto anno Domini . . . . Principibus mense Martius tertiadecima Indictione Alphanus Clericus filius vone memorie Ratoni venundedit Altrude genetrici . . . . . . a nostra terra intus nobam Salernitanam cibitatem, que ex successione predicti genitori ejus ei pertinuit, & in sorte receptum a germani sui, & est per mensura longitudo pedes centum et decem, et per latitudo a fine de filii Lademari pedes decem et octo, et in medium latitudo pedes quadraginta, et de uno capu per latu a platea pedes octo mensuratum fuit ad manum Poterici Presbiteri; de terra ipsa per ipse finis medietatem ei benundederat, scripta cartula ipsa per Teodericus Notarius, ubi ipse Alphanus Clericus cum plures alios testes scripti fuerunt. Cum quo ipse Arechis cartula ipsa religentem haudivi, contravit nobis dicendum, ut non potuisse ipse Alphanus Clericus medietatem terra ipsa vindere, eo quod dicebam, ut Grimoaldus abio ejus, et Aghino, et ipse Rato genitor ipsius Alphani Clerici veri fratres fuerunt, et ipse Alphanus Clericus tantum tertiam partem pro partibus ipsius Ratoni genitori sui exinde habere debui; nam et ipse Arechis exinde debere habere tertiam partem pro p. . . . . bio suo. Nos autem contravimus ei dicendum, quod non ipse Arechis legibus ibi sortionem habere, eo quod ipsi nominati Grimoaldus, Rato, et Aghino divise habuerunt inter se casis, et terris intus hanc Salernitanam cibitatem, et terra ipsa per ipsa mensuria hebenit in sortione ipsorum Rattoni, et Aghinoni, et ipse Grimoaldus suam inde tenuit sortionem. Unde inter nos judicatum fuit, ut nos monstrare ipsa sortione, qui fuit predicti Grimoaldi, quam per ipsa divisione tenuit, et jurare ei, quod terra ipsa per ipsa divisione ipsi germani per partes tenuisse. Proideo, sicut diximus, super ipse terris sumus conjuncti,

cti, et monstravimus nos ei terram cum parietibus, et baciba, quam ipse Arechis retinet, ex quo diximus fuisse sortionem eidem Grimoaldi abii sui. Et ipse Arechis sancta Dei Evangelia ibidem habuit parata, et statim ego nominatus Aghenardus juravit ei, et dixi per hec sancta Dei Evangelia, quia medietate terra ipsa, que ipsa cartula nostra continet, per divisione fuit sortione . . . . Ratoni; et ipse Grimoaldus abio ejusdem Arechis pro taliter per divisionem tenuit ex hac terra, que ei monstravit, quem ipse retinet; et mihi nominato Audelaxi noluit sacramentum inde tollere, set eum mihi donavit, et launegild a me exinde recepit camiso unum; et inde pro securitate nostra, et de nostris heredibus hunc brebem diffinitionis emisimus. Quod scripsi Ego Theodericus Notarius, et interfui.

✠ Ego qui supra Petrus me subscripsi.
✠ Ego Ermetanchus.
✠ Ego Radoaldo me subscripsi.
✠ Ego Roderocho

LXXIV.

Dauferius filius Pandonis Castaldei dividit cum fratribus suis Friderissi, & Radoaldo domos, & terram, quae intra Salernum dicti eorum genitoris fuerunt. anno 14 *Gisolfi mense Octobris* 5. *Ind.* (*Christi* 947.) *Arc.* 87. *n.* 262. in membrana.



IN nomine Domini anno quartodecimo principatus Domini Gisolfi Principi mense October quinta Indictione. Memoratorium factum a me Dauferius filius Pandoni Gastaldei, eo quot ante nobiliores homines, qui suprerscripti sunt, dibidit cum Friderissi, et Radoaldus germanis meis casis, et terra iunctas ac Salernitanam cibitatem, que fuerunt predicti Pandoni Gastaldei genitori nostri. Unde ego, et ipse Radoaldus germano meus tradidimus eidem Friderissi sortionem, iest a cantone de frabica de orem de ipso puteum; et quomodo per ipsa . . . . termiti posuimus ab inde in parte orientis usque ipsa trasenda, et supter usque fine de ipsi Ebrei, et cum ipsa terra, et casa a super ipse puteum canguncta ad parietem ejus, quem per sua parationem abes, usque ad fine, qui fuit de eredes Echinoni, et de super usque fine, qui fuit Aldemari. Intra ec finis quantum, quantoque ipse Pado genitor noster ibi abuit, vel ei pertinentes fuit, tote, et integre nostre sortionis exinde ei tradidimus. Unde et ille pro taliter tradidit mihi, et ipsius Radoaldi germani nostri sortionem suam de ipse due case, unam erga platea, que deducit ad porta, que dicitur Elini, et aliam erga platea, que deducit ante Episcopio Salernitano. De ec vero due casis, sicut edificate sunt, ipse quidem Friderissi tradidit mihi, et ipsius Radoaldus germano nostro inclita sua sortionem, ipsa curte ante ipse casis cum ipso puteum communiter inter nos tenendum omni tempore reserbabimus, et nemsurabimus ipsa curte, quam commune reserbavimus l. . . . . sericidium de ipsa casa nostra usque cantonem, qui est de ipso puteum a parte orienti, qui est sortionem ipsius Friderissi, per latitudo pedes duodecim summisse unum, et in alio capite erga sericidium de ipsa alia casa, que est trabersa, usque ipsum termitem, quam ibi posuimus, pedes nobem ad justa manum hominem mensuratum, in quam et communiter abendum reserbabimus ipso anditum ab ipsa platea, que pergit ante Episcopio, erga parietem de casa parationis ibsius Friderissi, et inter fronte de ipsa casa nostra, sicut modo ibi est, usque ipsa curte, quam commune reserbabimus. Dum autem inter nos tales fecimus dibisionem, et per partes sortis tradidimus tali tinore; ut, si quis nos, vel nostris eredibus exinde per legem perdiderimus, tunc justa rationem per partes

nos

nos exinde restautare tenimus. Si bero nos, vel nostris eredibus quesierimus et dibisionem contrare, aut remobere, obligabimus per partes, ut qui talia egere quesierint, componere illi, qui in ista dibisione firmiter permanserit, centum auri solidos Constantinos, et questio illius tacita exinde manere, et sortis ipse inter nos omni tempore firme, et stabilis permanead.

✠ Ego Romoaldus per indicatione Theoderici Notarii genitori meo unc brebem scripsi.

✠ Ego qui supra Friderissi.

✠ Ego Johannes Notarius me subscripsi.

✠ Ego Theodericus Notarius interfui.

LXXV.

Romoaldus filius Theoderici tradit ad tres annos ad laborandum Johanni filio Radelgrimi, & Adelermo filio Franperti tres terras in finibus Nuceriae pro terratico consueto, & medietate vini. anno 1. Landolfi mense Septembris 2. Ind. (Christi anno 973.) Arc. 30. n. 95. in membrana.



IN nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Landolfi gloriosi Principis mense September secunda Indictione. Memoratorium factu a nobis Johannes filius Radelgrimi, et Adelermo filio Franperti, eo quod ante subscripti testes tradidit nobis Romoaldus filius Teoderici terris cum arbustis, et terris bacue, quod habet per finibus Nucerie, que fuit de . . . . quod ei est pertinentes per suis rationibus, ubicumque exinde inbentus dederit, per eadem fines Nucerie, inclite tribus sortionibus inde nobis tradidit in tali ordine, ut amodo, et usque tribus anni completi liceat nos, et homines, quem nos ibi miserimus, illut tenere nostre potestati, et dominare, et omnes nostra utilitate liceat nos ibi facere, et quantum potuerimus laborare, et seminare, et dare ad borandum, et quantum annualiter ibi seminatum fuerit, demus inde ei terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et horto, et arbusto apto tempore laboremus, et cultemus, ut bene pareat laboratum, sicut locus ipse meruerit, et salbum eos faciamus, et pro tempore faciamus scire ipsum Romoaldus, et ejus heredes; et nos ipso arbusto laboremus, et quantum vinum inde ex inclita medietate, illut ei demus, et medietatem nobis habeamus, et oc annum, quantum vinum inde exierit, totum illut ei demus, et ponamus illum in organeo nostro, et salbum illum ei faciamus, dum eos inde tollat absque degeneratione, et de ingne. Unde per bona combenientia wadiam nobis ipse Romoaldus dedit, et mediatorem nobis posuit Radechis Notarius filius Teodelgrimi, et per ipsa wadia obligavit se, et suos heredes defensare nobis ipsa rebus da omnes homines, omnique partibus, et ante ipso constitutum non querat illut nobis tollere, aut contrare. Quod si aliquit de quomodo superius legitur quesierit remobere, aut contrare, et taliter ipsa rebus nobis non defensaverit, componere obligavit se, et suos heredes nobis decem solidos Constantinos, et, sicut dictum est, per imbitis illut nobis defensare usque ipsi tres anni completi. Verumtamen da oc annum in antea usque ipso constitutum ille nobis deant organeum, et nos ipso organeo faciamus conciare, et ipsa ejus sortione ponamus in ipso organeo, et salbum illum ei faciamus, dum eos inde tollat, absque de ingne, et degeneratione. Et hunc brebem scripsi Ego Johannes Notarius, qui interfui.

✠ Ego qui supra Romoaldus me subscripsi.

✠ Ego qui supra Radechis Notarius.

✠ Ego Joannes.

LXXVI.

DOmnandus, & Jaquintus filii Mascini tradunt Ademario Presbytero, & Monacho Neapolitano Ecclesiam S. Johannis ab iis constructam in suis possessionibus in loco Veteri ultra fluvium Boneja cum omnibus ejus bonis, ut eam die, noctuque officiet cum Clero a se electo, sibique sepulturae jura, oblationesque omnes habeat praeter codices, vel pannos, aut alia, quae Ecclesiae usui oblata fuerint; dictis vero fratribus quotannis oblatarum paria duo, & quatuor cerea in festivitate S. Johannis ab eo dentur, & de pomis terrarum Ecclesiae viginti cetrea. Ad suum inde obitum dimittere Ecclesiae teneatur unum antiphonarium, unam horarium, & unum amictum. anno 1. Landolfi, & Landolfi ejus filii mense Januarii 2. Ind. (Christi anno 974.) Arc. 42. n. 65. in membrana.



IN nomine Domini primo anno principatus Domini nostri Landolfi gloriosi Principis, et Domini Landolfi ejus filio mense Januarius secunda Indictione. Memoratorium factu a me Ademarius Presbiter, et Monachus, qui fui natibus de cibes Neapoli, eo quod intus hanc Salernitanam cibitatem ante subscripti testes per bona combenientia tradiderunt mihi Domnandus, et Jaquintus germani filii Mascini Ecclesia vocabulum Sancti Johanni, quod illis dedicaverunt in rebus sua in locum Beteri ulter flubio Boneja; predicta Ecclesia cum cuncta mensuria, et rebus ipsius Ecclesie mihi tradiderunt tali ordine, ut amodo, et usque diebus bite mee ad nostra illos habeamus potestate tenendum, et dominandum, et in ipsa Ecclesia cotidie die, noctuque officiemus nos, et Cleros, quem ibi miserimus, sicut meruerit, et quanta offerta, et sepultura ibidem introierit, totum illut nobis habeamus; tantum per ipse festibitate Sancti Johanni annualiter demus inde illorum oblate paria dua, et quadruor cerea, et in casis, et rebus predicte Ecclesie habitemus, et omnes nostra utilitate ibi, et in ipsa Ecclesia justa ratione faciamus, et vineis ipsius Ecclesie annualiter temporibus suis nos, et hominibus, quam ibi miserimus, lavoremus, et cultemus de super, et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread lavoratum, quatenus bineis ipse proficiant, et non dispereant; et omnis frugium, et lavorem de ipsa rebus, et bineis nostre sit potestati, faciendum quod voluerimus, et nullam inde nobis tollerent, preter annualiter demus illorum de cetra poma, quando habuerit, biginti cetrea vona, et quando illis, vel uxoribus illorum ibidem benerint, potestatem habeant in ipsa Ecclesia, et casis, et rebus eidem Ecclesie introire, et omnis sue utilitatis ibi facerent, et reserbaverunt sue potestati habendum terra cum vinea, que est extra vineis ipsius Ecclesie, que est bitineo marcangello. Ad hobitum meum dimittamus nos de nostra causa in ipsa Ecclesia unum antefanario Romano, et uno orario, et unum ammictu; post vero meum hobitum potestatem habeant ille homo, cui per me dispositum fuerit, vel cui hunc brebem in manu paruerit, alia omnis mea movilia inde tollere, sceptο casis, et lavores, quam ibi fecerimus, et illis nullam inde contrare. De qua obligaverunt se ipsi germani, et suis heredibus amodo, et diebus bite mee defensarent mihi ipsa Ecclesia, et bineis, et rebus predicte Ecclesie cum omnibus suis pertinentiis da omnes homines, omnique partibus, & non illut vel exinde nobis contrare. Unde de omnia super scripta nobis adimplendum per vona conbenientia, guadia mihi ipsi germani per absolutione ipsius genitori suo dederunt, et mediatorem mihi posuerunt Domnandus filius quondam Romoaldi, et per ipsa guadia obligaverunt se, suisque heredibus, ut, si aliquit de quod superius legitur quesierint remo-

vere,

vere, aut contrare, et talia non adimpleverint, componere obligaverunt se, fuisque heredibus mihi, vel cui hunc brebem in manu paruerit triginta auri solidos Constantinos. Verumtamen, si in ipsa Ecclesia introierit codices, vel pannos, aut aliut, que ad ordinem Ecclesiarum ordine meruerit, sint ad potestate ipsius Ecclesie, et nullam inde tollamus; tantum diebus bite mee ad nostra sint potestate tenendum, et habendum. Et Ego Petrus Notarius interfui, et hunc brebem scripsi.

✠ Ego Tendericus Notarius me subscripsi.
✠ Ego Dauferius.
✠ Ego Joannes.

LXXVII.

Petrus filius quondam Raudiperti vendit Ragimperto Clerico filio Odelfrid terram cum arbusto in finibus Nuceriae, ubi de Serbteramu dicitur, pro solidis 60. anno 17. Guaimarii Principis, & imperialis Patricii, & 1. Guaimarii ejus filii mense Augusti 11. Ind. (Christi anno 893.) Arc. 32. n. 47. in membrana.



IN nomine Domini septimodecimo anno principatus Domini nostri Waimario Imperiali Patricio, et primo anno principatus Domini Waimarii filio ejus mense Augustus undecima Indictione. Ideoque Ego Petrus filius quondam Raudiperti per hanc cartula benundedit tivi Ragimperti Clerico filio Odelfrid terra mea cum arbusto vitatum, et pommifera sua, quas habeo in locum, hubi da Serbteramu dicitur, finibus Nuceria, qui habet finis. De una pars, sicut aquara discernit, et de alia pars fine de heredes Ermeperto, et de alia pars fine de heredes Hafrisi, et de alia pars sicut bia dicernit, qui pergit ad Sanctum Bitum; clauso isto, qualiter finis posite sunt, nec mihi, neque ad alius hominibus nichil reserbavimus portionem; set da inferioribus, et superioribus cum propie finis, et bice de bia sua in integrum tivi, qui supra, Ragimperto Clerico benundedit in omnibus ipso habendum vos, et vestris heredibus, et faciendum quit volueritis. Unde in presentis recepit a te nominatus hemtorem meum pro ista mea bindictionem statutum pretiium solidos numerum sexsaginta habentes per solidum denarios duodecim monetam Salernitanam; finitum est pretiium aput nos. Heam vero ratijone hobligo me, qui supra, Petrus; et meis heredibus tivi nominatus Ragimperti, et ad vestris heredibus, ut eaque mea bindictionem, sicut super legitur, nos vobis hab homnis homines in antestare, et defensare promictimus. Quit si minime potuerimus, aud si nos ipsis forsitans per quacumque modis remobere, aud retortiare quesierimus, ante homnia questio nostra sit bacuum, et inanes, et dupplo super dicto pretiium nos vobis componere promictimus, et quod aput vos inmelioratus fuerit sub estimationem pretii in oc vobis restaurare promictimus, et de colludio vobis juremus per Dei misteria justa legem. Quod vero tenore sicut te Ursum Notarium scribere rogavimus. Actum Nuceria Mense Indictione suprascripta si . .

✠ Ego qui supra Petrus me subscripsi.
✠ Ego Godetpergo teste sum.
✠ Ego Adelfreda teste sum.
✠ Ego Lupu teste subscripsi.
✠ Ego Madelgariu teste sum.

LXXVIII.

LXXVIII.

ANgelus Presbyter, & Abbas Rector Ecclesiae S. Maximi cum Trasselpotu Advocatore suo coram Andrea Abbate, et Electo, & Castelchi, & Landone Gastaldeis, & Judicibus dicit Ermepertum patrem Ercensendae in manu sua dedisse bona omnia Ursi filii Radiprandi de Nuceria de loco Novara; quoniam ipse Ursus per scriptum ea tradiderat supradicto Ermeperto, ut pro ejus anima ea daret cui magis sibi congruum visum esset. Interrogati a jam dictis Judicibus memorata Ercensenda, ejusque vir, & tutor Radoaldus manifestant verissimum esse Ermepertum genitorem suum ea bona Abbati Angelo, ut pro Urso oraret, orareque faceret, tradidisse. anno 18. *Guaimarii Principis, & Imperialis Patricii, & 2. Guaimarii ejus filii mense Maij* 12. *Ind.* (*Christi* 894.) *Arc.* 31. *n.* 4. in membrana.



IN nomine Domini octabodecimo anno Domini Waimari Principi, & Imperialis Patricius, et secundo anno Domini Waimari Principi filius ejus mense Magius duodecima Indictione. Dum ante nos Andreas Abbas, et Electus, et Castelchis, seu Lando Gastaldeis, et Judicibus conjuncti fuisset Angelo Presbiter, et Abbas Rector Ecclesie Sancti Maximi cum Trasselpotu Adbocatore suo simul, et ibi ante nos benit mulier nomine Erchensenda filia Ermeperti cum Radoaldo, qui vir erat ipsius Erchensende. Primis ipse Angelo Abbas cum ipso Adbocatore suo dixerunt, ut jam ante hos tempus dedisset ipse Ermepertus, qui pater fuerat ipsius Ercensende, in manu eidem Angeli Abbatis omnibus rebus substantiis, qui fuit Ursi filii Radeprandi de Nucerea de loco Nobara, quod ipse Ursus per scriptu in manu miserat eidem Ermeperti patri ipsius Ercensende, ut pro anima ejus ipso dare ubi ei bene comparueri, quam et ipso scriptum, quomodo ipso ei in manu miserat, ibi ostedit. Dum relectum est scripto ille, nos Judicibus interrogabimus ipsa Ercensenda, et ipso Radoaldo, qui vir, et tutor erat ipsius Ercensende, quod exinde respondit ipsa Ercensenda pariter cum ipso Radoaldo vir, et tutore suo manifestaberunt, ut berum esset, qua ipse Ermepertus pater ejusdem Ercensende omnibus rebus substantiis ipsius Ursi in manum dedisset ipsius Angeli Abbati pro anima ipsius Ursi, sicut ipse scripto continebat, ut eis inde orare, et orare facere.

Ego Dausdedi Notarius, ut supra, novi, et scribsi. Actum Salerno.

✠ Ego qui supra Andreas Abbas et electus.

✠ Ego qui supra Lando.

✠ Ego qui supra Castelchis me subscripsi.

LXXIX.

Adelgisa filia Walcari cum Adelfrid tutore, & parente suo ad Judices accesserat accusatura Teodelgardum de Nuceria, quod eam per vim compresserat; quod dum per testes ostendere parata erat, Teodelgardus nequaquam testes audire voluit, sed verum facinus suum manifestavit. Hinc ad nongentos solvendos solidos a Judicibus secundum legem damnatus, medietatem nempe mulieri, & medietatem Palatio; quam summam neque in pecunia, neque in bonis habebat, Judicum jussu per capillos comprehensus in manus Adelgisae, Adelfrid, & Gaidenardi, qui ex parte Palatii pro exigenda poena intervenerat, traditus est. anno 18. Guaimarii Principis, & Imperialis Patricii, & 2. Guaimarii filii ejus mense Septembris 13. Ind. (Christi anno 894.) Arc. 32. n. 39. in membrana.



IN nomine Domini octabodecimo anno Domini Waimari Principi, et Imperialis Patricii, et secundo anno Domini Waimari Principi filii ejus mense September tertiadecima Indictione. Dum ante nos Petrus, et Benedictus Castaldei, et Judicibus conjuncti fuisset Adelgisa filia Walcari cum Adelfrid filio Adelmundi parentes, et Adboeatore suo, simul eum ipsi benit Teodelgardus de Nucerea filius . . . . Primis ipsa nominata Adelgisa eum ipso Adelfrid tutore, et parentes suos, in cujus mundio subiacebar, dixerunt, ut ipse Teodelgardus in birtute compreensisset ipsa Adelgisa, et in terra illa jactasset, et adulterasser illa, et jam ante os dies inde judicatu abuisset, ut per testes ipso ei adprobaret, pro ita parata erat ipsa Adelgisa, et ipse Adelfrid tutor ejus cum sua testimonia, ut ipso eis adprobaret secundum legem. Nos quidem Judicibus interrogabimus ipsum Teodelgardum quid exinde respondere. Ille dixit testimonia ista non recipio, eo quod berum est, quia ista Adelgisa in birtute compreensid, et in terra jactabit, et adulterabit illa. Dum nos Judicibus tale ejus manifestationem audibimus, judicabimus, ut secundum legem nongentos solidos ex hac causa componere, medietate Palatii, et medietate ipsius mulieris, adstante ibidem Guidenardus filius Petri Gastaldei, qui missus erat a pars Palatii compositionem ista recipiendum. Nos quidem Judicibus diximus eidem Teodelgardo, ut daret wadia ipsorum, ut secundum legem nongentos solidos eidem mulieris, et ad pars Palatii componeret. Ille dixit, ut non tanta abere rebus, aut substantia, unde se ab ac culpa liberare possat, eo quod paucea rebus se dicebat abere. Dum nos Judicibus tale ejus audibimus manifestationem, et pauea se dicebat abere substantia, de presentis per capillis capitis suis se ipso Teodelgardus compreendere fecimus, et in manu ipsius Adelgise, et Adelfrid parenti, et tutori sui, seu et ipsius Gaidenardi, qui missus erat a pars Palatii, se tradidid cum omnibus rebus suis pro suprascripta compositione, et pro securitate ipsius ipsorum mulieris, et parenti sui, et pro pars Palatii una misimus judicatum. Quod tibi Dausdedi Notario scribere demandabimus. Actu Sacro Salernitano Palatio f. . .

✠ Ego qui supra Petrus me subscripsi.

✠ Ego qui supra Benedictus.

LXXX.

LXXX.

PEtrus filius Raudiperti postulans monasticam vestem induere in Monasterio S. Maximi Salerni tradit pro anima sua Abbati ejusdem reliquum summae solidorum 50., quod ipsi debebat Monasterium pro bonis suis in finibus Nuceriae, ubi ad Terme dicitur; necnon medietatem vaccae cum filia, quas communes cum dicto Abbate habebat, & vinum, & mobilia. anno 19. Guaimarii Principis, & Imperialis Patricii, & 3. Guaimarii ejus filii mense Decembris 14. Ind. (Christi 895.) Arc. 32. n. 103. in membrana.



IN nomine Domini nonodecimo anno principatus Domini nostri Waimarii Principis, et Imperiali Patricius, et tertio anno principatus Domini Waimarii Principis filii ejus mense December quartadecima Indictione. Memoratorium factu a me Angelus Presbiter, et Abbas Monasterii Sancti Maximi de eo, quod ante Presbiteros, et Cleros nostri Monasterii, quibus subter scripti sunt, venit Petrus filius Raudiperti, et sua vona volumtate querebant introire in prefato nostro Monasterio ad monachilem habitum recipiendum super se, et ut in servitium Dei in eodem Monasterio diebus vite sue commorarent. Et ideo, priusquam monachilem habitum super se indueret, pro suis salutis anime per virga, quod suis manibus tenebat, tradidit mihi de quantum religo fuit Ego ei dandum de ipsi quinquaginta solidis de dinarios de ipsam rebus sua, quas ipse unaque cum Anghelsenda uxor sua optulit in prefato nostro Monasterio, quibus videtur esset in locum, qui dicitur ad ipse Terme in finibus Nuceria; seu et tradidit mihi integra sortionem suam de ipsa bacca, et filia ejus, quas mecum commune habuit, seu et de binum, et omnis movilia, quas secum adduxit, ut in mea sit potestatem, tamdiu ipse Petrus ebixerit, illum nutriendum, et post illius obitum pro illius salutis anime de omnia, et in omnibus, que superius legitur, in mea sit potestatem omnia exinde faciendum, quot mihi placuerit. Et si quis heredes illius noviscum exinde causare, aud contrare quesierit, in compositionem ipsi nobis obligavit ad componendum biginti solidos Costantinos, et questio illorum adversus nos exinde taciti permaneat.

✠ Ego Walpertus Presbiter ita nobi.
✠ Ego Adelghisius Presbiter ita nobi.
✠ Ego Lamelfrid Presbiter ita nobi.
✠ Ego Bincentius Presbiter ita nobi.
✠ Ego Leomari Clericus testes subscripsi.
✠ Ego Liuttardu Clericus ita nobi.
✠ Ego Odelghisi Clericus ita nobi.

 LXXXI.

LXXXI.

GUaimarius Princeps, & Imperialis Patricius, postquam ab Imperatoribus Leone, & Alexandro Salernitani principatus confirmationem per praeceptum bulla aurea insignitum habuerat, eo modo, quo ab initio inter Siconolfum, & Radelchisium fuerat a Benevento divisus, donat Ecclesiae S. Maximi a Guaiferio Principe genitore suo Salerni constructae Servum nomine Lupum cum uxore, filiis, nepotibus, & bonis eorum, eo quod Saracenorum agmini se adjunxerat, dum Salernum aggressi fuerant. anno 23. principatus dicti Guaimarii, & 7. Guaimarii ejus filii mense Augusti 2. Ind. cum sigillo (*Christi anno* 899.) *Arm. I. G. n.* 2. in membrana.



IN nomine Domini Dei Salbatoris Jesu Christi. Declaro Ego Waimarius Princeps, et Imperialis Patricius, quia concessum est mihi a sanctissimis, et piissimis Imperatoribus Leone, et Alexandro per berbum, et firmissimum preceptum bulla aurea sigillatum integram sortem Benebentane Probincie, sicut divisum est inter Sichenolfum, et Radelchisum Principem, ut liceret me exinde facere omnia, quod voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt. Proinde concessimus in Ecclesia Beatissimi Maximi pro nostre salutis anime, quem Dominus Waiferius Princeps Pater meus a nobo fundamine construxit intus hanc nobam civitatem Salernitanam, hunc serbum Sacri nostri Palatii Lupus filius Ragimperti cum uxore sua, et filiis, filiabus, nuris, et nepotibus suis, cum omnibus rebus substantia illorum movile; adque immovile, et cum omnibus illorum pertinentiis, pro quo ipse Lupus cum Saracenis ambulavit, et pactuotes fuit, quando ipse storus super hanc predictam civitatem resedit, et proinde supradictum Lupus concessimus in predicta Sancti Ecclesia cum uxore sua, et filiis, filiabus, nuris, et nepotibus suis, sicut supra dictum est, pro eo, quod postquam nobis culpatus fuit, postea autem ipsa ejusdem mulier super annum spatium ipsum Lupum abuit birum, et ipsi filiis, filiabus, et nepotibus suis postea genuerunt, et justa legem ad Sacrum nostrum Palatium perbenerunt potestatem cum omnibus rebus substantiis suis movile, adque immovile, cum omnibus suis pertinentiis in supradicta Sancta Ecclesia concessimus securiter abendum. Et constituimus, ut nullus Basilico, nec Stratigo, nec Protospatarius, aud Spatarius Candidatus, aud Spatarius, aud Gastaldeus, aud Sculdais, aud qualiscunque alius Reipublice Hactionarius, vel qualiscumque alius serbus Sanctorum Imperatorum habeant potestatem in illos, vel in eorum rebus qualemcumque angariam, vel dationem exigendum, set ipsa jam dicta Sancta Ecclesia omni tempore securiter illos possideant, sicut illorum sanctum berbum continet, quem nobis concesserunt, ut omnes homines nostri licerent suos dominare serbos cum omnibus rebus substantiis suis, vel aldionibus, ut omnes residerent subtus ficum suam habsque omni contradictione sancti imperii nostri. Iterum volumus, ut si Rector superscripte Ecclesie illos, vel illorum rebus substraere voluerit de potestate jam dicte Ecclesie, rebertantur in potestatem de heredibus nostris, sicut per illorum superscripte potestatis nobis concessum est, et ab illo tempore, quo ipse Lupus pactuotes fuit, et ad potestatem nostri Palatii perbenit cum omnibus rebus substantie illorum, et usque modo cum omnia illorum pertinentiam sic in integrum in prefata Sancta Ecclesia concessimus, sicut supra dictum est, ad securiter abendum. Quod bero preceptum concessionis ex jussione superscripte potestatis scripsit ego Ursus Notarius. Actum Salerni de anno vicesimotertio, et de anno septimo principatus Domini Waimarii Principis filio meus de mense Augustus secunda Indictione.

Sigillum affixum cum contrasigillo.

LXXXII.

LXXXII.

PEtrus Clericus filius Baſſalli vendit Petro Presbytero filio Johannis Presbyteri terram campenſem in finibus Nuceriae in loco Barbaciano, ubi Salara dicitur, pro 13. tarenis aureis caſſiminis. anno 24. Giſolfi Principis, & Imperialis Patricii menſe Julii 14. Ind. (Chriſti anno 956.) Arc. 32. n. 38. in membrana.



IN nomine Domini viceſimoquarto anno principatus Domini noſtri Giſolfi glorioſi Principis, et Imperialis Patricii menſe Julius quartadecima Indictione. Ideoque Ego Petrus Clericus filius Baſſalli, vo eni mea voluntate ante preſentia Guaiferi Caſtaldei, et alii ſubſcripti teſtes per hanc cartula venundedi tibi Petri Presbiteri filius Johanni Presbiteri aſtante ipſe genitori tuo, et per abſolutione una pecia de terra mea campenſe cum radis arboribus vitatis, quem habeo in finibus Nucerie locum Barbaciano, ubi proprio Salara dicitur, qui habet finis de una parte via publica, & de alia parte fine mea; & Benedicti barbane meo, et de heredes Petri; alia quidem parte fine de filii ipſius Petri, & rebolbente per ipſa fine, et iterum redientem, et conjungenrem ad fine de heredes Venedicti de locum Falana; alia igitur parte fine de heredes nominati Venedicti, et ipſa fine conjungentem in ipſa via, quod eſt priore fine. Hec vero clauſum, qualiter ſuperius finis poſite ſunt, cum propie finis, et vice de via ſua, et cum omnis arboribus, et pomiſera ſua, et cum omnia infra ſe habentibus tranſactibus nomine, et ab funditus eos tibi, qui ſupra, Petri Presbiteri venundedi; Et pro confirmandam, et ſtaviliſcendam hanc mea vinditione nunc ha preſentis recepi a te, qui ſupra, emtorem meum ſtatutum pretium, ideſt aurei tari caſſimini numerum tredecim, finitoque vero pretium aput nos. Ea tatione, ut a preſenti die, et imperpetuis temporibus tu, qui ſupra, Petrus Presbiter, quam et tuis heredibus predicta mea vinditione ſecuriter, et firmiter habere, et poſſidere valeatis, et faciatis quod volueritis. Ex qua promittimus, et obligamus nos ſuperius Pettus Clericus, et noſtris heredibus tibi nominati Petri Presbiteri, et ad tuis eredibus, ut eaque noſtra venditione nos vobis ab omnis homines antiſtare, et defenſare promittibus. Quod ſi minime potuerimus, aut ſi nos ipſi forſitans per quolivet ingenio vinditionem iſtam, quam prelegitur, removere, aut retornare queſierimus, ante omnia queſtio noſtra ſit vacua, & inanis, et duplum ſupradictum pretium nos vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remeljoratum. aut ſuper factum edificium, ſub eſtimationem pretii vobis reſtituamus. De colludio autem ſecundum legem nos vobis juremus per Dei miſteria; nam ſi Maſa genitrice mea, aut quicumque homo pro ejus parte de hanc mea vinditione legibus vobis ſue rationis tulerit, amodo antepoſuit, et obligavi vobis ipſa terra mea cum arbuſtis, quem habeo in locum Nuceria, ubi ad ipſa Jolaba dicitur, ubi ipſa gripta edificata eſt, ut licentiam habeatis vos, et veſtris heredibus es dicta terra rollere, in quale parte vos volueritis, alio tantum per abpretiatum, quantum de hanc noſtra vinditione vobis tultum fuerit, et omni tempore per ſupradicta obligatione firmiter, et ſecuriter illut habeatis cum vice de via ſua, et faciatis exinde quod volueritis. Si autem de ſuperdicta noſtra vinditione, et que ſuperius vobis antepoſuimus cauſationes exurte fuerint, et per vobis ipſis volueritis eſſe autores, et defenſores, licentiam habeatis exinde cauſare, et omnia agere, et perficere tanquam nos debuerimus, et per vobis ipſis exinde eſſe auctores, et defenſores omni tempore: et ſi monimen ex dicta terra aput qualiſcumque homine inventus dederit, licentiam habeatis exinde cauſare, et monimen ipſa ad veſtra recolligere poteſtatem, et omni tempore pro veſtra defen-

fensione monimen ipsa habendum vestre potestati. Et te Maraldus Subdiaconus, & Notarius scribere rogabimus. Actum Nuceria.

✠ Ego qui supra Waiferius.
✠ Ego Guido Subdiaconus et Notarius me subscribsi.
✠ Ego Tassilo.
✠ Ego Petrus.
✠ Ego Franpertus.

LXXXIII.

Contendentibus Johanne Abbate Ecclesiae S. Maximi Salerni, & Adi supranominato Tina filio Ragimperti super possessione terrae in loco Flumicellu, ubi Balatitiano dicitur, quam tenebat Adi reclamante Ecclesia, cui oblata fuerat, postquam coram Judice, & inde coram Principe utriusque partis monumenta ostensa sunt, judicatum est modicam terrae partem Adi esse, reliquam Ecclesiae. anno 26. Guaimarii Principis, & Patricii filii Domini Guaimarii Principis, & Patricii mense Augusti 6. Ind. (Christi anno 918.) Arc. 64. n. 773. **in membrana.**



IN nomine Domini vicesimosexto anno principatus Domini nostri Waimarii Principi, et Patricii filius Domini Waimarii Principis, et Patricii mense Augustus sexta Indictione. Quadam vero die dum nos Petrus Clericus, et Judice essemus sacratissimo Salernitano Palatio ad singulis audiendum, vel diffiniendum causas, tunc quoram nostris presentiis venerunt idest Johannes Abbas Ecclesie Sancti Maximi, unaque cum Waiferio Advocatore ipsius Ecclesie, cum quibus et ibidem venit Adi, qui supernomine Tina vocarur, filius Ragimperti, et continuo ipse quidem Johannes Abbas cum ipso suum Advocatorem causare ceperunt adversus ipsum Adi dicentes. Hic iste Adi, qui vestris adest presentiis, tenet terra cum abellanietum, et qui fuit arvusto uno teniente in locum Flumicellu, ubi proprio Bolatitiano dicitur, qui fuit Ursi filius Ermemari, qui legibus pertinet ipsius Ecclesie Sancti Maximi, pro eo quod ipse Ursus omnis rebus sua in manum commisit, et tradidit ad judicandum Ragemptandi Diaconi, et ipse quidem Ragemprandus Diaconus per offertionis cartule pro anima ipsius Ursi in ipsa Ecclesia offeruit. Unde in nostris presentiis ipsum brebem, et ipsa cartula offertionis ostensa, et relecta est, cum quo auditis ipse Adi taliter adversus se causantes responsum eorum redideruat dicentes: Verum est, ut rebus ipsa teneret, ser dicebant exinde habere monimen, et statim ostedit quattuor cartule, et manifestavit se exinde plus monimen non haberet; cum quo relecte sunt, et ita continebat. Prima cartula, quomodo ipse Ermemari, qui fuit genitor ipsius Ursi, de ipsa terra cum abellanietum, et arbusto medietate donaberat Pepini germani suo. Secunda cartula quomodo ipse nominatus Ermemari donabera Radoaldi filius ipsius Pepini medietatem ipsa terra cum arvusto, et abellanietum, Tertia cartula continebat, quomodo ipse Ermemari aliquantum de ipsa terra per finis donaberat Lupuli liberto suo. Quarta cartula continebat, quomodo Maurus, qui fuit genero ipsius Ermemari, venumdederat ipsius Adi ipsa terra. quod Lupolus libertus ipsius Ermemari per subceptum launegild eis donaberat. Er per hac ratione ipse Adi querebat rebus ipsa habere, et dicebat, ut partibus ipsius Ecclesie aliquando ipsa terra non tenuisset, pro eo quod ipse Ursus filio ipsi Ermemari ibidem sortiones non habui, pro eo quod pater ejus ipso dedit. Quibus per ipso Johanne Abbare, et ipso ejus Advocatore ipsius Adi responsum retdiderunt dicentes, quod partibus ipsius Ecclesie rebus ipsa tenuit, et dominavit, et ipse Adi malo ordine ibidem introibit. Etiam propter co-

gnita

gnita causa ostederunt cartule, et unum brebem, qui sunt de alii homine, qui ibidem tenuerunt rebus conjunta, et nominabat ipse finis, de una parte fine Sancti Maximi, sicut ballone discerni, et termiti ficti sunt; et una cartula continebat, quomodo mulier nomine Ursileupa, qui fuit uxor ipsius Ursi, venumdederat Spendei filius Petri ipsa quarta sua de due clusurie de terra de predicto locum Bolatianu per nominate finis, habentes finis una ex ipse clusurie, ubi super residentes fui; de uno latere fines de eredes Teoderici, de pede fine de eredes Petri, de super capu fine terra, qui fuit Nandemari filius Wisuli, que modo tenet Sichardus Gastaldus; de alio latu fines de eredes Petri, et terra, qui fuit Lupuli. Ipsa alia pecia habet finis de uno latere fine bia, de pede fine caba, de alio latu fine Gulelperti Presbiteri; de super capite fine ipsius Spendei; et Dausdedi, sceptatum modica terrola, quod ipse Ermemari socero ejus dederat ipsius Lupoli. Dum nos superius Judex monimen ipsa per partes tulimus, et superii Domino Principi portabimus, et causationes ipse per ordine nunciavimus, et ipse superius Dominus Princeps monimen ipsa per partes relegere fecit, et interrogavit ipsum Adi, per qua ratione habere voleret ipsa terra, quo ipse due cartule sunt continentem, quod ipse Ermemari donaberat ipsius Pepini, et ipsius Radoaldi filio ejus; ipse qnidem Adi dixit, ut patentes ipsius fuisse, et per successione eis esse pertinentes. Unde iterum interrogavit eum, quomodo sivi fuerunt pertinentes, quibus ipse Adi dixit: genitrice mea vera soror fuit ipsius Pepini, unde per ratione justa lege ei ereditare non deberet. Deinde iterum ipse Dominus Princeps dixit ipsius Adi: Ecce cartule, qui continet fines Sancti Maximi; ecce alia cartula, qui continet, quomodo ipse Ursus eos habui, et ipsa uxor ejus ibidem introibi, et quarta sua exinde tulit, et eas bendidit; tu vero, si potest consignare, quomodo ab illo tempore, quo ipse cartule sunt continentem, sic eos habuisse, et dominasse. Ille autem dixit, et statim profexus est, et manifestavit se dicentes, ut exinde nullam adprobare poteret, et statim per judicium superii Domini Principi inter eis judicatum est, ut ipse Adi habeant de ipsa terra ipsa modica terra, qui fuit ipsius Lupoli, da quale fines per sacramenta ausus fuerit ipso sibi adpropriare, et partibus ipsius Ecclesie ex ipsa terra per ipse superscripte finis de ipso alium habeat tres sortiones. Nos superius Judex regressi a bestigiis superii Domini Principi interrogavimus ipsum Adi, si aduc amplius causare potuerit, quibus ipse Adi profecsus est, et manifestavit se dicendum, ut de cunta rebus, qui fuir ipsius Ursi, sicut superius finis posite sunt, neque per testes, neque per monimen, neque per successione, neque per nulla quoque inbenta ratione exinde causare, aud contendere poteret in partibus ipsius Ecclesie, sceptatum ipsa modica terra, qui fuit ipsius Lupoli, da quale fines per sacramenta ausus fuerit eos facere, et statim rem ipsa reddidit, adque retradidit in possessione ipsius Ecclesie. Et nos superius Judex judicavimus, ut partibus ipsius Ecclesie ipsa rebus omni tempore securo nomine sivi habeas sine omnis requisitione ipsius Adi, et de ejus eredes, et inde pro securitate ipsius Ecclesie, et de ejus Rectores hunc nostrum diffinitionis emmisimus judicatum. Quod scripsit Ego Ursus Notarius, et interfui. Actum Salerno.

✠ Ego qui supra Petrus me subscripsi.

LXXXIV.

Constantinus filius Sellicti, & Leo Presbyter filius Sergii simul cum nepotibus suis Johanne, & Urso per instrumenta ostenderant, quae pars terrae cum sepe in fluvio Lirno Sellicti, quae Leonis, & aliorum esset. Modo a Judice termini figuntur, ne de consinibus nova contentio oriatur. anno 7. (lege 8.) *Guaimarii mense Aprilis* 3. *Ind.* (*Christi anno* 900.) *Arc.* 86. *n.* 210. in membrana.

IN



IN nomine Domini septimo anno principatus Domini nostri Guaimari gloriosi Principis mense Abprelis tertia Indictione. Ego Petrus Judex esset cum Costantinus filius Selicti, et Leo Presbiter filius Sergi a super flubio Lirno super terra, et sepe, qui inter illis est. Unde ante os dies ipse Costantinus cum ipse Leo Presbiter, et cum Johannes, et Ursus nepotem illius diffinitionem factam abuit per scriptiones, quam ibidem ostederunt, continentes. Ipse Costantinus manifestasset illorum in partibus occidentis da sepale, et termines, qui est inter ipsa binea illorum, et ipsa binea, quam ipse Costantinus abet in partibus orientis, sicut per partes illis possessuri sunt, usque at casa illorum abios, et nepotes, aliquantum rebolbente in pars orientis per ora de ipsa casa. Et dum fuerunt relecte, quesit ipse Costantinus introire ab intro illut, quod congobimus justum veniret ipse Presbiter cum ipsi nepoti sui. Unde fecimus pars partium figere termines usque at ipsa casa frabita, et circa ipsa casa rebolbente in pars orientis unum palmum, et una uncia, et utrisque partibus manifestaberunt ab inde fuissent ipsa combenientia facta inter illis, quod ipse scriptionis continunt, et in ipsa combenientia permanere boleret, sicut continunt pars partium, et finuerunt ipse cause. Unde inter eis judicabimus, et sicut ante me monstraberunt, et nos desingabimus, ipsa fines, et ipsi termines figere fecimus sic inter illis, et eorum eredes semper firmiter permaneret, sicut ipse scriptionis combenientie continunt; et quale pars illut remobere boluerit, componere at illa alia pars ipsa pena, que continet, idest triginta auri solidos Costantinos, et firmiter ibidem permaneret, et sic inter illis ante me complacuit. Et taliter scribere fecimus te Petrus Notarius, qui interfuisti.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

LXXXV.

GUaimarius Princeps concedit Ecclesiae S. Maximi Salerni a Guaiferio genitore suo fundatae bona Benenati, & Ademarii, ubicumque inventa fuerint, & in specie in loco super Fistula, ubi Puteoregente dicitur, de finibus Nuceriae; quae, eo quod mortui fuerint sine haeredibus, ad ejus Sacrum Palatium pertinent. anno 10. dicti Guaimarii mense Maii 4. Ind. (Christi 886.) Arm. I. G. n. 2. in membrana cum sigillo affixo cum contrasigillo.



IN nomine Domini Dei Salvatoris Jesu Christi. Concessimus nos Vir gloriosissimus Waimarius Dei prebidentia Langobardorum gentis Princeps propter postulationem Domine Landelaiche matris mee in Ecclesia Sancti Maximi, quod Dominus Waiferius Princeps pater meus intus hec cibitate Salerno a nobo construxit fundamine integram rebus Benenati, et Ademari cum omnia illorum pertinentia ubique exinde fuerit inbentus, eo quod sine heredes mortui sunt, et sacri nostri Palatii pertinet de loco super ipsa Fistula ubi propio Puteoregente bocatur Nucerina fines, et pertinet de Acto Salernitano in ea bidelicet ratione, ut ammodo, et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum cungta ea, que supra legitur, in eadem sancta Sedem permaneat ejus Rectoribus dominandum in perpetuum, et a nullo ex nostris Judicibus, idest Comitibus, Castaldeis, bel a quibuscumque Agentibus nunquam abeat aliquam requisitionem, sed perpetu tempore in supradicta Sancta Ecclesia permaneat. Quod vero preceptum concessionis ex jussione suprascripte Potestati scripsit Ego Daudedi Notarius. Actum Salerno decimo anno mense Magius quarta Indictione.

Sigillum affixum cum contrasigillo.

LXXXVI.

LXXXVI.

Gisolfus Princeps concedit Ecclesiae S. Maximi Salerni a Guaiferio Principe proavo suo constructae res mortuorum ad ejus Sacrum Palatium pertinentes, quae conjunctae sint cum bonis ejusdem Ecclesiae. anno 26. ejusdem Gisolfi mense Martii 2. Ind. (Christi anno 959.) Arm. 1. G. n. 6. in membrana cum sigillo affixo cum contrasigillo.



IN nomine Domini Dei Salbatoris Jesu Christi. Concessimus nos Gisolfus Dei previdentia Langobardorum Gentis Princeps pro amore Omnipotenti Deo, et ob mercedem anime nostre, quam etiam pro salbatione gentis nostre, et patrie, in Ecclesie Sancti Maximi, quod Dominus Guaiferius Princeps, qui fuit visabio meus, intus hanc Salernitanam civitatem in curte sua a nobo construxit fundamine, in quo nunc modo Petrus veneravilis Abba regimen tenere videtur, omnis rebus ex mortuorum, seu nostri Sacri Palatii quomodocumque pertinentes, de quantum, quantoque imfra, vel conjunctum est cum rebus prefate Ecclesie, tam quod ipsa Ecclesia exinde possidentes est, seu de quantum, quantoque cum rebus ejus conjunctum, vel imfra esse dinoscitur, quomodocunque Sacri nostri Palatii est pertinentes, totum, et integrum cum omnia imfra se habentibus, cum proprie finis, et vice de via sua, et cum omnibus suis pertinentiis trasactibus nomine funditus illut in prefata Ecclesia concessimus; in ea videlicet ratione, ut amodo, et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum ea, que prelegitur, pars ipsius Ecclesie omni tempore haveat, et possideat, et omnia quicquid boluerit exinde faciat, et a nullo ex nostris Judicibus, i sunt Comitibus. Castaldeis, vel a quibuscunque Agentibus habeat pars ipsius Ecclesie aliqua requisitione exinde, set perpetuis temporibus securiter illut habeat, atque possideas in suprascripta ratione. Quod vero preceptum ex jussione suprascripte gloriose Potestatis scripsi ego Smaraedus Notarius. Actum in Sacro Salernitano Palatio, de anno vicesimosexto ejus principatus mense Martius Indictione secunda.

Sigillum affixum cum contrasigillo.

LXXXVII.

Guaiferius Princeps offert Ecclesiae S. Maximi ab ipso constructae Salerni plures Clericos, multaque bona cum servis, & ancillis per diversa loca; sub conditione, quod si post ejus obitum ejus mentem exsequi haeredes ejus in Ecclesia ipsa neglexerint, Ecclesia supradicta in manus Abbatis S. Benedicti Salerni perveniat, qui ea exsequi curet; & eo negligente in manus Abbatis S. Vincentii. Quod si hic etiam omnia a laudato Principe praescripta non observaverit, ad haeredes suos omnia revertantur sub eadem lege. anno 20. imperii Ludovici Imperatoris Augusti mense Novembris 2. Ind. (Christi anno 868.). Hujus Placiti exemplar fit ad postulationem Monasterii SS. Trinitatis Metiliani, ad quod dicta Ecclesia ex concessione Gregorii VII. Pontificis, & Gisulphi tunc Salerni Principis, & confirmatione Urbani II., & Paschalis II. pertinet. anno 1118. mense Octobris 12. Ind. Arm. I. G. n. 1. in membrana.



IN nomine Domini Dei Eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo octavodecimo temporibus Domini nostri Guilielmi gloriosi Principis, et Ducis mense Octobri duodecima Indictione. Dum in Monasterio Sancte et individue Trinitatis, quod constructum est foris hanc Salernitanam civitatem in loco Metiliano, cui Dominus Petrus gratia Dei venerabilis Abbas preest, essem ego Petrus Judex, in eadem presentia jussu ipsius Domini Abbatis ostensa est una cartula, que continebat. In nomine Domini Dei Salvatoris Jesu Christi regnante Domino Ludoyco Imperatore Augusto anno Deo propitio ejus imperii vicesimo mense Novembris secunda Indictione. Ego Guayferius divina gratia Princeps filius bone memorie Dauferi divino auxilio me adjuvante intus hanc Salernitanam civitatem a super ipsa fistula propinquo casa mea a fundamine usque ad culmen Ecclesiam Dei edificavi in honore, et vocabulo Beati Sancti Maximi Confessoris Domini nostri Jesu Christi. Nunc autem quoque Dominus largitus est michi ipsius Ecclesie per hanc offertionem devote mentis offerre desidero; unde credimus ad Dei omnipotentis misericordiam pervenire. Primum quidem offero ipsius Ecclesie ad deserviendum, et laudem Domini reddendum pueros hos, qui subtus legitur. Hi sunt nomina eorum. Johannes Diaconus filius Ursiperti de Balentino, et alius Johanne Subdiaconus filius Leonis, Liusprandus Subdiaconus de Liburie filius Liuperti, Emepertus Clericus filius Sindeperti, Ursus filius Mauri de Saltu, Lupus Clericus, quem datum habui da filii Aunefrit, & Amipertus Clericus de Liburie filius Carunci. Insimul et de rebus meis ibi obtuli, que suptus legitur; id est terram per circuitum ipsius Ecclesie, et case, qualiter modo edificate sunt, cum curte sua, et terra baciva a super ipsa Ecclesia, uno teniente, que habet fines. Da subtus erga parietem de ipso viridario nostro duos pedes ab eodem pariete cessante, et perexiente in platea, que deducit ad portam de Rispizzi; ab inde saliente a capite de ipsa casa, quod Gualpertus servus noster ibi edificavit per latere erga ipsa via, que deducit ad casa de Rotense, et ceteris, qui illuc habitant, quomodo ipse terminus discernit; et saliente sub casa de fine Audirami; et revolvente per ipsa via, et saliente usque sub casa filii Perti filii Felessuni, qualiter modo case nostre ibi edificate sunt; et sepe erga ipsa via, et serolatum factum est; et de superna parte da ipso monte fine idem anditus a casa ipsius Filiperti, et Madelmi filii Donandi, & Gaudiosi, et Lamfrit filii Laduli, sicut et inde sepe discernit, et serolatum fictum fuit. De alio vero latere discedendo sub ipso andito a casa ipsius Lanfridi, quomodo modo ibi sepe est, et de rictum in ipso pariete, que nos misimus retro ipsa absida de ipsa Ecclesia Sancti Maximi; & inde, qualiter ipse pariete edificatus est, per directum descendente usque in ipsa priori fine de ipso pariete, qui venit da ipso viridario nostro a super ipsa fistula cessando inde duo pedes. Infra has autem fines in integrum terram illam cum casis sue, et cum ipso pariete retro ipsa absida in ipsa Ecclesia offerui; illa vero terram, et vacive, et cum edificio suo, que est da ista parte de ipso pariete, qui retro ipsa absida est, in nostra, vel de nostris heredibus reservavimus potestate. Introitum quidem habeat ipsa Ecclesia, et Sacerdotes illius da parte ipsa de ipsa platea, ubi ipsi cancelli positi sunt. Et nos, et nostris heredibus liceat introire in ipsa Ecclesia da ista parte de ipsa casa nostra, ubi ipse anditus modo est, usque ad ipsa Regiam, que in ipsa Ecclesia edificata est in ipsa subdita subtana de ipsa Ecclesia, ubi altario in onore Sancti Bartholomei Apostoli edificatum est. Simulque, et pro villis offerimus ibique terram, que appellatur de Pandula ad ipse quercie capientem seminarione modiorum quatuor, est ibi arbustum vitatum. Alia pecia ad Tyra modio rasu. Alia terra da la Pesone de modiis duo, qui est casattina. Alia terra, que nominatur da Rosolio, modiorum duodecim, et est cum arbusto, et castanetu, et quercietum, seu avellanetum. Alia terra, que nominat Casamautose, et alia terra, que fuit da Domininu, qui est arbusto vitatu modio uno. Sunt insimul seminatione de fasuli modii viginti, et est circa Casaamabile, quam

quam et integrum ipso casale da Casaamabile uno teniente, quantum modo ibidem habeo, aut in antea ibi adquisiero cum ipsu servu nostrum nomine Palumbu, cum uxore, et filiis, et filiabus, et pertinentia sua, quod mihi dedit Leo de Alexandria: Hec omnia est finibus Sarnensibus. Insimul et integram rem illa, que est in locum, qui vocatur Malianu Salernitane finis; qui discernit inter hec rebus, et rebus, que fuit Aleriffi infra iste fines, in integrum cum ipsa casa, que inter hac posita est, cum omnia intra se habentibus, ibique obrulit, et quantum ibi adhuc paravero; et insuper ista offertio offertum permaneat. Quam et, si dei vocatio michi evenerit, ubique, et aliter modo de rebus mea non pareat judicatum, per istam offertionem volumus, atque statuimus, ut pro salutis anime mee eveniat integram portionem meam de rebus substantiis meis per diversis locis in prefata Ecclesia Sancti Maximi, que ad filii nostri reliquimus, ut talem portionem inde percipiant Rectores ipsius Ecclesie, in possessione ipsius Ecclesie, qualé unus de meis filiis absque servis, et ancillis, qui continunt in ipsa mea portione; quod volumus, ut liberi vadant pro salutis anime nostre; qui habuerint cispite cum suo cispite; et qui cispite non habuerint, sufficiant illis libertate sua. Tali ordine suprascripte nostre Ecclesie Sancti Maximi ea, que prelegitur, omnia offeruit, ut ex ea semper ibi ospitium, et elemosina esset debeat per paupere, et vidue, ac debiles, per sacerdote illo, que Ego ibi ordinavero. Et post defunctionem nostram licentiam habeant heredes nostris ibi ordinationem facere post obitum illorum Sacerdotum, que nos ibi reliquerimus ordinari; nam ne quod fiant heredes mea inde aliquid tollere, aut subtrahere possit, aut cuilibet per quamcumque ratione dandi, aut alienandi; nisi tantum, ut ordinationem ibi faciat de Sacerdote, qui bonum habeat testimonium; ut semper ibi elemosina, et ospitium esse debeat de debiles, et pauperibus, et viduis pro mee salutis anime. Et si Pontifex hujus Salernitane Sedis Ecclesie ista nostra Ecclesia legibus advincere potuerit, volo enim, ut tantum ipsa Ecclesiam cum suis parietibus habeat; nam nullam aliud, quod supra legitur, quod ibi modo dedimus, aut in antea dederimus; set neque anditum ibi ad ingrediendum habeat, set tantum ospitium elemosinarum fiat inde semper adimpletum de omnia, que ibi modo dedimus, aut in antea dederimus. Et si heredes nostri hoc non adimpleverint, aut si inde aliquid subtraxerint, vel si a parte Palatii illorum fuerit contratum, aut tulrum, volo, ut veniat in potestate Abbatis S. Benedicti, qui in illis diebus fuerit, Ecclesia ipsa cum omnia, quod supra legitur, tantum ad ordinationem ibi faciendam de Sacerdote bonam famam habente, qualiter semper elemosina, et ospitium, qui supra legitur, adimpletum fiat, nam non quod exinde substraere aliquid possit, neque in vicaria dandum, vel quodlibet ingenium, quomodo homo cogitare potuerit tollendum, aut dandum. Et si Abbas Monasterii S. Benedicti ea, que super legitur, non adimpleverit, et aliquid inde tollere, aut minuare presumpserit; volo enim, ut in ea ratione, quomodo superius legitur, eveniat in potestate Abbatis, qui inde illo fuerit Monasterii S. Vincentii, ut ipse ibi ordinent, qualiter superius legitur, bonum Sacerdotem, qui, ut supra dictum est, adimplere debeat; nam non quod aliquid exinde de subtrahere, aut minuate per quamcumque rationem possit. Et si Abbas ipsius Monasterii hec non adimpleverit, vel si aliquid inde minuaverit per quecumque modo, tunc in integrum omnia, que supra legitur, revertantur in proprietatem ad heredibus meis ad dominandum, vel ordinandum, sicut propria sua rebus. Nam non ut et ipsi possit ex illa rebus per quecumque modo dare cuicumque, aut alienare; nisi semper per ipsorum ordinatione ista merces se adimpleatur; ut fiat inde ospitium, et elemosinam, sicut dudum legitur. Nam si alio modo heredes mei ea, quod superius legitur, removere quesierint, aut contrare presumpserint, vel si exinde alicui dare presumpserit per quodlibet modo, illud, quod datum paruerit, sit diruptum, et permaneant, sicut superius legitur. Et si contigerit, ut veniant ista Ecclesia in ordinatione de predicta venerabilia loca per neglegentia de meis heredibus, si observare contempseris ea, que illis statuimus, et dum ipsa venerabilia loca, si sic

 obser-

observaverint, sicut supra nos precepimus, et ordinavimus, de ipsa Ecclesia, et de ejus rebus heredes mei non possit inde aliquid subtrahere, aut minuare, nisi plicentur secum Abbates illo, qui fuerit ad ordinandum ibi Sacerdotem, qui adimpleatur suprascripta nostra precepta. Et si amplius inde contrare presumpseris, aut tollere quesierint; jam nullam ibi habeat potestatem ordinandi, aut dominandi, & ubi illorum scriptum iste per duobus, aut tribus vicem ante Judicem puplicum ostensum, et relectum fuerit, et in antea inde perseveraverit causandum, centum Beneventanos solidos sit culpabilis componendi illorum Abbati, in cujus in illis diebus fuerit dominatio; et in antea inde taciti maneant. An expositum ne forte agatur custodibus suprascripta venerabilia loca, ea, que nos super detestabimus, ut illos perdere debeas, & revertantur ad meis heredibus, si factum fuerit, sicut supra legitur, ista fiat; et omnes laborationes, que adhuc fecerimus, quantum est infra iste fines erga ipsa Ecclesia, in prefata Ecclesia permaneat. Prior hec omnia, que super legitur, judicavi; ut dum ego, qui supra, Guayferio evixero, in mea sint potestate omnia faciendum, quod voluero, et aliis modis judicandi, qualiter michi placuerit, et quod in aliis modis per quamcumque rationem exinde judicavero, stabilis, et firmum permaneat. Nam si aliter a nobis judicatum non fuerit, predicta omnia cum fine, & viis sui in ipsa Ecclesia permaneat. Quam et huic confirmo, ut si toti filii nostri absque filios, vel filias de legitime sue uxori defuncti fuerint, et rebus, que illorum reliquerimus, injudicatum reliquerint, homnes enim illa rebus absque servis, et ancillis pro illorum et nostre salutis anime eveniat in ista Ecclesia S. Maximi; servis vero, et ancillis cum sua pertinentia, qui habuerit, vadant liberi, & qui non habuerit, habeat libertate sua. Et hoc tinore te Totonem Notarium sic scribere rogavi; ut hec offertio mihi reddas, ut ex ea faciat quod michi placuerit. Actu Salerno mense, et indictione suprascripta. Ego Sikembardus teste sum. Ego Sicardus me subscripsi. Ego Lademari me subscripsi. Ego Adelchisi filius Bertu me subscripsi. Ego Gaydo me subscripsi. Ego Lando Gastaldeus: Ego Alays filius Alays teste subscripsi. Ego Grimoaldus me subscripsi. Ego Petrus teste sum. Ego Radunis teste sum. Ego Benedictus. Cum autem ipsa cartula ostensa fuit, quoniam littere ipsius ostense cartule in tantum erant in plerisque partibus pre nimia vetustate delete, quod cum summo periculo vix legi poterant, velut omnibus litterarum scientibus illud videntibus manifeste apparet; idcirco ipse Dominus Abbas pro parte ipsius Ecclesie S. Maximi, que videlicet Ecclesia suprascripto Monasterio Sancte Trinitatis pertinet per firmam cartulam Domini Septimi Gregorii venerabilis Pape, concedente etiam Domino Gisulfo in illo tempore Salernitano Principe; et ipsa cartula tipario ejusdem Domini Pape plumbea bulla bullata est; et per confirmationem unius privilegii Domini Urbani Secundi Pape, quod datum fuerat Venusie per manus Johannis Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis, & Prosignatoris ipsius Domini Urbani Pape undecima Kalendas Octobris anno predicte Incarnationis millesimo octogesimonono Indictione tertiadecima pontificatus ejus anno secundo; et per confirmationem alterius Privilegii Domini Pascalis secundi Pape, quod datum fuerat Salerni per manus suprascripti Johannis tertia Kalendas Septembris Indictione octava, anno predicte Incarnationis millesimo centesimo, pontificatus ipsius Domini Pascalis secundo, & in eo subscriptus est ipse Dominus Pascalis, et complures Episcopi, & Cardinales, me deprecatus est, quatinus ipsam cartulam, que per jussum ejusdem Domini Abbatis, ut prelegitur, ostensa est, in hac cartula declarari juberem. Quibus denique precibus annui, & ipsam cartulam te Johannem Notarium, et Advocatum in hac cartula litteris declarare jussi. Memorans quia quod superius disturbatum est in uno loco legitur intus, et in alio jus, et in alio ejusdem Domini.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Radoaldus filius Leopardi donat, & cofirmat Urso filio Truppoli terram in Castelione, ubi ad Palumbulu dicitur, suscipiens ab eo launegilt maniciorum nuscini *par unum. anno 17. Guaiferii, & 1. Guaimarii ejus filii mense Novembris* 11. *Ind.* (*Christi anno* 877.) *Arc.* 87. *n.* 417. in membrana.



IN nomine Domini septimodecimo anno principatu Domini nostri Waiferi, et primo anno Domini nostri Waimario magni Principibus mense Nobember undecima Indictione. Ideoque Ego Radoaldus filius Leopardi dono, adque per an cartulam confirmo tibi Ursi filio Truppoli terra mea cum binea, cot abeo in Castelione, ubi proprio ad Palumbulu bocatur, qui abet finis de una pars fine mea, qui supra, donatoris, de alia pars fine Walperti germanis méo, de supto pede fine tua, qui supra Ursi, cot tu pro ipsa optaba a Sadi germanus meo abuisti; de super capite fine cumunaliter, como ipse pestellus decernit. Infra iste suprascripte finis est in latitudine in capite per mensuriam, et in medio locum, et in pede in latitudine passu uno. ad passu justo homine mensurata infra suprascripte finis, et como mensuria dicernit; totum in integrum ipso tibi, qui supra, Ursi donabimus in omnibus ad possidendum, et faciendum cod bolueritis, una cum bia sua. Et ad ipso donum firmandum suscepit da te, qui supra, Ursu launegild manicios nuscini pario uno; fenitum bero mea donatione, ut amodo, et semper tu, et tuos heredes ipso abere, et possidere baleatis. De quibus me repromicto ego, qui supra, Radoaldus donator, et hobligo me et meus heredes tibi, qui supra, Ursi, et ad tuos heredes ista mea donatione, sicut superius legitur, ab omnis homine in antistare, et defendere promictimus. Quit sit menime in antistare potuerimus, aut si nos ipsis forsitans per collibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sit bacuam, et ferquidam, et simile rebus in eundem loco bobis componere spondemus, quale ista mea donatione in diebus illi balueric; et de colludio bobis juremus. Iterum et si uxor mea de ista mea donarione bobis exinde tullerit pro ipsa hoptaba sua de suo morgincapu, per istam cartulam, et per supscetum launegild hobligo te, et tuos heredes tollere alio tantum per adpretiatum de ipsa binea mea, qui cum isto conjuntum est, et firme ipso possiatis, et an cartulam in suprascripta ratione. Et te Joanne Notario scribere rogabi. Actum Salernum mense, et Indictione suprascripta feliciter.

✠ Ego Sadelperdo me subscripsi.
✠ Ego Wandilperto me subscripsi.
✠ Ego Donedeo me subscripsi.
✠ Ego Radelhisi me subscripsi.

LXXXIX.

Vincentius Presbyter filius Benedicti vendit Angelberto Presbytero filio Leonis terram cum arbusto in loco Nuceriae, ubi Agella dicitur, pro quinque tremissibus anno 17. *Guaiferii, &* 2. *Guaimarii ejus filii mense Aprilis* 11. *Ind.* (*Christi anno* 878.) *Arc.* 35. *n.* 71. in membrana.



IN nomine Domini ſeptimodecimo anno principatus Domini noſtri Waiferi, et ſecundo anno Domini Waimari Principibus menſe Aprilis undecima Indictione. Ideoque Ego Bincenti Presbiter filius Benedicti habitator ſum in loco Noceria, bindedit tibi Angelberti Presbiteros filius Leoni una pecia de terram meam cum arbuſtu bitatu, quem habeo in predicto loco Noceria, ubi Agella bocatur, habenres finis ipſa terra de uno latu, et de uno capu fine bia publica, et de alio latu cum terra tua, qui ſupra, hemtori meo conjuntum eſt, et de alio capu fine terra, qui fuit Lupi, ſicut ipſa carraria decernit tua, et de germano tuo clauſo iſto, ſicut fini poſite ſunt. Unde nec mihi, qui ſupra, binditori, neque ad alius hominem nihil reſerbabit portionem, ſet totum in integrum ribi, qui ſupra, bindedit, una cum inferius, et ſuperius, et cum bice de bia ſua ad poſſidendum. Unde pro iſta meam binditionem de preſentes recepi a te hemptorem meum ttemiſſi quinque, finirum habeo totum pretium. Heam rationem, ut amodo, et ſemper tu, qui ſupra, et tuos heredes predicta mea binditione habere, et poſſidere baleatis. De quibus me repromitto Ego, qui ſupra, Bincenti Presbiter, et meoſque heredes hobligo tibi, qui ſupra, Angelberti Presbiteri, bel ad tuos heredes, ut iſta noſtra binditio bobis hab omnis hominem in anteſtare, et defendere ſpondimus. Et quid ſi non potuerimus, aut ſi nos ipſi per quolibet ingenio retotnare queſierimus, dupplo ſupraſcripto pretium nos bobis componere ſpondimus, et inſuper quod iſta noſtra binditio aput bos remelioratum fuerit in quabis parte, aut ſuperfactum hedificium, ſub eſtimatione pretii nos bobis reſtituamus, et de colludio ſecundum legem nos bobis ſatisfaciamus, et hanc cartula, ut ſupra, ſit firma. Et te Adelmari Notario ſcribere rogabit. Actum Noceria feliciter.

✠ Ego qui ſupra Bincenti Presbiter me ſubſcribſi.
✠ Ego Lioprando filio Perſi teſte ſubſcribb.
✠ Ego Odelmannu filio Vabſandi teſte ſubſcribſi.
✠ Ego Eumpertus Diaconus ita nobit.
✠ Ego Richardu teſte ſubſcribſi.
✠ Ego Andrea filio Lupi teſte ſubſcribſi.

XC.

SEnatus filius quondam Ragimperti vendit Benenato filio Biati terram in loco Puteoregente, ubi Agella dicitur, pro ſolidis quatuor. anno 19. Guaiferii, & 4. Guaimarii ejus filii menſe Februarii 13. Ind. (Chriſti anno 880.) *Arc.* 31. *n.* 180. in membrana.



IN nomine Domini nonodecimo anno principatu Domini noſtri Waiferius, et quarto anno Domini Waimari Principibus menſe Februarius tertiadecima Indictione. Ideoque Ego Senato filius quondam Ragimperti, qui ſum habitator in Noceria, bindidi tibi Benenati filii Biati terra mea cum arbuſtu bitatu, quem abeo in loco ad Puteumregente, proprio Agella bocatur, habentes finis de uno latu, et de uno capu fine bia publica, et de alio latu, et de alio capu fine terra tua, qui ſupra, Benenati. Infra iſto predicto clauſum quartam pars una tibi, qui ſupra, exinde bindidi, aut in quomodocumque ibi abere potuero. Unde nec michi, qui ſupra, bindirori, neque ad alius homines nihil reſerbavit portione, ſet totum in integrum cum ſuperiores, et inferiores, et cum bice de bia ſua tibi, qui ſupra, emtori meo bindidi ad poſſidendum amodo, et ſemper tu, et heredes tuis vel in omnibus faciendum quod bolueritis. Unde pro ipſa mea binditione recepit a te, qui ſupra, emtore meo ſolidos quattuor, aba duodecim dinarii pro ſolido, ex moneta Domini Waiſerii finitum abeo totum

totum pretium. Eam ratione obligo me, qui ſupra, Senato. et meiſque colligo heredes tibi, qui ſupra, Benenati, vel ad tuis heredibus, ut ipſa noſtra binditio nos vobis ab omnis homines in antiſtare, et defendere promittimus. Et qui ſit minime in antiſtare non potuerimus, aut per nos ipſi per quolibet ingenio retornare quesierimus, antipoſuit tibi, qui ſupra, emtori meo, ut licentia abeatis introire in duplo in ipſa terra mea cum arbuſtu bitatu, qui dicitur de Gaugipertu, qui conjunctum eſt cum ipſa curte, et terra tua, qui ſupra, emtori per menſura, aut per adpretiatum ipſo inde tollite, et ſecuriter ipſo poſſideatis; et de colludio vobis juremus. Et te Ramipertus Notarius ſcribere rogavit. Actu Toſtatiu in ipſu Mercatu menſe, Indictione &c.

✠ Ego qui ſupra Senato me ſubſcripſi.
✠ Ego Majo teſtis.
✠ Ego Adelpertus teſtes ſum.
✠ Ego Alerisi teſte ſum.
✠ Ego Johanne teſte ſum.
✠ Ego Taſſilo teſte ſum.
✠ Ego Acipertus teſte ſum.
✠ Ego Grimo teſte ſubſcripſi.

XCI.

Odelbertus habitator Nuceriae vendit Angelperto quartam partem terrae, quam emerat a Lupelghiſa uxore Walperti filii Boniperti, in loco dicto ad Torcle, & aliam terram loci Agella pro duobus ſolidis monetae Salernitanae. anno 4. Guaimarii menſe Auguſti 13. Ind. (Chriſti anno 880.) Arc. 35. n. 203. in membrana.



In nomine Domini quarto anno Principatu Domini noſtri Waimarii menſe Auguſtu terttiadecima Indictione. Ideoque Ego Odelbertus filius . . . . . qui ſum habitator in Noceria, bindidi tibi Angelperti filio . . . . . . leoni integram ipſa quartam meam portionem, quod ego emtum abeo da Lupelghiſſa. qui eſt uxor Walperti filii Boniperti, de terra ipſa campenſe, qui dicitur ad Torcle, quas ſuperdicte Lupelghiſe exinde pertenuit de ſuo morgincapu, qui abet finis de una parte terra Sancte Marie de Nocerea, et de capite fine terra de heredes Raginperti, et Adelberti, et de alio latu fine terra Adelperti filii idem Adelperti, et de alio capite fine bia publica. De iſto clauſum integram ipſa quartam exinde tibi bindidi, qui ipſius Lupelghiſe de ſupraſcripto viro ſuo pertenuit. Inſimul bindidi tibi ipſa quartam portione de terra cum arbuſtu bitatu, et caſtanietu uno teniente de ipſo metianu, quod tu emtum abuit da ſupraſcriptu Walpertus, cui exinde pertenuit ipſius Lupelghiſe de ipſa terra de ſuo morgincapu, et ſicut cartula tua contine, quod da ipſu Walpertus firmatam abuit de terra ipſa, qui dicitur Agella, ad ipſe placarie ipſa metiana. Unde de ipſa quartam portione de jam dicte terre, ſicut ſuper dictum eſt, nec mihi, qui ſupra, binditori, neque ad alius homines nihil reſerbavit portione, ſet totum in integrum ipſa quartam exinde tibi, qui ſupra, bindidi ad poſſidendum eum bice de bia ſua amodo, et ſemper tu, et heredes tuis vel in omnibus faciendum quod bolueritis cum integra ipſa quartam de ipſa lignamen de ipſa caſa, quod abuit da ipſu Walpertus. Unde pro ipſa noſtra binditione recepit a te, qui ſupra, emtore meo ſolidos dui, aba duodecim dinarii pro ſolido, ex moneta Salernitana, finitum abeo totum pretium. Eam ratione obligo me, qui ſupra, Odelbertus, et meiſque colligo heredibus tibi, qui ſupra, Angelperti Presbiteri, vel ad tuis heredibus, ut ipſa noſtra binditio nos vobis ab

ab omnis homines in antistare, et defendere promittimus. Et qui sit minime in antistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo suprascriptu pretium nos vobis conponere spondemus; et insuper quod remelioratum fuerit sub estimatione pretium nos vobis restituare placitamus; et de colludio nos vobis juremus. Et iterum tangimus, ut, si uxor mea introierit in ista mea binditione, et quantum vobis exinde tulerit, antiposuit vobis, qui supra, ut per ista cartula licentia abeatis vos, aut vestris heredibus introire in alia res mea, ubi abuerimus, et tollite exinde alio tantum per mensura, aut per adpretiatum, quantum vobis exinde tolitum fuerit; et sic vobis ipso amodo tradedit, adque antiposuit, et an cartulam, ut supra, sit firme. Et te Ramipertus Notarius scribere rogavit. Actu Noceria mense, Indictione &c.

✠ Ego Wiselgari teste sum.
✠ Ego Ursu teste sum.
✠ Ego Johannes teste sum.
✠ Ego Petrus teste sum.
✠ Ego Airisi teste.
✠ Ego Lupu teste subscribsi.
✠ Ego Urso teste subscribsi.
✠ Ego Joanne teste sum.
✠ Ego Godelperto teste sum.

XCII.

URsus, & Lupus filii Leprandi relaxant Ractiperto Presbytero filio Ractemundi tres partes terrae in loco Pupiano ad eos pertinentes, unam scilicet ad Lupum a genitore suo, duas ad Ursum, alteram videlicet a genitore, & alteram a Johanne germano suo; pro quibus pretium quatuor tremissium recipiunt. anno 5. Guaiferii mense Februario 14. Ind. (Christi anno 866.) Arc. 31. n. 245. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatu Domini nostri Waiferi magno Princeps mense Februario quartadecima Indictione. Ideoque Nos hi sumus germani Ursu, et Lupu germani filii Leprandi per unc escriptu promictemus tibi Rattiperti Presbiteri filii quondam Ractemundi de ipsa terra cum arbustu bitatu in loco Pupianu subto Man . . . . binu, quem tibi Radipertu Presbyter filius . . . ante hos annos per cartulam de quid quantu mihi, qui supra Lupi, de ipsa terra pertine de predictu genitore meo, & Ego, qui supra, Ursu de semiliter de quantu mihi de ipsius genitore meu pertine, quam et de ipsa sortione Johanni filii Liuprandi germano meo de ambas due sortioni ego, qui supra, Ursu tibi in integrum relaxabit, et ego, qui supra, Lupu unam sortione, quod mihi de ipsius genitore meo mihi pertine, in integrum ipso tibi relaxabit. Hunde pro hanc mea relaxatione de presentes recepi a te, qui supra, Ego, qui supra, dues portione Ursu, et Ego, qui supra, Lupu unam portione de ipso pretio, hoc est insimul tremissi quactuor. Eam ratione obligamus nos, et nostri heredes tibi suprascripto Ractiperti Presbitero, vel ad tuos heredes, tibi, vel cui ipso dederitis, eam ratione, ut ipso vobis defendamus de nos, et de nostri heredes; et Ego, qui supra, Ursu da nos, et da Johanne filio ipsius Liuprandi, vel de ejus heredibus. Et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare ao quesierimus, nos, qui supra, Ursu de partibus nostri dece solidos, et ipso vobi per inbitis defendemus, et nos, qui supra, Lupu quinque solidos vobi cumponere, et ipso vobi

bi per inbitis defendamus, et hunc escriptu, ut supra, sit firme. Et te Cumpertu Notarius scribere rogabi. Actu Salerni in eadem cibitate.

✠ Ego qui supra Ursu me subscribsi.
✠ Ego Benedictus teste subscripsi.
✠ Ego Sadelpertus teste subscripsi.
✠ Ego Madelbertu teste sum.
✠ Ego Lupuni teste sum.
✠ Ego Airisi teste.
✠ Ego Lupus teste sum.
✠ Ego Aitio teste sum.
✠ Ego Adelghis teste sum.
✠ Ego Lioprando filio Persi teste sum.
✠ Ego Richardo teste sum.
✠ Ego Petrus teste subscripsi.

XCIII.

Ermenandus filius Leonis de Priatu donaverat Leoniperto germano suo curtem, quam incolebat in dicto loco Priatu cum arboribus, territoriis, domibus, et ceteris, quae a suo genitore habuerat, recipiens a dicto Leoniperto launegilt cappellum *unum* fuscum, *reserbans sibi, dum vixerit, & Venesindae uxori suae, si thorum ejus custodierit; memoratorum bonorum usumfructum. Fit modo hujus donationis per hoc exemplar memoria. anno 5. Guaimarii mense Junii 14. Ind. (Christi anno 881.) Arc.* **101.** *n.* **72. in membrana.**



IN nomine Domini quinto anno principatus Domini nostri Waimario gloriosi Principis mense Junius quartadecima Indictione. Brebe memorationis factum a me Ermenandus filius Leoni de Priatu de eo, quod ante bonorum hominum, qui subter scripti sunt, a me, qui supra, Ermenandus ostensum est ipsa cartula donationis, qui continebat, ut ego donatum, adque concessum havere Leoniperti germano meus integra ipsa curte mea, quem abeo de predictum genitorem meum, ubi resedeo, in suprascriptum locum Priato, ipsa curte cum arvoribus, et rebus, et territorio, et cum integre ipse case, que ibi posite sunt, insimul et alie homnes rebus, et territorie, quem de predicto genitorem meu habeo, cum propie finibus, et viebus sue, et cum homnibus pertinentie sue, sicut dixi, quit quantum de predicto genitore nostro pertinet, totum in integrum cum superius, et inferius ei in integrum concessisset possidendum, et launegild continebad eodem cartula, ut inde receptu habuisset cappellu fusco uno, et sic continebad ipsa ipsa cartula; ut in eam videlicet rationem hec omnia ei concessisset; ut dum ego, qui supra, Ermenandus evixero, in mea siat potestate faciendum quit voluero, et post vero meu obitu, dum vixerit Vonesinda uxor mea, et lectum meum custodietit fruens, et lavores exinde in integrum de subto, et de super in ejus sit potestate faciendum quod voluerit; aliut continebat secundum legem de launegild ipsa cartula esset confirmata; scripta est cartula illa per Cumpertus Notarius in quarto anno principatus Domini Waiferii de mense Octuber tertiadecima Indictione; et ibi scripti erat manibus suis Johannipertus, et Spendeo Presbiter, seu et Ermenandus, et Audo Presbiter, et Forte Presbiter, et Luperisi Presbiter, et Perginpertus Diaconus, et Liodelgari, et cum ista cartula, quo et superius legitur, sic ante subscriptorum vonorum hominum, qui subterscripti sunt, quod ostensa, et relecta fuit, et taliter continentem inde, ut in posterum recordetur, hoc exemplum relebavit Civitate Salerno.

XCIV.

Radipertus filius Johannis permutat cum Leone filio Gaidiperti terras, quas habet in loco Corolanu, ab eo terras alias in eodem loco, & solidum unum Bizantinum recipiens. anno 15. Guaiferii mense Septembris 9. Ind. (Christi anno 875.) Arc. 84. n. 11. in membrana.



IN nomine Domini quintodecimo anno principatu Domini nostri Waiferi mense September nona Indictione. Ideoque Radiperto filio Johanni per anc cartula vicariavit tivi Leoni filio Gaidiperti terras cum arbustu bitatu, quem abeo in locum Corolanu, qui aber finis ipsa terra de uno latu fine mea, et de alio latu fine tua, et de super capite fine Ursi filii Erchemperti, et de subto capite fine via infra finis; in integrum tivi, qui supra, vicariavit in omnibus aviendu, & faciendu quit boluerit. Unde in presente recepi a te, qui supra, Leone terras tua, que est in ipso locum, & uno solido Besantio per alia cartula fenitu est, ea rationem, ut amodo, et semper abere, et possidere baleatis tam bos, quam et tuis eredibus. Unde quibus mee repromicto, et meis eredibus colligo tivi, et ad tuis eredibus ex dicta mea vicariatione ab omnis omines in antisstare, & defendere promictimus. Quit si menime in antisstare, aut defendere non potuerimus, aut si per nos ipsi forsitans per quolibet ingenium retornare quesirimus, ferquidam terra, et simile in eodem locum nos bobis componere spondemus; & insuper quantu apud bos inmelioratu paruerit sub estimationem pretiis nos bobis restituemus, et de colludio autem secundum lege nos bobis juremus. Unde te Poterico Notario tali tinore scribere rogavit. Actum Salerno mense, Indictione &c.

✠ Ego Ladegasi teste subscripsi.
✠ Ego Rampertus Notarius testis.
✠ Ego Ademari teste sum.
✠ Ego Sadi teste subscripsi.
✠ Ego Costantinus.
✠ Ego Telgrimu.
✠ Ego Sichelpertus testis sum.
✠ Ego Warneprando testis.
✠ Ego Mauro testes sum.

XCV.

Lupus Fradelperti Bonatrudae filiae Lupi, quam sibi conjugio sociavit, secunda die nuptiarum coram parentibus, & amicis tradit scriptum morgincap: seu quartam partem suorum bonorum tam a se hactenus possessorum, quam eorum, quae in posterum acquirere poterit. anno 7. Ademarii mense Novembris 9. Ind. (Christi 860.) Arc. 101. n. 388. in membrana.



IN nomine Domini septimo anno principatu Domni nostri Ademari mense Nobember nona Indictione. Ideoque Ego Lupu filius Fradelperti, dum mihi te Bonatruda filia Lupi in meo sociabis conjugi, tunc in alia dies nuptiarum ante amici, & parentis suprascriptis do, adque per unc scriptura libellum, et a testibus roboratum tradidi tibi, que supra, uxori mea morgincapu, idest quarta pars ex omnibus rebus sustantie mee, hoc sunt de case, trinsecum case, curtis, territorie, arbusta, castanieta, habellanieta in mentes, quam

quam et in planum, ſerbis, et ancille; peculia, res mobile, adque immobile da omnia, et in omnibus de quit quantum modo abeo, bel cod in anteas ajungere potuero, de totum in integrum ipſa quarta tibi, que ſupra, conjugis mee tradabi ſemper ad abendum eam ratione, ut neque a me ſupraſcripto biro tuo, neque a meis eredibus, neque a nullos quempias ominum nunquas abeis requiſitione de ipſa quarta mea traditione, ſet in perpetuo tempore ſecuriter, & firmiter abeis a faciendo quit bolueri. Sequenter lex te Johanne Notario ſcribere rogabet. Actu menſe, Indictione &c.

✠ Ego Rodeprando teſte.
✠ Ego Ragenprando teſte.
✠ Ego Odelprando teſte.
✠ Ego Widecauſo teſte.
✠ Ego Maurus teſte.
✠ Ego Angelprando teſte.
✠ Ego Fromerico teſte.

XCVI.

Waldipertus filius Adelperti de Murtula reſtituit Lupo, & Lamperto, & Amiperto Diacono, & Walperto filiis Boneperti, et Radeprando filio Raduli, & Adelprando filio Ratimperti terram campenſem, quae propria ipſorum erat. anno 5. Siconis, et Petri Rectoris ejus, & 1. Ademaril menſe Februarii die Veneris 2. Ind. (Chriſti anno 854.) Arc. 84. n. 14. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatu Domini noſtri Siconi, et Domini Petri Rectori ejus, quam primo anno Domini Ademari Principibus menſe Februario dies Beneris ſecunda Indictione. Memoratorium factu a Nos Lupus, et Lampertus, et Amipertus Diaconus, et Walpertus germani filii Boneperti, et Radeprandus filius Raduli, et Adelprandus filius Ratimperti, quomodo ante bonorum hominum, qui ſubter ſcripti ſunt, retradidit nobis Waldipertus filius Adelperti de Murtula ipſa terra campenſe, quem abuimus propio . . . . am, qui cum terra ipſius Waldiperti junctum eſt, et de unu latu fini terra Sancte Marie, et de unu capu de filio Rapperti, et de alio capu fini bia publica de ipſa terra abuimus intentionem cum ipſu ſupraſcripto Waldipertus, et amodo nobis ipſa terra tradidit, ſicut de ante os annos noſtra fuit, et manifeſtabit ipſe Waldipertus, ut da modo de ipſa terra per nullis modi, nec per nullo ingenio nobiſcum exinde non tendere, au caſare de ipſa ſupraſcripta terra. Factum eſt in Toſtazzu in ipſo Mercatu. Et Urſu Notario interfui.

✠ Ego Gaudipertus.
✠ Ego Giſo filio Leoni teſte.
✠ Ego Adelfreda teſte ſubſcripſi.
✠ Ego Leomari teſte ſubſcripſi.
✠ Ego Rotertiſi teſte ſubſcripſi.

XCVII.

CAssiperga filia Liosperti, & relicta quondam Ragimperti vendit quartam partem bonorum omnium viri sui Toderico filio Jubini pro quatuor tremissibus. anno 5. Siconis, & Petri, & 1. Ademarii mense Octobris 3. Ind. (Christi anno 854.) Arc. 84. n. 12. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatu Domni nostri Siconi, et Domni Petri, et primo anno Domni Ademari Principibus mense Octubrio tertia Indictione. Ideoque Ego Cassiperga filia Liosperti, et relicta fuit quondam Ragmperti filio Arniperti filii Abiseu biro . . . . traditu abuit morgincapu quartam partem de omnes tes sua. Modo congrugu est mihi de ipsa quartam mea bindere benior in presentia Ragenprandi Sculdais, ab eo interrogata sum ne aliquas biolentia a quabis homine patere; per mea bona bolumtate, et secundu lege mihi consenriente duos parentis . . . . . idest Rospertu germanos meum, et Magipertus filius Ursus, et per notitia de supraScripto Judice Ego nominata Cassiperga benundedi tibi Toderici filio Jubini ipsa quarta mea, quam . . . . legibus tollere debeo de ipsa tes, quod tuteni quod ante os tempu Arnipertu socero meu bindutu abuit supraScripti Jubini genitori tuo, et Genculi, et Quandini germanis eorum de quantu da supraScripto Ragimpertu biro meo constitu ab Ustiti ipsa quatta, et inde legibus tollere debuit, in integrum tibi, qui supra, cum finibus, et bia sua bindere possidendu. Unde recipi a te fenitu pretiu tremissi quattuor ea tatione, ut amodo, et semper tu tuis eredibus supraScripta nostra binditione abere, possidere baleatis. De quibus me repromicto, et meus erede obligo tibi, qui supra, et tuis eredibus de ista nostra bindi-tione ab omnis omine defensare promictemus. Quit si menime potuerimus, aut si pet nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, duplo supraScripru pretiu bobis componere spondemus. Et insuper quantu aput bos remelioratus fueri sub estimatione ptetii bobis restituemus. Iteru et ipsa quarta tibi dedi pro defensione. Et tu Rodipettus Notario scribere rogabi. Salerno mense Indictione supraScripta.

✠ Ego qui supra Ragemprandus me subscripsi.
✠ Ego Rapperto filius Aliperti teste su.
✠ Ego Wanpertus Notarius testi subscripsi.
✠ Ego Leocardo filio Lupi teste.
✠ Ego Leonprandu filio Leopardi teste sum.
✠ Ego Ursu filius Tassiloni subscripsi.

XCVIII.

LUcerna religiosa filia quondam Santiperti, & relicta quondam Gennari filii Optimi vendit Josem Medico terram in loco, qui dicitur Contrelle, quae est una quarta quartae partis sibi a viro suo per morgicap traditae in die nuptiarum, pro 32. solidis aureis. anno 6. Siconis, & Petri, & 2. Ademarii mense Maii 3. Ind. (Christi anno 855.) Arc. 82. n. 40. in membrana.

IN



IN nomine Domini sexto anno principatu Domni nostri Siconi , & Domni Petri , et secundo anno Domni Ademari Principibus mense Magio tertia Indictione . Ideoque Ego Locerna religiosas femina filia quondam Santiperti , et relicta fuit quondam Gennari filii Optimi hab issu biro meu in die nuzziaru traditum habuit mihi morgincapu des omnibus rebus substantie sue , dum ipse bir meum defuntus est , congrugu est mihi pro mei necessitatibus de ipsa quartam mea bindere benior in presentia Radoaldi Sculdais, et ab eo interrogata sum , ne aliquas biolentia ha quabis ominem patere ; in ejus presentia me declarabit , quod nulla biolentia ha quabis omine pateor , nisi pro mei necessitatibus , & bona mea bolumtatem , & secundu lege mihi consentientes Johanne filio meo , et Atrepaldo filio Johanni , et per notitia de suprascripto Judice Ego nominata Locerna, et per absolutione prenominatus filios meu benumdedi tibi Josem Medico terra mea cum bineas , et pommiferi in locum , que dicitur Andrelle propinco Ecclesie Sancti Genuari abentes fini de uno latu fine bia , et de pede fine bia pulbica , de alio bero latere fine de filii Ermenardi , sicut petre ficte sunt , desuper capite conjunctu est ad fine tua , qui supra , Josem medico , cod de Bonipertu emtu abit da clausoro , sicut supra fini posite sunt , de quarta parte una partes inde tibi , qui supra , bindedi , quod est quartam mea de meu morgincapu ipsa quarta mea , sicut supra diximus , circo fine tua tibi , qui supra , in integrum benundedi possidendu cum bece de bia sua . Unde pro suprascripta mea binditione recipi a te exinde fenitum pretiu auru solidos tregintacinque ea ratione , ut amodo , et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra binditione abere possidere baleatis . De quibus obligo me , et meos crede tibi , qui supra , et tuis eredibus de ista nostra binditione ab omnis omine defensare promictemus . Quit si menime potuerimus , aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus , duplo suprascriptu pretiu nos bobis componere promictemus , oc est solidos septuaginta ; et insuper quantu aput bos remelioratus fueri sub estimatione pretii bobis restituemus ; de conludio bobis juremus . Et te Roppertus Notario scribere rogabi , Salerno mense , Indictione &c. .

Signum manus suprascripte Locerne, et Johanni Atropaldo , qui ac cartula scribe rogabi .

✠ Ego qui supra Radoaldo .
✠ Ego Ursu filius Johanni subscripsi .
✠ Ego Radolfus filius Leoni . . . . . &c.
✠ Ego Angipertu Tobaldi me subscripsi .
✠ Ego Ramperto teste subscripsi .
✠ Ego Wisenolfu teste subscripsi ,
✠ Ego Rudoaldo filio Leoni subscripsi .
✠ Ego Lupu filius Johanni testis .
✠ Ego Trudelpertu me subscripsi .
✠ Ego Leocardo filio Lupi me subscripsi .
✠ Ego Sindo filio Gentili teste sum .
✠ Ego Modericus filius Ilderici .
✠ Ego Radolfo filius Erneca testis ,
✠ Ego Adelperto filius Lupi teste sum ,
✠ Ego Auprando filius Radelfi testis ,
✠ Ego Toto Notarius testis sum .

XCIX.

Teodi, & Cunipertus filij Pauliperti habitatores Nuceriae permittentibus Walperto filio Walperti, & Aliperto filio Wale vendunt Benenato filio Biati terram in loco dicto Puteumregente, & proprie ad Ajella pro solidis aureis 32. *anno* 6. *Petri*, & 2. *Ademarii mense Octobris* 4. *Ind.* (*Christi anno* 857.) *Arc.* 35. *n.* 32. in membrana.



IN nomine Domini sexto anno principatus Domini Petri, et secundo anno principatus Domini Ademari Principibus mense Octuber quarta Indictione. Ideoque nos i sumus Teodi, et Cunipertus germani filii Pauliperti abitatori sumus Noceria, et una per largietatem absolutione Walperti filii Waliperti, et Aliperti filii Wale, et ipsi stante vinumdedimus tibi Benenati filio Biati terra nostra, qui est arbustu bitatu, quem abemus in locum, qui dicitur Puteumregente, et proprie ad Ajella bocatur, quem per cartula emtum abuimus da Armongeni, et Ursu filiis Cintioni. Abet finis ipsa terra de uno latu, et de uno capu fine terra Aliperti filii Fusculi, et peressem in terra Rapperti filii Arniperti, et de alio latu fine terra Forterami filii Fusoaldi, et terra tua, qui supra, emtori; et de alio capu bia publica; infra has autem finis. Unde nec nobis, qui supra, binditoribus, neque ad alterius homines nihil reserbavimus portione, set totum in integrum tibi, qui supra, Benenati bindidi ad possidendum cum superiores, et inferiores, et cum bice de bia sua. Unde pro ipsa nostra binditione recepimus a te, qui supra, emtore nostro finitum pretium aurum solidos tregintadui eam ratione, ut amodo, et semper tu, et heredes tuis ipsa nostra binditione abere, et possidere baleatis. Eo tinore colligamus nos, qui supra Teodi, et Cuniperto, et heredes nostro colligamus tibi, qui supra, Benenati, et ad tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio nos vobis ab omnis homines in antistare, et defendere promictimus. Et qui sit minime in antistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo super dicto pretium nos vobis componere spondemus, oc sunt solidos sexagintaquattuor; et insuper quod remelioratum paruerit, sub estimatione pretium nos vobis restituare placitamus; et de colludio vobis juremus; et hoc insuper ipse cartule, quod exinde firmate abemus, ipse tibi in defensione dedimus. In talis vero ratione, ut quando novis, aut ad nostris heredibus necesse fuerit, ipse nobis adpresentatis, et semper redea ad vestra potestate, & de vestris heredibus omni tempore ad abendum, & conserbandum; & han cartula, ut supra, sit firme. Et te Liuspertus Notarius scriberis rogabit.

✠ Ego qui supra Alipertu per me subscripsi.
✠ Ego Waiselgari teste subscripsi.
✠ Ego Aitio teste subscripsi.
✠ Ego Nandipertu teste subscripsi.
✠ Ego Adelpertu filiu Antiperti teste subscripsi.
✠ Ego Lupu filio Boniperti.
✠ Ego Ermepertu filius Johanni teste sum.
✠ Ego Torelgisi teste subscripsi.
✠ Ego Leoprando teste sum.
✠ Ego Audeneri teste subscripsi.
✠ Ego Wisenolfu teste sum.

C.

C.

Leodempertus filius Miteperti vendit Siconi filio Tancomari medietatem terrae in loco Jovi de finibus Salerni pro 21. solidis veteribus de Domno Sichardo anno 7. Petri, & 3. Ademari mense Decembris 4. Ind. (*Christi anno* 857.) *Arc.* 87. *n.* 148. in membrana.



IN nomine Domini septimo anno principatu Domini nostri Petri, et tertio anno Domini Ademari Principibus mense Decemvrio quarta Indictione. Ideoque ego Leodempertus filio Miteperti pura, & sincera mea bona bolumtate bindedimus tivi Siconi filio Tancomari terram meam cum binea, et suis pomiferis, quem abeo illocum, qui dicitur Jovi finibus Salernitanis, fine abentes ista meam vinditionem de super capite finem bia publicam; de uno latere fine vestra, qui supra, emtori, et per conjunge in fine Roffrid, et deducit usque in ribus; de subto pede fine terram Episcopio Salerni, sicut medio ribus disscernit; de aliam partem fine Radiperti, sicut termiti ficti sunt, et per ipso latere per deducitur, que in ipso ribus clauso isto per desingnates finis mezetatem in integrum justa te preendendum cum ipsa media casa, qui ivi est posita, tivi, qui supra, bindedimus possidendum cum inferius, superiusque, et cum abjacenziis, et coerenziis, et cum usu aquarum ipsa mezetate, de sicut diximus, in integrum tivi, qui supra, bindedimus at possidendum; nominatam illa alia mezetatem in mea reservo potestatem. Unde pro ista mea vinditione in presente recepimus a te, qui supra, emtorem nostru, oc est preziis auri Beneventani solidi beginti, et uno veteri de Domno Sichardo finitum est. Ea vere rationem, ut amodo, et semper te, tuisque eredibus suprascripta mea vinditione avere, et possidere valeatis. Unde de quibus nos repromictimus, et eredes nostros colligamus tivi, qui supra, et at tuis eredibus de in dicta mea vinditione av omnibus ominibus in antisstare, et defendere promictimus. Quit si menime potuerimus, aut si nos ipsis forsitans retornare quesierimus, duplum suprascripto pretium nos vobis componere esspondimus, oc sunt solidi quatdraginta et duo; et insuper quantum ista nostra vinditio aput bos remelioratum fuerit sub estimationem preziis nos vobis restituemus, et de colludio nos vobis juremus. Iterum et repromictimus tivi, et at tuis eredibus, quot si ego, et eredibus meis ipsa suprascripta mezetatem, quot mihi reservavit bindeturum abuerimus, at nullus quemquam ominem ipso vindamus, aut in quacumque partem exinde demus de sicut conclusum est, nisi tivi, qui supra, et at tuis eredibus bindamus at justo prezium, quot per doctos omines atpreziatus fuerit. Et si aliu hubique exinde datum paruerit, securiter per istam cartulam ebeniat in vestra potestatem at semper abendi nomine sine mea, vel eredibus meis, aut cujuslivet contradictione; simulque et anteponimus tivi de supradicta clusam de illos, quod michi reserbavit. Quot si in ec mea vinditione aut genetrices mea, bel uxor mea intrare volueris at quarte sue inde tollendum, de quantum per illas vobis exinde tultum est, et in alio tantum liceat vos, de sicut diximus, in super dicta clusa introire in is, qui exinde mihi reliquit, et per estimum de vonis omines ex ipso tollatis, et securiter per ista cartulam possideatis, sicut te Lopenandu Notario tali tinore scribere rogabimus. Actum Salerni feliciter.

✠ Ego Ademari me subscripsi.
✠ Ego Adelperto filius Lupi me subscripsi.
✠ Ego Joseph Notarius testor.
✠ Ego Ermenandu filius Ermenari subscripsi.
✠ Ego Josep Notarius testis.
✠ Ego Raginpertu Notarius testis.

Ego

✠ Ego Ropperto filius Ildeperti testi.
✠ Ego Vualperto filius Jholoperti testis.
✠ Ego Rogemprandus testi sum.
✠ Ego Lupuini filius Lupi.
✠ Ego Cusseligod . . .
✠ Ego Benedictu filius Boni testis.
✠ Ego Lambajari testes.

CI.

VIseltruda filia Radiperti, uxor Ildeprandi filii Ursi vendit Roderico filio Mauri quartam partem terrae, & domus cum circuitu, curtibus, & hortalibus in loco Nuceriae, quae ad se pertinet per morgincap sibi traditum a Radeprando priori viro suo, pro 20. *solidis aureis Beneventanis. anno* 9. *Siconolfi mense Novembris* 12. *Ind.* (*Christi anno* 848.) *Arc.* 32. *n.* 59. in membrana.



IN nomine Domini nono anno principatu Domni nostri Siconolfi mense Nobembre duodecima Indictione. Ideoque ego Viseltruda filia Radiperti, et uxor sum Ildeprandi filii Ursi interrogata, bel inquisita sum diligenter da Majone Bicd (forte *Bicedomino*) filio Probati, ut ne aliquas biolentia patere da predictu biro meo, aut a quabis homines, nec nullo homo me cogentes, aut suadentes, set largita sum mea bona bolumtates, et mihi consentientes Wisenolfo biro frater meo, et Lupo barbanes meos et Longuli; I sunt propinquioris meis parentis, unaque pari cumsensum, et notitia ad suprascripto Judices Ego ipsa suprascripta Wiseltruda una cum Ildeprandu birum meo unianimiter adque pariter bindimus tibi Roderici filio Mauri ipsa sortione mea de terra, et case cum circoitum, cortibus, et ortalibus, quantum mihi in ipso locum pertine per ipsa quarta morgincapu meum, cot mihi Radeprando anterior biro meo in dies numtiarum traitum abuit, ubi compotamus Noceria, abentes finis de uno latu fini tetra de filii Leoni, et de uno capu fini bia publica, et de alio latu fini terra Cuniparti, et de alio capu fini terra Johanni filii Secundi. Intre iste finis integram ipsa quartam de terra, et ipse case cum sedimen sua absque mobile de intro case, et alie terre per singulas locum, quem mihi reserbo mea potestates; set de ipsa terra, et se nec nobis, qui supra, binditrici, neque ad alterius homines nihil reserbabit porrione, set tibi suprascripto Roderici ipso in interum bindedit possidendum cum bice de bia sua. Unde pro suprascripta nostra binditione recepit a te, qui supra, hemtori meis pretium aurum Benebentanum solidos numero biginti heam ratione, ut amodo, et semper tu, et tuique heredes predicta nostra binditione in integrum abere, et possidere baleates, de quibus nos repromictemus, qui supra, binditrice, et nostris heredibus colligamus tibi suprascripto hemtori, et tuis heredibus, ut ista nostra binditio ab omnis homines in antestare, et defendere promictemus. Et qui sit menime inj antestare potuerimus, au per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, dupplo suprascriptum pretium nos bobis cumponere spondemus, oc sunt solidos quadraginta, et quod aput bos remelioratus fuerit, ista nostra binditio in quabis parte, aut super factum edificio sub istimationem pretiu nos bobis restituamus, et de colludio bobis juremus, et cartula binditionis in suprascripta ratione sit firme. Et te Ursu Notario scribere rogabit. Actu Tostazzu in ipso mercatu mense Indictione suprascriptis fideliter: Signum manus suprascripte Wiseltrude, et Ildeprando biro ejus, qui an cartulam fierit rogabit. Signum manus suprascriptorum Wisenolfi et Lupi consentientis.

✠ Ego qui supra Majo Bicd me subscribsi.

Ego

✠ Ego Lupu filio Boniperti.
✠ Ego Andreas filius Moises teste sum.
✠ Ego Dacoperto teste subscribsi.
✠ Ego Erchenperto filius Ermeperti teste subscribsi.
✠ Ego Radiperto filio Quarconi teste.
✠ Ego Jacob me teste sum.
✠ Ego Adelpertu filio Waldiperti teste sum.

CII.

ORsa filia quondam Alceli, & uxor Arniperti filii Cuniperti cum dicto viro suo vendit Leoni filio quondam Silberami terram cum domo lignea ei superposita pro 14. solidis aureis Beneventanis. anno 5. Siconolfi mense Januarii 7. Ind. (Christi anno 844.) Arc. 32. n. 41. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatu Domni nostri Siconolfi mense Januario septima Indictione. Ideoque Orsa filia quondam Alceli, et sum uxor Arniperti filii Cuniperti, dum benior in presentia Brunenguni Bicd, et ab ipso interrogata, bel inquisita sum diligenter; ne aliquas biolentia patere da suprascripto viro meo; ibique deiclaravir, ut nulla biolentia patere da predictu biro meo, neque da nullos homines, nisit largita sum mea bona boluntate mecum mihi consentiente Johanne germano meo, Egodulo filio Rodeperti propinco parentes meo, et unaque pari consensu, et cum notu de suprascripto Judices. Ideoque Ego ipsa Orsa, quam Ego ipse Arnipertu viro ejus unianimiter bindidi tibi Leoni filio quondam Silberami terra mea, qui est arbustu bitatu, et pomifera, et casa lignitia, qui super positam est, abentes finis de uno latu cum bestro, qui supra, juntum est, et de uno capu fine terra Domnica, et per adjunge in terra Grauroni, et de uno latu fine terra Letuli, et de alio capu fine bia; infra has predicte finis de nostra sortione de terra, et casa, et palmenru, et pila, et puteum. Hunde nec nobi, qui supra, binditori, neque ad alio homines nihil reserbavimus portione, sed totum in integrum exinde nostra sortione tibi, qui supra, bindidi possidendum cum bece de bia sua. Unde pro hanc nostra sortione hanc binditione de presentes recepimus a te, qui supra, fenitum pretium aurum Beneventanos solidos numero quactuordecim. Eam ratione, ud amodo, et semper tu, et tuique heredibus abere, et possidere baleates; de quibus nos obligamus, et nostri heredibus tibi suprascripto Leoni, et tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare, et defendere promictemus. Et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondemus, hoc est solidos begintihocto; et insuper quod fuerit aput vos milioratu in quabis parte, aut super factu edificio, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondemus, et de colludio vobi juremus, et han cartulam, ut supra, sit firme. Et te Cumpertu Notario scribere rogavit. Actu Tostatiu in ipso mercatu. Signum suprascripte Orse, et Arniperti binditorum. Signum suprascripti Johanni, et Egoduli consentienti.
✠ Ego qui supra Bruningo me subscripsi.
✠ Ego Walperto filio Ramiperti teste subscripsi.
✠ Ego Ildepertus teste sum.
✠ Ego Alderissi teste sum.
✠ Ego Majo filius Probati teste sum.
✠ Ego Nandipertu filius Johanni teste sum.

✠ Ego Gaidelfreda filia Gaidoni teste sum.
✠ Ego Saracino teste sum.
✠ Ego Lupus teste sum.

CIII.

ANtipertus, & Arnipertus filii quondam Coniperti promittunt Leoni filio quondam Silberami, cui terrae medietas in loco Trabi vendita fuerat, se reliquam medietatem non daturos, nec vendituros, nisi ipsi Leoni, ejusve heredibus, si eam justo pretio emere voluerint. anno 3. Siconolfi mense Martii 5. Ind. (Christi anno 842.) Arc. 32. n. 70. in membrana.



IN nomine Domini tertio anno principatu Domni nostri Siconolfi mense Martio quinta Indictione. Ideoqu Ego Antipertu, et Arnipertu germani filii quondam Cuniperti per oc escriptu promictemus tibi Leoni filio quondam Silberami de ipsa terra cum arbustu, quem abemus in loco Trabi, ubi dicitur Agella, ubi nos modo resedimus. Hande modo per cartulam medietate vobi binumdedimus ipsa medietate, quem ibi abuimus, da modo per nullis modi ipso ubiqua demus, nec bindere, neque tingare, neque in sancti locis offerire, nec per nullo ingenio ubiqua ipso demus, ni sit quando ipso daturu abuerimus, nos, et nostri heredibus vobi ipso demus, et ad bestri heredes ad justu pretium, quem fuerit adpretiatu per tres homines bono doctos de loco; et quando ipso daturum abuerimus, faciamus bos sapere per tertiam bicem usque in dies beginti vobi demus spatio. Et se vos menime fueritis cum pretiu parati ipso a nos emere, pos ipsi beginti dies abeates licentia ipso dare, ubi volueriti. Nam se ante ipso suprascripto constituto ubiqua dare presumserimus per quavis modi, primis omnibus ipsa terra firme abeates per istu scriptu, sicut per cartulam benditionis, et insuper beginti solidos nos vobi cumponere spondemus. Et te Cumpertu Notarius scribere rogavit. Actu Noceria mense Indictione suprascriptis feliciter.
✠ Ego Raudipertu teste sub.
✠ Ego Lupini teste sum.
✠ Ego Comprando filio Lupi teste sum.
✠ Ego Majo filius Probati teste sum.
✠ Ego Saracino teste sum.
✠ Ego Lioprundo filio Persi teste sum.
✠ Ego Adelpertu filiu Antiperti teste subscripsi.
✠ Ego Walfreda filia Anescausi teste sum.
✠ Ego Walfreda teste subscripsi.
✠ Ego Ladiperto teste sum.
✠ Ego Lupus teste sum.

CIV.

CIV.

ERfulus filius quondam Ermerissi habitator Nuceriae vendit Leoni filio quondam Selberami terram in loco, qui dicitur super Termê, pro 20. solidis aureis Beneventanis. anno 5. Siconolfi mense Decembris 7. Ind. (Christi anno 843.) Arc. 32. n. 86. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatu Domni nostri Siconolfi mense Decembrio septima Indictione. Ideoque Ego Erfulu filius quondam Ermerissi abitaror sum in Noceria, bindidi tibi Leoni filio quondam Selberami terram meam, qui est castanietum in locum, qui dicitur a super Terme; finis abentes tertam ipsam de uno latu, et de uno capu fine terra Acefrede filii Majuni, et de alio latu fine Tuntuli, et peressit fine predicti Acefrid, et de alio vero capite fine Carotiti; intras autem finis tantum exinde discepto biam ad andandum superdicti Carotiti erga fine Acefrid; nam de illo alio intra predicte finis nec mihi, qui supra, bindetori, neque a nullus hominem nihil reserbabit portionem, set in mee . . . . m clauso ipso tibi, qui supra, bindere possidendum una cum bia sua carraria; unde nos semper introibimus, et bos inde debeatis ibique introire. Unde pro suprascripta mea benditionem in presentes recepi a te fenitum pretium auro Beneventano numero solidos biginti eam rationem, ut amodo, et semper tu, tuisque heredibus aberem, et possidere baleatis. De quibus repromitto Ego suprascriptus Erfulu benditor, et conligo me, et meis heredibus tibi, qui supra, Leoni, et ad vestris heredibus de suprascripta mea benditionem ab omnis homine in antistarem, et defendere promittemus. Quid si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per colivet ingenio retornare quesierimus, doplo suprascriptum pretium nos bobis cumponere spondimus, hoc sunt solidos numeto quadraginta, ed insuper quantum aput bos remelioratum fuerit suprascriptam meam benditionem in quacumque parte sub stimationem pretii nos bobis restituamus, et de conludo bobis juremus: Iterum deprecor Ego suprascriptus Erfulu, si pos igitur meum discessus remanserit Antiperga uxor meam, qui fuet filia Moncani, et in ista suprascripta meam benditionem intraberit, et quartam exinde tulerit, et parutum fuerit, qua heredes meus per nullis modis ab ipsa bos menime defensare potueri, sic bobis anteponimus, ut per istam cartulam liceas bos, et bestris heredibus intrare in ipsam terram meam cum arbustum, ubi resedeo, et per adpretiatum exinde appare tantum abere, et tollere, quantum bobis exinde ipsam uxorem meam tulerit, et per istam cartulam firme abere, tamquam si da os diem cartula benditionis fuisset, et cartula benditionis, ut supra, una cum largietatem Natali Presbiter, et filio Johanni scribere rogabit. Actu Noceria mense Indictione &c.. Tamen tu Barbatus Notarius scribere rogabit.

✠ Ego qui supra Natale Presbiter me subscripsi.
✠ Ego Ildepertus teste sum.
✠ Ego Ursu filio Lidi Rinsimo testi so.
✠ Ego Confredus filiu Lupi teste subscripsi.
✠ Ego Odelperto Presbiter teste subscripsi.
✠ Ego Leopardo me teste su.
✠ Ego Risio filius Leoni teste subscripsi..
✠ Ego Jacob me tete sum.
✠ Ego Johanne filio Lademarine testes.
✠ Ego Aldemalpero me testes ba.

CV.

CV.

ERmepertus filius bonae memoriae Liusperti relaxat Lupo filio Polcari quartam partem terrae in loco Campu, quam emerat ab Orsa filia Lupi, & uxore Sapatini filii Gaiduli, ad quam ex quondam Lupo anteriori viro suo pertinebat: ei etiam emptionis instrumentum tradens. anno 8. *Siconolfi mense Septembris* 11. *Ind.* (*Christi anno* 847.). *Arc.* 31. *n.* 162. in membrana.



IN nomine Domini octabo anno principatu Domni nostri Siconolfi mense Sectembrio undecima Indictione. Ideoque Ego Ermepertu filius bone memorie Liusperti declaratu sum tibi Lupi filio Polcari, quia per cartulam emtum abeo da Orsa filia Lupi, qui est uxor Sapatini filii Gaiduli, integram ipsam quartam, qui eidem pertinet de quodam Lupu, qui fuet anterior vir ejus, de ipsam terram de locum Campu de sortem tuam prenominati Lupi, quem ibi abuisti. Modo vero benimus in bona conbenientiam per hunc scriptum relaxabit tibi prenominati Lupi integram ipsam quartam, quam da prenominatam Orsa cum Sapatino viro suo per cartulam emtam abeo, et cartulam ipsam tibi in defensionem dedit in eo tinore, ut omni tempore tu, et tuos heredes terram, et cartulam ipsam firme abeatis in nostram bicem pro defensionem. Unde in tali tinore conligo me Ego suprascriptus Ermepertu, et meis heredibus tibi, qui supra, Lupi, et ad vestris heredibus ut si quacumque tempore per nos ipsis, aut per summissam nostram personam de predictam quartam, sicut cartulam ipsam contine, quam bobis dedit in defensionem, bobis causatione mittere presumserimus, aut exinde de ipsam cartulam sortem quesierimus, ante omnia de questio nostram exinde taciti, & bacui maneamus, & bos ipsam cartulam firme abeatis, nisi si post scriptum isto nobis, aut ad nostris heredibus ostensum fuerit, et post eam exinde bobis causatione mittere presumserimus, biginti Beneventanos solidos nos bobis cumponamus, et taceamus. Et unc scriptum, ut supra, te Barbatus Notarius scribere rogabit. Actu Noceria mense Indictione &c.

✠ Ego qui supra Ermepertu me subscribsi.
✠ Ego Dacuperto teste subscripsi.
✠ Ego Liuspertus Notarius testis sum.
✠ Ego Leomari teste subscripsi.
✠ Ego Confreda filiu Lupi teste subscripsi.
✠ Ego Walfreda filia Anescausi teste subscripsi.
✠ Ego Majo filius Probati teste subscripsi.



SPE-

CVI.

Leo Presbyter, & Abbas Monasterii S. Benedicti in loco Ercle, ubi ad Cauke dicitur, dividit cum Urso, Mansone, Marino, & Leone Atrianensibus filiis quondam Marini Judicis duas terras ipsis, & dicto Monasterio communes cum vinea, & vacuo in loco Cetaria, in quo est Ecclesia diruta S. Petri. anno 5. Johannis, & Guidonis ejus filii mense Aprilis 1. *Ind.* (*Christi anno* 988.) *Arc.* 40. *n.* 118. in membrana.



IN nomine Domini quinto anno principatus Domini nostri Johanni, et Domini Guidoni ejus filio gloriosi Principibus mense Aprilis prima Indictione. Memoratorium factu a me Leo Presbiter, et Abbas Monasterio Sancti Benedicti, qui constructum est in locum Ercle, ubi dicitur ad Cauke, eo quod ante subscripti testes conjunctus sum cum Ursu, et Manso, et Marinu, et Leo Atrianensi germani filii cuedam Mariui Judici propter ad dividendum inter nos terra cum vinea, et bacuum, quod pars ipsius nostri Monasteri cum ipsi germani commune habet in locum Cetaria, in quo Ecclesia vocabulum Sancti Petri destructa est. Et statim, sicut inter nos combenit, predicta terra cum vinea dividimus, et fecimus exinde due sortionis; una sorte fecimus esse conjunta cum litore maris in supra usque ad pariete de Cammara suptana, que in pars de ipsa Ecclesia Sancti Petri est, et per ipso parietem de ipsa Cammara rectum ascendentem usque serra de ipso monte, et qualiter conjungit in mare. De alia parte fine ipso litere maris, de pede fine flubio de predicto locum Cetara infra hec finis, sicut diximus, una sortione fecimus esse; sceptuavimus exinde ipsa Ecclesia, que commune habendum reservabimus. Et alia sortione facimus esse da predicto pariere in supra, et qualiter, sicut diximus, rectum ascendente usque in serra, et per ipsa serra pergente usque in cristone, in quo plescaturia sunt, et per ipso cristone rectum descendente, et conjungente in ipso flumen de pede fine ipso flumine infra hec finis, sicut diximus, alia sortione fecimus esse. Unde Ego jam dictus Leo Abbas compreensit ipsa sortione conjunta cum litore maris, in quo ipsa Ecclesia dedicata est; & ipsi germani compreenserunt ipsa sortione suprana da jam dicto pariete de ipsa Cammara, et usque ubi se conjungit ipso cristone cum ipso flumine; simulque et compreensimns ipsa Cammara, que est in pars de ipsa Ecclesia, et ipsi germani compreenserunt ipsa Cammara suprana conjunta cum ipsa sortione sua. Simulque, et dividimus alia terra cum aliquantum vinea, et bacuum uno teniente ibidem a supra, et fecimus esse due sortionis; una sortione fecimus esse conjunta cum ipsa sortione, quod ipsi germani compreenserunt per hec finis. De pede fine ipso flumine, de alia parte fine ipsa sortione ipsorum germani, sicut ipso cristone discernir, et rectum saliente usque serra, et per ipsa serra pergentem, et conjungentem usque ad ipsa alia sortionem, et qualiter rectum descendit usque oliba, in quo unum termite fiximus; et conjungit in ipso flumine. Et ipsa alia sortione fecimus esse da predicta oliba, et termite in supra usque ad cristone majore, qui conjuntum est cum ipso flumine, et qualiter rectum ascendit usque in serra. Unde nos jam dictus Leo Abbas compreenlit ipsa sortione da predicta oliba, et termite in supto usque ad fine de jam dicti germani, quod, sicut diximus, compreenserunt. Et ipsi germani iterum compreenserunt ipsa sortione suptana da predicta oliba in supra usque ad predicto cristone, qui cum ipso flumine conjuntum est. Nam ipsa Ecclesia Sancti Petri, et alia rebus da jam dicte serre in partibus Salernitanorum usque ad aqua de Fischetole communiter illut reservabimus dividendum per medietate, et quacumque pridem per partes exinde tollere, vel habere potuerimus, inter nos dividamus per medietate, pars ipsius nostri Monasterii tollat illut medietate, et illis medietate. Hec for-

ſortis inter nos fecimus, et tradidimus pars partium cum omnia infra ſe habentibus, et ſuis pertinentiis, et cum bice de via ſua amodo, et ſemper illut habendum, dominandum per illo hordine, et ratione, ſicut ſupra dictum eſt, et omnia exinde faciendum nos, et ſucceſſores noſtros, et pars ipſius Monaſteri, et ipſi germani, et illorum heredes quod voluerimus, et per nullis modis queramus hec ſortis remobere, aut contrare. Unde in eo hordine guadia mihi ipſi germani Urſu, Manſo, Marinus, et Leo dederunt, et mediatorem mihi poſuerunt Jaquintus Notarius filius Jaquiuti, et per ipſa guadia obligaverunt ſe, et ſuos heredes, ut, ſi aliquit de quomodo ſuperius legitur queſierit remobere, aut contrare, et taliter in hec diviſionis firmiter non permanſerit, tunc per ipſa guadia componere obligaverunt ſe, et ſuos heredes mihi, meique ſucceſſoribus, et ad pars ipſius Monaſterii centum auri ſolidos Coſtantinos. Et hunc brebem ſcripſi ego Jaquintus Notarius, qui interfui, et ſuperius declaratus ſum.

✠ Ego Imetancus.
✠ Ego Romoaldus.
✠ Ego Petrus.



SPECIMINA CHARACTERUM

S I G I L L A

M E N S U R A P E D I S.

INDEX

TABULA I.

I. Character Instrumenti anni 1059. Arc. 86. n. 262. in Appendice Monumentorum *Mon.* I. pag. III.
II. anni 984. Arc. 85. n. 180. *Mon.* LXVII. pag. CXXVII.
III. anni 1132. Arc. 87. n. 100. *Mon.* XXXII. pag. LIV.
IV. anni 866. Arc. 31. n. 245. *Mon.* XCII. pag. CLX.
V. anni 857. Arc. 87. n. 148. *Mon.* C. pag. CLXVII.
VI. anni 877. Arc. 87. n. 417. *Mon.* LXXXVIII. pag. CLVII.
VII. anni 900. Arc. 86. n. 210. *Mon.* LXXXIV. pag. CLI.

TABULA II.

I. anni 1088. Arc. 11. n. 86. *Mon.* XXIV. pag. XLIV.
II. anni 855. Arc. 82. n. 40. *Mon.* XCVIII. pag. CLXIV.
III. anni 848. Arc. 32. n. 59. *Mon.* CI. pag. CLXVIII.
IV. anni 894. Arc. 31. n. 4. *Mon.* LXXVIII. pag. CXLV.
V. anni 854. Arc. 84. n. 12. *Mon.* XCVII. pag. CLXIV.
VI. anni 1039. Arc. 71. n. 345. *Mon.* XXXIII. pag. LIX.
VII. anni 854. Arc. 84. n. 14. *Mon.* XCVI. pag. CLXIII.
VIII. anni 860. Arc. 101. n. 388. *Mon.* XCV. pag. CLXII.
IX. anni 1027. Arc. 35. n. 84. *Mon.* LI. pag. CI.
X. anni 1042. Arc. 32. n. 95. *Mon.* XXIX. pag. LI.

TABULA III.

I. anni 899. Arm. I. G. n. 3. *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII.
II. anni 886. Arm. I. G. n. 2. *Mon.* LXXXV. pag. CLII.
III. anni 1025. Arm. I. G. n. 9. *Mon.* XXXIX. pag. LXXXII.
IV. anni 1028. Arc. 30. n. 63. *Mon.* LVI. pag. CVIII.
V. anni 1077. Arc. 35. n. 122. *Mon.* VI. pag. XVII.
A Sigillum plumbeum pendens Arm. I. G. n. 23. *Mon.* IX. pag. XX.
B Sigillum affixum cum contrasigillo Arm. I. G. n. 6. *Mon.* LXXXVI. pag. CLIII.
C Sigillum affixum cum contrasigillo Arm. I. G. n. 3. *Mon.* LXXXI. pag. CXLVIII. & Arm. I. G. n. 2. *Mon.* LXXXV. pag. CLII.
D Sigillum affixum Arc. 43. n. 155. *Mon.* XIV. pag. XXVII.
E Sigillum affixum cum contrasigillo Arc. 88. n. 190. *Mon.* XV. pag. XXVIII. & Arc. 87. n. 326. *Mon.* XVI. pag. XXIX.
F Sigillum affixum, cum contrasigillo rupto Arc. 88. n. 253. *Mon.* XVIII. pag. XXXII.
G Sigillum affixum cum contrasigillo Arc. 44. n. 259. *Mon.* XIX. pag. XXXIV.
H Sigillum affixum cum contrasigillo Arm. I. G. n. 9. *Mon.* XXXIX. pag. LXXXII.
K Longitudo pedis latitudinis membranae Arc. 84. n. 237. *Mon.* XXXI. pag. LIII.

Tab. I.

III

IV.

Tab. II.

undecannodomniccd Emcc

Iovcav feminccfydvcc

dionuggaqu gredia

delmo anno dos on vi Com & domni pe onep
ennodom an libro arda Ind Idsoyue
habet dum

VII. Erf carnipon nubid ubip
in evanno

famanmon nobem bononc
impon rea
dacfalupi nmeasabivcon
hordemays
Crrardoad yp uncrvr pr nalbd


nm etn o xnpy nel q Carpus ad ducarcay
incipi q duci b q m en Julius fde
q arma arlali comi yffcam fetnpanf Com
cimar

assimus & prus fermaximus et ibi de langobardorum

nge flaui . In ecclesia maximi quod dom uu

omis principe a nobo constructa a fundamine

C




langobardorum principisse dilecte coniugi & ma

... a nobo fundamine constructe

... cas cum porta & accta q sunt ...

H



K



E





